BSB Bayerische StaatsBibliothek
MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Epistolae Indicae De Praeclaris, Et Stupendis Rebus, Quas divina bonitas in India, & variis Insulis per Societatem nominis Jesu operari dignata est, in tam copiosa Gentium ad fidem conversione

Lovanii 1566

Regensburg, Staatliche Bibliothek -- 999/Hist.eccl.391
urn:nbn:de:bvb:12-bsb11092449-1

Hist. eccl. 391

EPISTOLÆ

INDICAE

DE PRÆCLARIS, ET STVPENDIS REBVS, QVAS diuina bonitas in India, & variis Insulis per Societatem nominis Iesu operari dignata est, in tam copiosa Gentium ad fidem conuersione.

Secunda editio auctior.

Johannes Lut. Borgerh

LOVANII,

Apud Rutgerum Velpium, Bibliop. Iura.
Sub Castro Angelico.

Cum gratia & Priuil. Reg. ad 4. an. 1566.

✠ TENOR PRIVIL.

Cautùm est Regio priuilegio, ne quis præter Rutgerum Velpium, Biblio. Iur. intra annos quatuor proximos Epistolas Indicas. De stupẽdis & præclaris rebus, quas diuina bonitas in India, & variis Insulis, per Societatem nominis Iesu operari dignata est. &c. imprimat, aut alibi impressas vendat, aut distrahat, sub poena confiscationis librorum, & mulcta duorum Caroleorum pro quolibet exemplari impresso, vel diuendito: vt latius patet in literis datis Bruxellæ, 9. Augusti. Anno. 1565.

Subsig.

Mesdach.

Idem cautum est Regio priuil. a domino Cancellario in Consilio Brabantiæ, ad totidem annos, & sub pœnis iisdem. vt in superiori priuilegio, vti latius patet in literis datis Bruxellæ 10. Octob. An. 1565.

Subsig.

De Vvitte.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI, AC ILLVSTRISSIMO Principi, D. Othoni Truchſes, S. R. E. Epiſcopo Cardinali Albanenſi, & Auguſtano, Domino Eluacenſi. &c.

ITSI *laudato, probatoque more iam apud pleroſque omnes receptũ ꝟideo (Princeps Illuſtriſsime) ꝟt ſuas quiſque lucubrationeꝫ, ꝟel etiam aliorum non ſatis perpolytas, in quibus tamen aliquid nauârit opellæ, illuſtribus perſonis nuncupandas putârit: tum ꝟt commendatiores reddat ſuos labores, quod magni mecœnatis nomine frequenter obtinetur: tum etiã ꝟt ꝟiri principes apud maleuolos non modò potentes ſint literarum, diſciplinarumque ꝟindices: ꝟerumetiam pietate conſpicuis ꝟiris, pietati, omniſque generis ꝟirtuti quaſi clypeo obiecto facilè ſint præſidio: tamen*

demiraturos esse complures mihi præsagit animus nouos, eosque seueriores Criticos, vbi in harum epistolarum inciderint lectionem, quamobrem post Dilinganam editionem eadem ego sumpserim in manus, & quicquid in reliquis impenderim laboris, sub Illustrissimi nominis tui auspicijs putârim euulgandum. Non enim nostræ videbatur esse audaciæ, quæ iã sua mole firmiter consistebant fundamenta laxare: neque obscuritatis cum pari supellectilis inopia coniunctæ inter acerrimos lectissimum appellare vindicem, ac inter amplissimos præcipuum inuocare patronum. Quamobrem vt impedimentis hisce remotis, & iniquiores illi (de quibus dixi) rerum non malè gestarũ æstimatores, quibus quidẽ optabile est bene audire, qui rectè factorũ fructus est amplissimus, ipsum quidem rectè facere, vnde illud ceu fonte quodã promanat, neutiquã habẽt studio: et æquiores lectores instituti nostri rationes intelligant, ac in meliorem interpretentur partẽ: breuiter consiliũ est suscepti huius las

DEDICATORIA.

ius laboris, quanquam propè nullius: tamẽ vt confido beneuolentia non indigni, occa sionem adsignare: & cur has rerum Indi carum epistolas sub T. C. nomine putârim emittendas declarare. Quod dum facio, ob nixè, & suppliciter peto, vt pro singulari Illustriss. D. T. humanitate, ac facilita te tantum ab arduis negotiis succidat tem poris, quantũ huic opusculo sufficiat euol uendo. Igitur ex quo tempore in Societatis Iesu collegijs, vnà cum Generosis C. I. ne potibus cœpimus versari: audiui creberri mò & cõstanti multorum sermone admi randis operibus Societatem hanc apud In dos indies magis ac magis inclarescere. Tota enim hæc nostra Europa Christiana quantopere hanc suo merito veneretur, et colat, notius est omnibus, quàm vt meri dianæ luci necessum habeam accẽdere can delã. Quis enim ignorat Hispaniarũ, Ita liæ, Sardiniæ, Hungariæ, Austriæ, vtri usq; Germaniæ, Galliæ, Collegia Societa tis, quibus tãquã castris hæ prouinciæ vtũ

hæreticorumque nefarias machinationes? Nactus igitur earum rerum, vt mihi persuadebã, nec fallebat opinio, cognoscẽdarum occasionem petiui à viro quodã prorsus naturæ, diuinisque muneribus non vulgariter ornato, haberétne de rebus Indicis nonnullas epistolas, quas cõmunicare posset? Is pro agnata sibi beneuolentia, deque omnibus bene merendi studio earum quas habuit, haud grauatim participẽ fecit. Percurro omnes leui (quod aiunt) brachio: sed cùm pleræque sententiam haberent imperfectam, aliæ vastis hiatibus non satis aptè cohæreret: nonnullorum amicorum suasu, ac clarorum etiam tam eruditione, quàm pietate virorum auctoritate, hoc laboris assumpsi: vt quod ad integritatem desideraretur, supplerem: quo vel hoc nomine gratiores candido existerent lectori. Item cùm illorum voluntatis auctoritas non solùm apud me, verumetiam apud omnes bonos tanti sit ponderis (quod non nisi cum summo decore coniuncta petere soleant ac iubere) vt certatim omnes pareant

pareant libenter, ac ipſorum deſiderijs ſatisfaciant diligenter: committendum mihi non putaui, vt illorum detrectando imperium, aut piæ ipſorum ægrius morem gerẽs volũtati, ingratitudinis aut inobediẽtiæ notam aliquam meritò videri poſsim incurriſſe. Cæterùm de vtilitate harum epiſtolarum multiplici, in qua potiſsimum tota reſidet editionis vis, & cauſa, cùm propè infinita ſit, tacere præſtat, quàm pauca dicere. Illud confirmare auſim, voluptatem magnam allaturas omnibus, qui poſitis affectibus, ac curioſitate nouarum rerum cognoſcendarum remota, ipſas eo legent animo, quo ſcriptæ ſunt, hoc eſt, planè Chriſtiano, & alienæ ſalutis ſitientiſsimo. Quid enim poteſt eſſe iucũdius, quàm ſummã bonitatem, ac imperſcrutabilẽ miſericordiã Dei, ex earũ lectione videre cõmunicatã hoĩbus feris, anthropophagis, pter formã & lineamẽta corporis, nihil habẽtibus ferè propriũ cũ humana natura, nõ modò bruta animãtia, ſed omni cloaca impuriores ſordes pro dijs venerãtibus: quiq;

ab omni humanitate remoti, cùm bona ex parte (vt putatur) fidem nunquam audierint sine Deo, sine luce agentes, nunc gregatim fidei sacramentis initientur, ac diabolica tyrannide excussa Christiano cultu imbuantur, omnibus excellant virtutibus, in iustitia, & sanctitate Deo seruiãt, dies, ac noctes publicis, ac priuatis celebrẽt doxologiis? O beatos illos viros, qui nulla habita laboris vitæq; ratione incredibili diuini spiritus ardore inflammati, Apostolica planè, & stupẽda miracula apud illos peregerunt, & peragunt quotidie tanta cũ admiratiõe, vt meritò credi queat primæuæ fidei (quemadmodũ ex his epistolis manifestum euadit) in illis inesse puritatem, & vehementiam ad detestandum inueritus causam peccatum, Christianoque dignum vitæ genus ad immortalitatem ducens sectandum. Sanè vt ex ea parte copiosissimam nobis hæ epistolæ materiã, ac segetem diuinæ celebrãdæ benignitatis subministrant: ita è diuerso incognitæ quidẽ, sed tamen nõ mediocriter metuẽdæ iusti-

tiæ, in-

tiæ, iudicijq; cœlestis incutiunt timorẽ, nẽ quẽadmodũ naturalibus ramis Iudæis in-quã, nõ pepercerit: multò maiori ratione à nobis, qui in locũ eorum insiti sumus, ausferatur fides gẽtiq; faciẽti fructũ tradatur: Atq; hæc de ijs, quæ me adduxerunt, impulerũtq; suscepti laboris occasiõibus, & causis: nũc tribus (quod aiũt) verbis quãobrem C. T. dedicandum hunc laborẽ credidi, perstringam. Igitur, vt quod res est, profitear ingenuè, cùm mihi persuasum foret sub amplissima noĩs tui dignitate nihil temerè aut inconsultò proferẽdum in lucem, nisi si quid perfectum ingenio, atque summa elaboratiũ industria esset, ego autẽ exiguitatẽ ingeniij mei nõ haberem incognitam, neq; per domesticas occupationes, & tẽporis breuitatẽ huic rei vniuersam operam destinare possem: cœpi de quocunq; alio, cui hoc quicquid est operis nuncuparetur, cogitare: præsertim cũ mihi cõstaret, sicut nihil tua singulari pietate in salute procuranda animarum esse posit diligentius: ita nihil eorum quæ in

disiunctissimis orbis terrarũ plagis à quoquã in communem fidelium vtilitatem patrantur, ignorare. Subibat autè cũprimis in animũ pius, Christianusq; lector, qui fortè præter tenuẽ aurã hisce de rebus nihil accepisset, vt vel hoc nomine certius aliquid sibi persuadeat, ac in animo teneat constitutum: sed cùm res noua apud peruersos plerunque inuidiæ facibus flagrare soleat, nec aliud firmius ab huius seculi virulentia inueniatur, quàm innocentia, haud satis præsidij putabatur in eo, cuius res non agebatur ocioso lectore. Diu, multumq; igitur dispicienti mihi de insigni aliquo Mœcenate, quiq; pari propensione animi cũ summa facultate opũ, & potẽtia queat, velitq;, clientes suos tueri: sanè quò mecunq; verterẽ, solus in oculos incurrebat, vnus in mẽte versabatur amplissimus Ecclesiæ Augustanæ Antistes, cuius Augustissimo nomini has rerũ Indicarũ epistolas multis de causis esse decuit nuncupatas. Nã primũ oĩm vt silentio prætereã, quòd restè factorũ conscien-

tia So-

tiæ Societas hæc confisa non magnopere de populari aura sollicita sit, atq; ideo hactenus (quod sciã) perparũ rerũ suarum in lucẽ ediderit: quæ mea spes est & fiducia, persuasum habeo nec ipsam Societatẽ, nec Illustrissimã C.T. omnino ægrè laturã: sed potius probaturã, si libellus ipsius dicatus nomini, cunctis legendus offeratur. Accedit ad hãc causam alia priuata, quæ me propius attingit. Dũ enim cogito cũ animo meo, quanto me semper fauore, et gratia Illustrissima C.T. affecerit, quibus ornauerit beneficiis: etiã illud in mẽtẽ venit, ingratitudinis me notã euitare non posse, si paruũ hunc ingenij mei laborẽ alij, quàm Illustrissimæ C.T. dedicarẽ. Præterea licet non satis decorũ metuebã fore, si ad tã illustrẽ virũ pro menstrui tẽporis breuitate nõ satis perpolitũ opus destinetur, prius tamẽ antiquiusq; mihi fuit nõ ingratus, quã paruũ cõmodo in offerẽdo videri, præsertĩ pro cũ celebrata tua apud qẽs mortales benignitate nõ mõ leuidensq; aliquod haud grauatim munusculũ ads

mittas:

mittas: sed etiã facias alicuius. Iã verò cũ ipse Societatis studiosissimus sis, quod vel ex eo liqueat, quòd semel eã cõsilio, iudicioq; susceptã, nulla habita facultatũ ratione, cõstantissimè retines, foues ac contra æmulos potentissimè defendis: nõ video quamobrẽ non sub gratiosissimi nominis tui auspiciis decuerit, quæ diuina misericordia per eosdẽ patres dignata est operari, in oĩm cognitionẽ proferre? Quãobrẽ has epist. Indicas, quæ & propagatæ fidei luculentã cõrinẽt descriptionẽ, ac tãtũ non incredibilẽ morũ, errorũq; correctionem, ad quem potius mitti æquũ fuit, quã ad eũ, qui catholicæ fidei cuncta, & opes, & honores posthabuit. Qui cũ mysteriorum oĩm fidei, diuinarumq; rerum cognitionẽ studiosissimè secutus est: tum verò cũ ipsa Theologia vitæ rationes ita instituit: vt oẽs quantũ in se est, ad rectã salutaremq; viam adhortetur: aut qui bona conscientia excussa circa fidem naufragiũ passi fuerãt, in eã reuocare cõsilio, monitis, authoritate cõtendit. An nõ hoc

clarif-

clarissimè cõtestatum facit, cùm nullum adhuc de seminario, collegiisq; instituendis extaret decretũ, nulla suspicio: nihilominus tamen C. T. spiritu Dei proculdubio instincta geminum excitaret collegiũ ex quorum vtroq; à lectissimis Societatis patribus gubernato aliquando periti, & vigilãtes, velut ex equo Troiano prodirẽt gubernatores, qui dissidentiũ opinionũ horribiles sedarent procellas, ac fidei serenitatẽ hæreticorum fraudulentia iam pridem ereptã reuocarẽt? Cum igitur Societatis industria, non modò in plerisque oĩbus Europæ partibus pertinacissimis hæreticis antiquas sequendi vias extiterit dux, & author, verumetiã eiusdẽ perfectũ sit opera, & labore, vt apud vtriusque Indiæ populos, Sinas, & Iapones, quibus vel nunquã fidei lumẽ illuxerat, vel sanè perierat, nunc indies magis, magisq; augeatur, ac inflammata charitate clarescat: meritò sub Reuerendiss. nominis tui prodeunt auspicijs, ac ita prodeunt, vt quemadmodum agricola de fertilitate soli, in

li, in quod plurimum desudauit, præcipuo quodā afficitur gaudio: sic quoque C.T. zelus nonnulla propter Ecclesiæ Dei multiplicationem perfundatur voluptate. En Religiosissime Præsul, quæ me subegerunt inscriptionis causæ: quas si intelligero non improbatas omnino fuisse, sed in bonā acceptas partē, amplissimum videbor mihi operæprecium cōsecutus. Munus quidem est neq; amplitudine tua (fateor) dignum, neq; multiplici beneficiorū quibus me perpetuò cumulat vi, respōdet: sed leuidensæ huius tenuitatem (vt spero) celsitudinis, humanitatisq; tuæ subleuabit magnitudo. Deus Opt. Max. pro immēsa sua misericordia largiatur Illustrissimæ C.T. quādiu legenaturæ viuere licebit gratiam, qua nō modò se, suosq; sibi cōmissos salutariter gubernet: verùmetiā toti clero catholicæq; Ecclesiæ in finem vsq; gloriosè existat ædificationi.

Louanij, 1565. Calendis Augusti. Illustrissimæ T. Celsit.

Deuotissimus

Ioannes Rut. Bergensis.

CHRI-

¶ CHRISTIANO lectori Io. R. B. S.

IGnotum esse arbitror nulli (Christiane Lector) quẽadmodũ suæ cõditionis initio, diuinos in cœlo diabol⁹ cũ suis adseclis dæmonibus affectarit honores: à quibus posteaquã superbiæ typho inflatus excidit, summa ope nixus est, vt in ruinã humano genere pręcipitato, quarũ rerũ illic verè fecerat iacturã, saltẽ apud nos cõsequeretur vel vmbrã. Siquidẽ per omnes mũdi ætates vsque ad Seruatoris nostri Iesu Christi felicẽ oratũ cùm apud pauciſsimos mortales religio cultúsq; vigeret diuinus: cõstat reliquã hominũ degenerẽ turbã in cæcam adeo prolapsam esse idololatriã, vt diabolũ modò per res omnis vitæ expertes, modò per bruta animãtia (quod tameneuenit rarius) oracula reddentẽ pro Deo coleret, ac veneraretur. Interim misericors Deus, tã impotentẽ in nos illius, de quo nihil malè meriti eramus, cernẽs tyrãnidẽ, ac superbiã: diutius viscera misericordiæ suæ cõtinere non potuit, quin verbũ suũ, filiũ (inquã) vnigenitũ nostra vestitũ carne. cœlo demitteret, qui vt iugi illius à ceruicibus nostris semel excutiẽdi potestatẽ haberet ampliſsimã, ita in cunabulis adhuc agẽs luculẽtiſsima de illo victoriæ statueret trophęa. Etenĩ Cæſ. Auguſt. ingraueſcẽte iã ætate, rebus feliciſsimè gestis, totóq; orbe pacato, cum duobus maximis Hecatũbes sacrificiis sciſcitaretur Pythiũ Apollinẽ, quẽnã esset imperij habitur⁹ ſucceſſorẽ, in hãc sentẽtiã respõdit.

Idololatria apertum cum Deo bellũ est.

Christo nato idololatria cessare cœpit.

Me puer

PRÆFATIO.

Me puer hebræus (divos Deus ipse gubernans
Cedere sede iubet, tristemque redire sub orcum.

Pythius Apollo obmutescit.

Subsecutum est enim, vt Pythij Apollinis dæmonium non modò ex eo obtumescceret tempore, atq; ad sibi destinata remearet lota: sed etiã tũ Romę in Capitolio ingẽtis mole primogenito Deo extrueretur ara (id quod Cæsar Romã reuersus fecisse non ambigitur) cui quantũlibet ignoto sacrificaretur, & refert Nicephorus Callistus: quemadmodũ ad monachorum quorũdam sanctitate præstantiũ in Insulam Ægypti, tum adhuc seruientem idolis, ab Arrianis deportatorũ, omnia repẽte fugerint dæmonia. Et quod maiorem meretur admirationem, ad

Roma ignoto Deo ara erigitur.

Cineres martyrũ dæmonum oracula cõsciscunt.

D. Babilæ Antiochenę Ecclesiæ Antistitis, & martyris cineres Daphnæũ consiluit oraculũ. Quid? quòd Iulianus apostata, & necromanticus, dum in mediis versatur idolomaniis, spectris conterritus diabolicis, se pro recepta cõsuetudine, Christianus adhuc cùm esset, signaculo munierit crucis, ac omnes dicto citius dęmonũ pręstigias propulsarit? Diabolus igitur cùm dolosos suos, quib⁹ humanũ genus irretiuerat, laqueos prodi, ac impiissimas cultus sui delusiones proculcari, nec se amplius in rebus creatis pro Deo haberi animanduerteret: apertũ mouere Deo bellũ posthabuit: sed vulpeculũ more vineas dæmolientiũ, fraudulẽter admodũ rẽ aggressus est, quò nauiculam Petri à sanæ fidei, probatissimæq; vitæ rectoribus gubernatã, si nõ prauorũ dogmatũ fluctib⁹ submergere, saltẽ fatiscere, ac cõplures occultis fraudibus in interitum trahere posset. Igitur veterator, vt quã

Delet a Idolatria do

exorsus

exorſus erat telã æquali pertexeret aſtutia: non eos,qui pro modeſtia Chriſtiana verbis ſapientũ beneuolas,ac ſequaces accommodant aures,antiquiſq; patrum hærent veſtigiis,oppugnat:ſed qui nomine quidẽ tenus Chriſtianã profitẽtes fidẽ,interim arrogantia,inaníſq; glorię veneno tumentes,præ ambitione,dominandíq; ſtudio, quaſi intẽperiis quibuſdã agerẽtur,hos ſuæ machinatiõis peridoneos conquiſiuit adminiſtros. Hac via in ciuitatem Dei impij hoſtes irruerũt, ac portentoſorũ errorũ immenſam inuexerunt colluuiem Hęretici nimirum tam veteres quàm recentes Caluiniani,qui innumerabilẽ Chriſtianorũ multitudinẽ in foueã perditionis præcipitârunt. Videmus enim ita ſe cõparare homines: vt multo maxima pars virtute derelicta ſuccũbat vitiis,pluréſq; ſint mali,quàm boni ſectatores. Sed tñ huic tã pernicioſè graſſanti malo nõ deſtitit Deus opponere poſt Apoſtolos,apoſtolicóſq; viros velut quoſdã antagoniſtas,Iuſtinũ, Irenæũ,Cyprianũ,Chryſoſtomũ, Ambroſiũ,Hieronymũ,Auguſtinum, ac infinitos alios Chriſtianæ fidei protectores,vitęq; Euangelicę coryphæos,qui pro electis Dei ſeſe tãquam muros opponerẽt,eóſq; in fide maiorum ſartos tectos,conſeruarẽt. Sed quorſum hæc? Eò ſcilicet, vt intelligatur,neq; diabolũ malis ad nocendũ deeſſe,neq; Deũ pati indefenſos bonos. Quẽadmodum enim impatiens quietis aduerſarius noſter,nunquã nõ aliquid,ceu leo irrugiens machinatur maximè hoc noſtro exulceratiſsimo ſęculo,quo luculenta præ reliquis clade cõficere Dei Eccleſiam poſsit; ſic nũc in hac ſenecta,& velut

lis demoliatur Eccleſiã dęmon.

decur-

decursu quodã seculorum Iesus Christus Deus, ac Dñs noster de suo noïe sanctissimo insignita aduersus sceleſtos, atq; nepharios illius conatus Societatẽ misit, quæ cũ in primis amore Dei, tũ studio salutis humanæ mirabiliter accensa, nõ modò ad cõtundẽda hæreseõ oïm capita pro validissimo esset futura malleo: verumetiã vim sibi à spiritusancto cõmunicatã haberet, qua & enormes peccatores à laqueo desperationis in viam reuocaret, & apud feras, barbarásq; gẽtes hactenus inaccessas fidẽ propagaret. Tãta est autẽ, & tã importuna illius malitię vis, vt tãetsi præclaros huius litteris, ac pietate excultæ Societatis functiões, salutaréq; impet⁹ frangere nõ queat, aut in præceps aliquod vitæ discrimẽ adducere: nõ tñ cõquiescat, quin vel per naufragos à fide, vel impios alioqui Christianos eorũ apud potẽtissimos vtriusq; ordinis Monarchas existimationẽ eleuet & obscuret. Nec hoc mirũ videri debet, nullos enim ille oppugnat acrius, nullorũmq; innocẽtiæ struit insidias grauiores, quã quos nulla vitæ habita ratione, vbi necesse est cernit, cũ Orthodoxæ fidei propugnatores reliquis insuperabiles tũ vitæ puritate, ac doctrina prælucere. Sed neq; Christus Dñs vllos defendit potẽtius, aut securius ab oï fraude turatur, quàm quos in vineã suã excolendã destinat operarios: quos calũniarũ procellis nunquã ita agitari sinit: vt nõ aliquãdo suo præsidio cõmuniti innocẽtię rabula emergant. Quæ cũ ita sint, deplorãda magis est, q̃ lædoriis cõfutãda (quod nũc ferè cacoethes obtinuit) illorũ siue cæcitas, siue maleuolẽtia, qui sacratissimi noïs Iesu Societatẽ in odium,

Quos dæmon maxime impugnat.

Quos Deus defendit potiss.

odium,ac criminosam suspicionẽ vocare nõ verentur.Nam cùm neq; Ioãnes Baptista (quo inter natos mulierũ nemo extitit maior)neq; adeo Christus Dñs(Deus ipse,& natura Dei filius)potuerunt malicioſorũ euitare blasphemiã,quin illũ propter austeritatem insolitã vitæ dæmonio obsessum,Christũ verò,quòd familiariter vt homo ederet,& biberet,edacẽ,viniq; potorẽ dicerent,quid mirandũ si neq; nũc satis bonorũ tuta sit apud malos innocentia? Vix dũ in lucẽ nõ sine Dei fauore prodierat hæc Societas Iesu: & ecce ingẽs diabolicis furiis comitata phalãx, ita eã summis,infimisq; probè spectatã,& bonis probatissimã,prosequi cœpit,vt neq; etiãnũ,quoquo modo grassari desistat. Extiterunt enĩ haud ita pridẽ nescio qui,malè feriati homines religiõis, omniúmq; virtutum hostes,qui cõtra Patres huius Societatis,nõ modò per calumnias quasi occultis cuniculis egerunt: sed etiã aperto Marte editis libellis maledicẽtiæ plenis calamũ petulãter,& immaniter in eos strinxerũt,qui tñ meo iudicio nihil aliud cõsecuti vidẽtur,quàm quod propria detecta nequitia latẽtẽ adhuc Societatis virtutẽ,& paucis exploratam in oculis omniũ,& lumine illustriori collocarẽt, nõ aliter q̃ olim accidit Diocletiano Dei hominúmq; cõtẽptori impiissimo, qui cũ in id totus incũberet, vt Christianorũ sub imperio Romano degẽtium aras,& sacra euerteret,aliud nihil tã immanib⁹ laboribus effecit,q̃ quod Christianismo paucos post annos ad pristinũ cultũ redeũte Ecclesiã catholicã multis partibus,& feliciorẽ reddidit, & auctiorẽ. Quã ob rẽ nihil est,quod cõturbet nos, quàm

Diocletiani Tyrannis.

quã diu pietati insistimus, improborũ hominũ maledicentia, aut si quid in Societatẽ hãc dictũ est asperius. Non enim hic recens ludus est, aut ante aliquot annorũ hebdomadas prodiit: etiam crudelissimorũ tyrannorũ feritatẽ aduersus ecclesiã & legimus olim accidisse & nũc oculis ipsi videmus, passi sunt martyres ante nos grauiora, passi doctores, & propugnatores catholicę fidei, quos ante et cõmemorauimus. Deniq; patiendũ est oĩbus qui Christi nomẽ, & fidẽ sequuntur: stat enim rata illa Diui Pauli sentẽtia, debere nos per multas iniurias, & tribulatiões intrare in regnum Dei, quæ tanto copiosius se offerunt plerũq;, quãto quis vicinius adhęrere Deo, & contra malos à virtute magis stare nititur.

Tyrannis etiã nostra tempestate.

Laudabiles certè, & præstãtes viros animi patiẽtia, & æquanimitas extollet ad gloriã: malos demerget impietas ad pœnã: illis propter fidem ac constantiã, & in auertendis ab Ecclesia erroribus nauatã diligentiã regnũ promittitur æternũ: his ex flagitiis suis, & impura vita manet gehẽna ignis. Quid? quod ipsa trãquillitate, & pacata rerũ cognitiõe vtilitatẽ hæreses adferũt Ecclesiæ maiorẽ? quæ dũ contũditur, vt ait D. Hilarius vir in istis malis exercitatissimus, vincit: dũ opprimitur, exultat: dum arguitur falsi, veritatẽ prodit apertissimè. Deniq; in his perturbatiõibus cuiusq; virtus quãta sit, & in catholica fide perseuerantia declaratur, scitè enim dictũ est ab Apostol. oportere hęreses esse, vt probetur qui inter nos electi sunt. Iã verò quod de Ecclesia Dei in vniuersum dictũ est, licebit statuere de Societate nominis Iesu, quæ quẽadmodũ æmulos suos

Cur Deus permittit hæreses.

los suos habuit,& adhuc habet plurimos: ita magis ac magis eluceſcet quã diu non alio ſe,quã innocentiæ præſidio tuebitur. Erit,erit illa dies aliquãdo,quæ tã piis oĩbus,quã ſanctiſsimę huic Societati licet hoſtiũ ſuorũ calũnias nũc ſurda aure prætereat,ac ſilẽtio vindicet)ſauorẽ,ac laudẽ ampliſsimã dabit,& tam piæ cauſæ patronos ſtrenuiſsimos apponet. Quãquã, quid dico erit? imò iã ſunt minimè pauci,qui diligẽtẽ operã ei promouẽdę nauarũt,& pręclarè de ſucceſſu eius vaticinati ſunt. Sed vnũ placet è multis adferre, pie lector,ex quo velut ab vnguib⁹ leonẽ(quod aiunt)facilè diſces, quãto in precio, & amore à præſtantiſsimis viris habita ſit. Cũ enim Diuus Ignatius tũ in terris ſuperſtes,nũc in cœlis beatus agẽs,à quo primũ Societas inſtituta eſt,quẽ propter ſanctũ ſpiritũ in eo copioſè inhabitãtẽ alterum dicere licet Ignatium Theophorũ illum in cuius corde reſecto ſanctiſsimũ nomẽ Ieſu exaratũ,impreſſũmq; apparuit: hic,inquã, cũ pro eo zelo,quẽ in iuuãda Eccleſia Dei gerebat, ac mentis ardore:vt aliquid cõferret in commune bonũ iã fathiſcẽtis laceræq; fidei Chriſtianę Romã veniſſet,cum Põt.Max.Paulo eius nominis tertio homine prudentiſsimo locutus,quæ pro Eccleſia Dei moliretur,aperuit. Pontifex admiratus maſculam in viro Dei conſtantiam, animíque inuicti robur: ſentiens quantæ in ea re, quam proponebat,commodæ rationes ineſſent ad iuuandam Eccleſiam, non modò liberaliter conceſsit, quod impetratum volebat, verum etiam afflatus diuino ſpiritu veniſſe dicitur in eam ſententiam,vt crederet deſurſum eſſe, & ẽ

Ignatius à Loyola.

patre

patre luminum descendisse hoc viri sanctũ desideriũ. Digitus, inquit, Dei est hic, ô pręclarã vocem, & sagacissimo Christi vicario dignam. Nõ enim altã istã, calamitatũmq; impendentiũ haud ignarã mentẽ latere potuit medicus tã pius, qui quoquo modo posset. humanos solaretur casus, & Ecclesiæ laborãti succurreret. Iã enim cõmodum Lutherus ortus erat, iã stella illa caliginosa Antichristi extra cœlũ, & Societatẽ bonorũ in abyssum exciderat errorũ, iã blasphemo, atq; impuro cordis aperto puteo tenebricoso hæreticæ doctrinæ fumo cœlũ, solẽ, sacra iuxta ac prophana infecerat. Verũ ille, qui cũcta suo nutu gubernat, aduersus eiusmodi nepharios conatus dũ electorũ suorũ obliuiscì non potest: pugilẽ eodẽ ferè tempore Ignatiũ exciuit, de quo iã dixi. In cuius vsq; adeo obliuionẽ venire nõ potuit Põt. ille Paulus 3. cùm sępius iã, & familiariter cũ eo cõgressus fuisset: quin cùm resolutionis suæ (vt cũ D. Paulo loquar) iamiã tẽpus instare cerneret, ac priusquã vitæ modũ faceret, ad eum miro quodã animi desiderio anhelaret, præsentiã illi⁹ sępius inclamitans, Ignati, Ignati. Intelligebat ni mirũ Beatissimus Pater: vt trãquilliori cõscientia, ex hoc ergastulo corporis emigraret, quantũ momenti esset positũ in extrema illa cũ morte, nostróq; hoste iurato diabolo lucta, si quis optimis, pientissimísq; viris circũseptus esset. Quãti quoq;, qui secuti sunt Põtifices Societatẽ hanc sanctissimi nominis Iesu faciendã esse duxerint: haud obscurè singuli cũ hoc ipso de quo agimus, suis diplomatis fecêre contestatum. Quid? quod œcumenicum Concilium Trident, legittimè in

spiritus

ſpiritu ſancto pro ſalute totius Chriſtianæ Reipublicæ indictũ, operepræciũ ſibi duxerit definire, ac Societatis Ieſu inſtitutũ publico cõprobaſſe teſtimonio? Et ne diu fatigêre quærẽdo, accipe verba ex c. 6. ſeſſ. 25. Sancta Synodus nõ intẽdit aliquid innouare, aut prohibere, quin religio clericorũ Societatis Ieſu iuxta piũ eorum inſtitutum à Sancta ſede Apoſtolica approbatum, Domino Deo, & eius Eccleſiæ inſeruire poſsit. Multa huc adferri poſſent præſtantiũ virorum teſtimonia, quibus certum facere liceret id quod dicimus, Societatẽ hãc honore, ac fauore omniũ dignã eſſe: ſed quia nec indiget alienis prçconiis, & in defenſionẽ eius publicis monumẽtis multi aliquid cõtulerunt, libẽter ſuperſedebimus. Apoca. 12.

Eſt inter reliquos Iacobi Andradij Payuæ doctiſsimi, diſertiſsimiq; viri opus in decẽ digeſtũ libros, quod qui volet legere, quo modo, quibuſque initiis exorta ſit, & quomodo adoleuerit, animaduertet, nõnulla, prodiit & in Gallia libellus alius in quo exactius quæ Societatis ſunt explicãt. Andradij opus pro Societate.

Cum qbus ſtudioſe Lector has literas ex India allatas ſi adiungas, multiplicẽ vitæ in melius cõmutandæ fructum pceperurus es, quas ob id maluimus qualicunq; ſtilo exaratas prodire, ſic tñ vt nõ ingratã reſipiſcant latinitatis ſaliuã, quã magnifica Dei apud Indos opera nõ in lucẽ proferre. In quibus fortaſſe illud offendet delicatulas aures, quod quaſi modeſtiæ Chriſtianæ immemores, de ſe loqui aliquãdo videãtur gloriioſius: memineris oro, nõ ita ab ipſis cõſcriptas eſſe, vt promiſcuo eas obtrudi voluerint lectori, ſed ſuis duntaxat fratribus mirabilia Dei per

ſe pa-

se patrata, cupiebant esse nota, quo & in primis omnipotenti Deo, pro eo ac par est, gratiæ agerentur, nec nõ pro ipsis in vinea Dei laborantibus cõtinuo funderentur preces, seséq; mutuo in grauissimis solarentur animaréntq; laboribus. Præterea hoc te admonitum volumus, literas has multo copiosiores quàm nos tibi damus, ex India missas fuisse: sed ne quid esset, quod remorare te retineret, in legendo, multa ex industria subtracta sunt. His interea fruere, dũ aliud tibi volumẽ magis elaboratũ in quinq; vel sex libros distributũ paramus: in quorum primo tibi sumus daturi B.P. Frãcisci Xauieri. epistolas cũ Iapanẽsibus & Sinẽsibus. In 2. Goéses: in 3. Africanas & Æthiopicas: in 4. Insularũ: in 5. Brasiliẽses siue Americas: sextus fortè cõprehendet quæ nõ cõmodè in ordinẽ secundũ narrationẽ historicã digeri potuerunt. Quem laborẽ eò lubentius in tuam gratiã suscipimus, quòd nõ alium ferè ordinẽ seruatũ esse, quã quo ex India receptæ sunt in quatuor illis admodũ prolixis, idiomate Italico cõscriptis tomis, nõ sine tedio aduertimus: Vale in Christo Lector optime, nostróq; labores, quod facis, boni consule.

Prouerb. 3.

Noli prohibere benefacere eum qui potest: Si vales, & ipse benefac.

EPIS-

EPISTOLA M. GASPARI BELGÆ ex Societate Iesu Præsbyteri, quã ex Ormutio Insula sinus Persici Conimbricam ad suos Fratres ac socios dedit. An. 1549.

Gasparꝰ hic Zelãdus fuit natus in Oppido Goes, Louanij in pædagogio Castrẽsi philosophiã didicit circa anꝰ Dñi 1535. Dein sub Carolo V militiam perteſus, Christo militare cœpit, multis tẽpestatibꝰ et naufragijs eruditus.

Agit de regis ad fidem affectu, insulæ natura mirabili, Nili ortu, Alexandri monumentis, Gentilium, Iudæorum & apostatarum à fide ad Christum conuersione, Christianorũ pœnitẽtijs, restitutionibꝰ, feruore & pijs exercitijs, necnon miraculis quibusdã.

GRATIA, & pax Dei, ac Domini nostri Iesu Christi vos semper tueatur. Amen. Si ea quę per homines nostrę Societatis in hac vrbe, Insulaque geruntur, sigillatim conner perscribere: non modò facultas me, sed etiam (Christo Domino nostro gratia) dies, atq; adeo vita ipsa deficiet. Pleniores literas dabunt charissimi in Christo Patres, ac Fratres, vnusquisque separatim, quod nostris omnibus quicunq; in diuersis Indiæ oris versantur, vt facerent, M. Franciscus mandauit:

Quid ad scribẽdũ

huiusmodi literas impulerit.

quem quidem tum in doctrina, tum in obedientia, cæteriſq; virtutibus ducem ſequi debemus, qui tam multa, támque egregia nobis præbuit exempla: vt quãdiu vixerimus, quod imitemur, habeamus. Quod obedientiæ ſtudium niſi potentius ad ſcribendum me compelleret, quàm vel pudor deterret, vel negociorum multitudo non permittit: non equidem proximo anno M.D.XLVIII. vt ea ſcriberem quæ tunc ſcripſi, adduci potuiſſem: & nunc multò minus, cùm id mihi negocij datum eſt, vt quæ Deus Opt. Max, noſtræ minimę Societatis opera, & miniſterio his in locis agit, diſtinctè, fuſéque conſcribam. Quod tamẽ minus ægrè, imò eò libẽtius facio, quòd confidam fore: vt homines his rebus vel legendis, vel audiendis ad ampliorem diuinæ benignitatis, & prouidentiæ admirationem, amorem, laudationémque incitentur: cuius nutu, atque ope fretus, nunc ad narrandũ me accingam: ita vt quędam ſigillatim referam, alia generatim, & vniuersè perſtringam.

Dei laus non propria quæ rẽda eſt.

Atque vt à noſtro Goa ad Cochinum, vbi tunc M. Frãciſcus morabatur, diſceſſu ordiar: in literis, quas ſuperiori anno ad P. Aloyſiũ Granatã dedi, ſcripſiſſe memini, me à P. Antonio Gomezio ad Challem miſſum: vt ibi Collegium conſtituerem, in quo noſtræ Societatis Tyrones, qui in Goano Collegio aſſcripti fuerant, in religione, Chriſtianiſque virtutibus exercerentur, & cũ Calecuthanis hominibus verſarentur. Nã Rex Thanorij tum, cùm illac ego tranſirẽ, magno ſtu-

Collegiũ Challẽſe.

Rex Thanorij baptiſmũ deſiderat.

dio ca-

dio capessendæ Christianæ religionis flagrabat. Itaq; profectus, cùm eò peruenissem: omnia ad rem conficiendam necessaria offendi, & contemplatus loci naturam, edoctúsq; singula, Cochinum redij, vt M. Francisco renũciarem. Is verò me, de quo iam aliud statuerat, postridiè Goam secum reuerti iussit. Ea nocte apud Fratres Franciscanos diuersati sumus, qui humaniter, & benignè nos excepe rũt, perinde ac si eiusdem ordinis fuissemus. Cùm Goam peruenissemus, Collegio Goano me præficere voluit: sed propter virium imbecillitatem, animíque haud satis purgati cõscientiam id munus meritò recusantem, ad hanc Insulam, vrbémque Ormutium misit, quò nullus adhuc nostrorum sociorum, nec alius quisquam Christianus Concionator accesserat, pręter quendam Episcopum, qui postea diem hîc suum obijt. Hanc Insulam diu multúmq; M. Franciscus adire cupiuit, commotus fama grauissimorum scelerum, quæ incolas admittere à multis audierat: sed quò minus iret, necessaria in Iapaniam profectio impędiuit. Abiens triennij moram Ormutij mihi, dum ipse videlicet ex Iapania reuerteretur, definiuit: tum quia me in Chinam, aut quocunque aliò ipsi visum fuisset, mittere destinauerat: tum quia verebatur, ne ego propagandę religionis cupiditate inductus, longius fortasse quàm par esset, progrederer, atque in Persidem Asiámque minorem penetrarem, vbi paucis antè diebus viri quidam religiosi ob Christiani nominis confessionem fuerũt à

PRÆFATIO.

Me puer hebræus (divos Deus ipse gubernans
Cedere sede iubet, tristemque redire sub orcum.

Pythius Apollo obmutescit.

Subsecutum est enim, vt Pythij Apollinis dæmonium non modò ex eo obtumescceret tempore, atq; ad sibi destinata remearet lota: sed etiã tũ Romę in Capitolio ingẽtis mole primogenito Deo extrueretur ara (id quod Cæsar Romã reuersus fecisse non ambigitur) cui quantũlibet ignoto sacrificaretur. & refert Nicephorus Callistus: quemadmodũ ad monachorum quorũdam sanctitate præstantiũ in Insulam Ægypti, tum adhuc seruientem idolis, ab Arrianis deportatorũ, omnia repẽte fugerint dæmonia. Et quod maiorem meretur admirationem, ad D. Babilæ Antiochenę Ecclesiæ Antistitis, & martyris cineres Daphnæũ consiluit oraculũ. Quid? quòd Iulianus apostata, & necromanticus, dum in mediis versatur idolomaniis, spectris conterritus diabolicis, se pro recepta cõsuetudine, Christianus adhuc cùm esset, signaculo munierit crucis, ac omnes dicto citius dęmonũ pręstigias propulsarit? Diabolus igitur cùm dolosos suos, quib⁹ humanũ genus irretiuerat, laqueos prodi, ac impiissimas cultus sui delusiones proculcari, nec se amplius in rebus creatis pro Deo haberi animanduerteret: apertũ mouere Deo bellũ posthabuit: sed vulpeculũ more vineas dæmolientiũ, fraudulẽter admodũ rẽ aggressus est, quò nauiculam Petri à sanæ fidei, probatissimæq; vitæ rectoribus gubernatã, si nõ prauorũ dogmatũ fluctib⁹ submergere, saltẽ fatiscere, ac cõplures occultis fraudibus in interitum trahere posset. Igitur veterator, vt quã

Cineres martyrũ dæmonum oracula cõfecunt.

Deleta Idololatria do

exorsus

exorſus erat telã æquali pertexeret aſtutia: non eos,qui pro modeſtia Chriſtiana verbis ſapientũ beneuolas,ac ſequaces accommodant aures,antiquiſq; patrum hærent veſtigiis,oppugnat:ſed qui nomine quidẽ tenus Chriſtianã profitẽtes fidẽ,interim arrogantia,inaníſq; glorię veneno tumentes,præ ambitione,dominandíq; ſtudio, quaſi intẽperiis quibuſdã agerẽtur,hos ſuæ machinatiõis peridoneos conquiſiuit adminiſtros. Hac via in ciuitatem Dei impij hoſtes irruerũt, ac portentoſorũ errorũ immenſam inuexerunt colluuiem Hęretici nimirum tam veteres quàm recentes Caluiniani,qui innumerabilẽ Chriſtianorũ multitudinẽ in foueã perditionis præcipitârunt. Videmus enim ita ſe cõparare homines: vt multo maxima pars virtute derelicta ſuccũbat vitiis.pluréſq; ſint mali,quàm boni ſectatores. Sed tñ huic tã pernicioſè graſſanti malo nõ deſtitit Deus opponere poſt Apoſtolos,apoſtolicóſq; viros velut quoſdã antagoniſtas,Iuſtinũ, Irenæũ,Cyprianũ,Chryſoſtomũ, Ambroſiũ,Hieronymũ,Auguſtinum, ac infinitos alios Chriſtianæ fidei protectores,vitęq; Euangelicę coryphæos,qui pro electis Dei ſeſe tãquam muros opponerẽt,eóſq; in fide maiorum ſartos tectos,conſeruarẽt. Sed quorſum hæc? Eò ſcilicet, vt intelligatur,neq; diabolũ malis ad nocendũ deeſſe,neq; Deũ pati indefenſos bonos. Quẽadmodum enim impatiens quietis aduerſarius noſter,nunquã nõ aliquid,ceu leo irrugiens machinatur maximè hoc noſtro exulceratiſsimo ſęculo,quo luculenta præ reliquis clade cõficere Dei Eccleſiam poſsit; ſic nũc in hac ſenecta,& velut

lis demoliatur Eccleſiã dęmon.

decur-

decursu quodã seculorum Iesus Christus Deus, ac Dñs noster de suo noie sanctissimo insignita aduersus sceleſtos, atq; nepharios illius conatus Societatẽ misit, quæ cũ in primis amore Dei, tũ studio salutis humanæ mirabiliter accensa, nõ modò ad cõtundẽda hæreseõ oĩm capita pro validissimo esset futura malleo: verumetiã vim sibi à spiritusancto cõmunicatã haberet, qua & enormes peccatores à laqueo desperationis in viam reuocaret, & apud feras, barbarásq; gẽtes hactenus inaccessas fidẽ propagaret. Tãta est autẽ, & tã importuna illius malitię vis, vt tãetsi præclaros huius litteris, ac pietate excultæ Societatis functiões, saluturaéſq; impet⁹ frangere nõ queat, aut in præceps aliquod vitæ discrimẽ adducere: nõ tñ cõquiescat, quin vel per naufragos à fide, vel imptos alioqui Christianos eorũ apud potẽtissimos vtriusq; ordinis Monarchas existimationẽ eleuet & obscuret. Nec hoc mirũ videri debet, nullos enim ille oppugnat acrius, nullorũmq; innocẽtiæ struit insidias grauiores, quã quos nulla vitæ habita ratione, vbi necesse est cernit, cũ Orthodoxæ fidei propugnatores reliquis insuperabiles tũ vitæ puritate, ac doctrina prælucere. Sed neq; Christus Dñs vllos defendit potẽtius, aut securius ab oĩ fraude turatur, quàm quos in vineã suã excolendã destinat operarios: quos calũniarũ procellis nunquã ita agitari sinit: vt nõ aliquãdo suo præsidio cõmuniti innocẽtię tabula emergant. Quæ cũ ita sint, deplorãda magis est, q̃ lædoriis cõfutãda (quod nũc ferè cacoethes obtinuit) illorũ siue cæcitas, siue maleuolẽtia, qui sacratissimi noĩs Iesu Societatẽ in odium,

Quos dæmon maxime impugnat.

Quos Deus defendit potiſſ.

odium,ac criminosam suspicionẽ vocare nõ verentur.Nam cùm neq; Ioãnes Baptista (quo inter natos mulierũ nemo extitit maior)neq; adeo Christus Dñs(Deus ipse,& natura Dei filius)potuerunt malicioſorũ euitare blasphemiã,quin illũ propter austeritatem insolitã vitæ dæmonio obsessum,Christũ verò,quòd familiariter vt homo ederet,& biberet,edacẽ,viniq; potorẽ dicerent,quid mirandũ si neq; nũc satis bonorũ tuta sit apud malos innocentia? Vix dũ in lucẽ nõ sine Dei fauore prodierat hæc Societas Iesu: & ecce ingẽs diãbolicis furiis comitata phalãx, ita eã summis,infimisq; probè spectatã,& bonis probatissimã,prosequi cœpit,vt neq; etiãnũ,quoquo modo grassari desistat. Extiterunt enĩ haud ita pridẽ nescio qui,malè feriati homines religiõis, omniúmq; virtutum hostes,qui cõtra Patres huius Societatis,nõ modò per calumnias quasi occultis cuniculis egerunt: sed etiã aperto Marte editis libellis maledicẽtiæ plenis calamũ petulãter,& immaniter in eos strinxerũt,qui tñ meo iudicio nihil aliud cõsecuti vidẽtur,quàm quod propria detecta nequitia latẽtẽ adhuc Societatis virtutẽ,& paucis exploratam in oculis omniũ,& lumine illustriori collocarẽt, nõ aliter q̃ olim accidit Diocletiano Dei hominúmq; cõtẽptori impiissimo, qui cũ in id totus incũberet, vt Christianorũ sub imperio Romano degẽtium aras,& sacra euerteret,aliud nihil tã immanib⁹ laboribus effecit,q̃ quod Christianismo paucos post annos ad pristinũ cultũ redeũte Ecclesiã catholicã multis partibus,& feliciorẽ reddidit, & auctiorẽ. Quã ob rẽ nihil est,quod cõturbet nos, quàm

Diocletiani Tyrannis.

quã diu pietati insistimus, improborũ hominũ maledicentia, aut si quid in Societatẽ hãc dictũ est asperius. Non enim hic recens ludus est, aut ante aliquot annorũ hebdomadas prodiit: etiam crudelissimorũ tyrannorũ feritatẽ aduersus ecclesiã & legimus olim accidisse & nũc oculis ipsi videmus, passi sunt martyres ante nos grauiora, passi doctores, & propugnatores catholicę fidei, quos ante et cõmemorauimus. Deniq; patiendũ est oĩbus qui Christi nomẽ, & fidẽ sequuntur: stat enim rata illa Diui Pauli sentẽtia, debere nos per multas iniurias, & tribulatiões intrare in regnum Dei, quæ tanto copiosius se offerunt plerũq;, quãto quis vicinius adhęrere Deo, & contra malos à virtute magis stare nititur.

Tyrannis etiã nostra tempestate.

Laudabiles certè, & præstãtes viros animi patiẽtia, & æquanimitas extollet ad gloriã: malos demerget impietas ad pœnã: illis propter fidem ac constantiã, & in auertendis ab Ecclesia erroribus nauatã diligentiã regnũ promittitur æternũ: his ex flagitiis suis, & impura vita manet gehẽna ignis. Quid? quod ipsa trãquillitate, & pacata rerũ cognitiõe vtilitatẽ hæreses adferũt Ecclesiæ maiorẽ? quæ dũ contũditur, vt ait D. Hilarius vir in istis malis exercitatissimus, vincit: dũ opprimitur, exultat: dum arguitur falsi, veritatẽ prodit apertissimè. Deniq; in his perturbatiõibus cuiusq; virtus quãta sit, & in catholica fide perseuerantia declaratur, scitè enim dictũ est ab Apostol. oportere hęreses esse, vt probetur qui inter nos electi sunt. Iã verò quod de Ecclesia Dei in vniuersum dictũ est, licebit statuere de Societate nominis Iesu, quæ quẽadmodũ æmulos suos

Cur Deus permittit hæreses.

los suos habuit,& adhuc habet plurimos:ita magis ac magis elucescet quã diu non alio se,quã innocentiæ præsidio tuebitur. Erit,erit illa dies aliquãdo,quæ tã piis oĩbus,quã sanctissimę huic Societati licet hostiũ suorũ calũnias nũc surda aure prætereat,ac silẽtio vindicet)fauorẽ,ac laudẽ amplissimã dabit,& tam piæ causæ patronos strenuissimos apponet. Quãquã, quid dico erit? imò iã sunt minimè pauci,qui diligẽtẽ operã ei promouẽdę nauarũt,& pręclarè de successu eius vaticinari sunt. Sed vnũ placet è multis adferre, pie lector,ex quo velut ab vnguib⁹ leonẽ(quod aiunt)facilè disces, quãto in precio, & amore à præstantissimis viris habita sit. Cũ enim Diuus Ignatius tũ in terris superstes,nũc in cœlis beatus agẽs,à quo primũ Societas instituta est,quẽ propter sanctũ spiritũ in eo copiosè inhabitãtẽ alterum dicere licet Ignatium Theophorũ illum in cuius corde resecto sanctissimũ nomẽ Iesu exaratũ,impressúmq; apparuit: hic,inquã, cũ pro eo zelo,quẽ in iuuãda Ecclesia Dei gerebat, ac mentis ardore:vt aliquid cõferret in commune bonũ iã fathiscẽtis laceræq; fidei Christianę Romã veniſſet,cum Põt.Max.Paulo eius nominis tertio homine prudentissimo locutus,quæ pro Ecclesia Dei moliretur,aperuit. Pontifex admiratus masculam in viro Dei constantiam, animíque inuicti robur: sentiens quantæ in ea re, quam proponebat,commodæ rationes inessent ad iuuandam Ecclesiam, non modò liberaliter concesit, quod impetratum volebat, verum etiam afflatus diuino spiritu veniſſe dicitur in eam sententiam,vt crederet desursum esse, & à

Ignatius à Loyola.

patre luminum descendisse hoc viri sanctũ desideriũ. Digitus, inquit, Dei est hic, ô prçclarã vocem, & sagacissimo Christi vicario dignam. Nõ enim altã istã, calamitatúmq; impendentiũ haud ignarã mentẽ latere potuit medicus tã pius, qui quoquo modo posset. humanos solaretur casus, & Ecclesiæ laborãti succurreret. Iã enim cõmodum Lutherus ortus erat, iã stella illa caliginosa Antichristi extra cœlũ, & Societatẽ bonorũ in abyssum exciderat errorũ, iã blasphemo, atq; impuro cordis aperto puteo tenebricoso hæreticæ doctrinæ fumo cœlũ, solẽ, sacra iuxta ac prophana infecerat. Verũ ille, qui cũcta suo nutu gubernat, aduersus eiusmodi nepharios conatus dũ electorũ suorũ obliuiſci non potest: pugilẽ eodẽ ferè tempore Ignatiũ exciuit, de quo iã dixi. In cuius vsq; adeo obliuionẽ venire nõ potuit Põt. ille Paulus 3. cùm sępius iã, & familiariter cũ eo cõgressus fuisset: quin cùm resolutionis suæ (vt cũ D. Paulo loquar) iamiã tẽpus instare cerneret, ac priusquã vitæ modũ faceret, ad eum miro quodã animi desiderio anhelaret, præsentiã illi sępius inclamitans, Ignati, Ignati. Intelligebat ni mirũ Beatissimus Pater: vt trãquilliori cõscientia, ex hoc ergastulo corporis emigraret, quantũ momenti esset positũ in extrema illa cũ morte, nostróq; hoste iurato diabolo lucta, si quis optimis, pientissimísq; viris circũseptus esset. Quãti quoq;, qui secuti sunt Põtifices Societatẽ hanc sanctissimi nominis Iesu faciendã esse duxerint: haud obscurè singuli cũ hoc ipso de quo agimus, suis diplomatis fecêre contestatum. Quid? quod œcumenicum Concilium Trident, legittimè in

spiritus

ſpiritu ſancto pro ſalute totius Chriſtianæ Reipublicæ indictũ, operepræciũ ſibi duxerit definire, ac Societatis Ieſu inſtitutũ publico cõprobaſſe teſtimonio? Et ne diu fatigêre quærẽdo, accipe verba ex c. 6. ſeſſ. 25. Sancta Synodus nõ intẽdit aliquid innouare, aut prohibere, quin religio clericorũ Soçietatis Ieſu iuxta piũ eorum inſtitutum à Sancta ſede Apoſtolica approbatum, Domino Deo, & eius Eccleſiæ inſeruire poſsit. Multa huc adferri poſſent præſtantiũ virorum teſtimonia, quibus certum facere liceret id quod dicimus, Societatẽ hãc honore, ac fauore omniũ dignã eſſe: ſed quia nec indiget alienis prçconiis, & in defenſionẽ eius publicis monumẽtis multi aliquid cõtulerunt, libẽter ſuperſedebimus. Apoca. 12.

Eſt inter reliquos Iacobi Andradij Payuæ doctiſsimi, diſertiſsimíq; viri opus in decẽ digeſtũ libros, quod qui volet legere, quo modo, quibúſque initiis exorta ſit, & quomodo adoleuerit, animaduertet, nõnulla, prodiit & in Gallia libellus alius in quo exactius quæ Societatis ſunt explicãt. Cum qbus ſtudioſe Lector has literas ex India allatas ſi adiungas, multiplicẽ vitæ in melius cõmutandæ fructum pceprurus es, quas ob id maluimus qualicunq; ſtilo exaratas prodire, ſic tñ vt nõ ingratã reſipiſcant latinitatis ſaliuã, quã magnifica Dei apud Indos opera nõ in lucẽ proferre. In quibus fortaſſe illud offendet deli- *Andradij opus pro Societate.*
catulas aures, quod quaſi modeſtiæ Chriſtianæ immemores, de ſe loqui aliquãdo videãtur glorioſius: memineris oro, nõ ita ab ipſis cõſcriptas eſſe, vt promiſcuo eas obtrudi voluerint lectori, ſed ſuis duntaxat fratribus mirabilia Dei per

ſe pas-

se patrata,cupiebant esse nota, quo & in primis omnipotenti Deo,pro eo ac par est.gratiæ agerentur,nec nõ pro ipsis in vinea Dei laborantibus cõtinuo funderentur preces,seséq; mutuo in grauissimis solarentur animaréntq; laboribus. Præterea hoc te admonitum volumus, literas has multo copiosiores quàm nos tibi damus,ex India missas fuisse:sed ne quid esset, quod remorẽ te retineret, in legendo, multa ex industria subtracta sunt. His interea fruere,dũ aliud tibi volumẽ magis elaboratũ in quinq; vel sex libros distributũ paramus:in quorum primo tibi sumus daturi B.P.Frãciſci Xauieri. epistolas cũ Iapanẽsibus & Sinẽsibus. In 2.Goẽles:in 3.Africanas & Æthiopicas:in 4.Insularũ:in 5.Brasiliẽses siue Americas:sextus fortè cõprehendet quæ nõ cõmodè in ordinẽ secundũ narrationẽ historicã digeri potuerunt.Quem laborẽ eò lubentius in tuam gratiã suscipimus,quòd nõ alium ferè ordinẽ seruatũ esse,quã quo ex India receptæ sunt in quatuor illis admodũ prolixis, idiomate Italico cõscriptis tomis,nõ sine tedio aduertimus: Vale in Christo Lector optime, nostróſq; labores,quod facis,boni consule.

Prouerb. 3.

Noli prohibere benefacere eum qui potest: Si vales, & ipse benefac.

EPISTOLA

M. GASPARI BELGÆ

ex Societate Iesu Præsbyteri, quã ex Ormutio Insula sinus Persici Conimbricam ad suos Fratres ac socios dedit. An. 1549.

Gasparbic Zelãdus fuit natus in Oppido Goes, Louanij in pædagogio Castrẽsi philosophiã didicit circa an. Dñi 1535. Dein sub Carolo V militiam perteſus, Christo militare cœpit, multis tẽpestatib⁹ et naufragijs eruditus.

Agit de regis ad fidem affectu, insulæ natura mirabili, Nili ortu, Alexandri monumentis, Gentilium, Iudæorum & apostatarum à fide ad Christum conuersione, Christianorũ pœnitẽtijs, restitutionib⁹, feruore & pijs exercitijs, necnon miraculis quibusdã.

GRATIA, & pax Dei, ac Domini nostri Iesu Christi vos semper tueatur. Amen. Si ea quę per homines nostrę Societatis in hac vrbe, Insulaque geruntur, sigillatim conner perscribere: non modò facultas me, sed etiam (Christo Domino nostro gratia) dies, atq; adeo vita ipsa deficiet. Pleniores literas dabunt charissimi in Christo Patres, ac Fratres, vnusquisque seperatim, quod nostris omnibus quicunq; in diuersis Indiæ oris versantur, vt facerent, M. Franciscus mandauit:

Quid ad scribẽdũ

huiusmodi literas impulerit.

quem quidem tum in doctrina, tum in obedientia, cæteriſq; virtutibus ducem ſequi debemus, qui tam multa, támque egregia nobis præbuit exempla: vt quãdiu vixerimus, quod imitemur, habeamus. Quod obedientiæ ſtudium niſi potentius ad ſcribendum me compelleret, quàm vel pudor deterret, vel negociorum multitudo non permittit: non equidem proximo anno M.D.XLVIII. vt ea ſcriberem quæ tunc ſcripſi, adduci potuiſſem: & nunc multò minus, cùm id mihi negocij datum eſt, vt quæ Deus Opt. Max, noſtræ minimę Societatis opera, & miniſterio his in locis agit, diſtinctè, fuſéque conſcribam. Quod tamẽ minus ægrè, imo eò libẽtius facio, quòd confidam fore: vt homines his rebus vel legendis, vel audiendis ad ampliorem diuinæ benignitatis, & prouidentiæ admirationem, amorem, laudationémque incitentur: cuius nutu, atque ope fretus, nunc ad narrandũ me accingam: ita vt quędam ſigillatim referam, alia generatim, & vniuersè perſtringam.

Dei laus non propria quæ gẽda eſt.

Atque vt à noſtro Goa ad Cochinum, vbi tunc M. Frãciſcus morabatur, diſceſſu ordiar: in literis, quas ſuperiori anno ad P. Aloyſiũ Granatã dedi, ſcripſiſſe memini, me à P. Antonio Gomezio ad Challem miſſum: vt ibi Collegium conſtituerem, in quo noſtræ Societatis Tyrones, qui in Goano Collegio aſſcripti fuerant, in religione, Chriſtianiſque virtutibus exercerentur, & cũ Calecuthanis hominibus verſarentur. Nã Rex Thanorij tum, cùm illac ego tranſirẽ, magno ſtudio ca-

Collegiũ Challẽſe.

Rex Thanorij baptiſmũ deſiderat.

dio capessendæ Christianæ religionis flagrabat. Itaq; profectus, cùm eò peruenissem: omnia ad rem conficiendam necessaria offendi, & contemplatus loci naturam, edoctúsq; singula, Cochinum redij, vt M. Francisco renũciarem. Is verò me, de quo iam aliud statuerat, postridiè Goam secum reuerti iussit. Ea nocte apud Fratres Franciscanos diuersati sumus, qui humaniter, & benignè nos excepe rũt, perinde ac si eiusdem ordinis fuissemus. Cùm Goam peruenissemus, Collegio Goano me præficere voluit: sed propter virium imbecillitatem, animíque haud satis purgati cõscientiam id munus meritò recusantem, ad hanc Insulam, vrbémque Ormutium misit, quò nullus adhuc nostrorum sociorum, nec alius quisquam Christianus Concionator accesserat, prẹter quendam Episcopum, qui postea diem hîc suum obijt. Hanc Insulam diu multúmq; M. Franciscus adire cupiuit, commotus fama grauissimorum scelerum, quæ incolas admittere à multis audierat: sed quò minus iret, necessaria in Iapaniam profectio impediuit. Abiens triennij moram Ormutij mihi, dum ipse videlicet ex Iapania reuerteretur, definiuit: tum quia me in Chinam, aut quocunque aliò ipsi visum fuisset, mittere destinauerat: tum quia verebatur, ne ego propagandę religionis cupiditate inductus, longius fortasse quàm par esset, progrederer, atque in Persidem Asiámque minorem penetrarem, vbi paucis antè diebus viri quidam religiosi ob Christiani nominis confessionem fuerũt à

barbaris interfecti, & in ijs monachus Franciscanus vnà cum altero Christiano, qui religionem christianã quam Turcico habitu hactenus dissimulauerat, insigni morte professus est, cum aliquibus discipulis comprehensus, & sagittis transfixus, vt à quodam Genuensi accepi, quem abiuratæ, desertæque fidei Christianæ pœnitentem expiaui. Franciscani etiam huius martyrij coronam alius confirmauit Genuensis. Vtinam & mihi misericors Deus eiusmodi tribuat animi robur, eôq; me dignetur beneficio: vt & ego minimè cedens tormentis, dignus habear aliquid pro Christi nomine pati. Verũ sibi quisq; suspectus esse debet, atq; mihi hoc nomine magis ego: quòd P. Frãciscus meę tenuitatis cõscius toto triẽnio finibus Ormutij excedere interdixit.

Antequam igitur in Iaponiã ille discederet, ego in hanc Insulam cursum instituturus, nauem conscendi, adiungens mihi nauigationis comitem Raimundum Perciram virum nobili loco natum, qui Goæ in nostram fuerat Societatem ascitus. In naui dominicis quidem diebus concionem habebã, quotidie vero Christianam doctrinam seruis tam viris, quàm mulieribus, & pueris explicabam, idq; interdiu: noctu autem Litanias, & Sabbatis Salue Regina clara voce, & in omnium conspectu dicebamus, quem quidem morem nostros omnes, in nauigationibus retinere, & vsurpare consentaneum videretur. Supplicatio quoque indicebatur, in qua pueri se flagris cædebant in sacrosancta Paraſceue, quod &

Puerorũ feruor.

viri non

viri non pauci alijs diebus imitabantur. Nec minor erat eorum numerus, qui peccatorum confessione apud sacerdotem expiarentur. Horum religio, & alacritas sua raritate tam fuit suspicienda: vt Mauros, cæterósq; omnes barbaros in admirationem raperet, quosdam etiam ad Christi fidem amplectendam permoueret. In ea nauigatione, quæ duobus mẽsibus confecta est, fame crebrò sitiq; laborastum est: ad ostium verò Arabici sinus non longè abfuimus à vitæ periculo. Decreueram ego, cùm ad Insulam Zocotoram peruenissemus: ibi dies aliquot commorari: vt incolas Christianos, qui à D. Thoma Apostolo Christi cultum per manus traditum accepissent, iuuarem. In tanta siquidem rerum ignoratione versantur: vt Christiani hominis nihil omnino præter nomen retineãt. Illis omnibus periculis à Deo tandem erepti sumus. Nam & aqua ex densissima pluuia sitim leuauit, & ad quoddam littus Fœlicis Arabiæ, quod Calaiates appellatur, delati, caryotis, siue dactylis (quorũ magna inibi copia erat) famen depulimus: Inde cùm sex millia passuũ processissemus, è naui egressi sumus apud ostium fluminis, quòd permulti Arabes incolebant. Hoc in loco meus comes commorari tãtisper volebat: dum incolas nonnullos Christianos efficeret: ego verò cùm ex iuuenili, & immaturo quodã animi studio id proficisci arbitrarer: nullo modo fieri permisi, tũ ne peregrinari zelo citra scientiam, & omni spiritui credere videremur: tum etiam quòd

Christiani a D. Thomæ tẽporib⁹.

Arabia.

ſuum Myoporonẽ imponere voluit: ſed cũ parum honeſtum cenſerem, meum deſerere Nauarchum: eandem nauem, qua vecti eramus, ingreſsi, ſoluimus ex eo portu, & ſecundo vento tandem Ormutium peruenimus.

Euphrates Phiſon.

Eſt autem regnum ad ſinum Perſicũ, qui ſinus Arabes à Perſis diuidit, excipitq; duos clariſsimos amnes, Euphratem, & Phiſon ad Baſoram, vbi nunc Turcę imperium obtinẽt, eius regni caput eſt Ormutium. In hac enim vrbe Rex ſuam aulam, & domicilium habet, támque habetur potens, vt Rex Orientis ad Occidentem vſque appelletur. Eſt ipſa vrbs ſanè, ſi qua alia, totius orbis pulcherrima: vt meritò incolæ dicant: ſi mũdus eſſet annulus, illius gemmam futurum Ormutium. Ciues certè inter opulentiſsimos totius Indiæ numerantur: quæ res omnium illis flagitiorum materiam ſubminiſtrat. Sunt hîc ex varijs orbis regionibus, ac regnis legati. Huc etiam herbarum genera ex foelici Arabia importantur. Arabia enim deſerta in alteram partem vergit, atque Erithræo mari, ſiue Arabico ſinu adluitur, qui Ægyptum, Æthiopiam, Regnúmque illius, qui præsbyter Ioannes vulgò appellari ſolet, ab Arabia ſeparat. Nec procul inde profluit Nilus, cuius ad promontorium Bonæ ſpei exiſtẽs fons, per Prætoiani prouincias, quæ ab eodem promontorio initium capiũt, labitur, & aliquot dierum itinere conditus in Ægypto erũpit, vbi Prætoiani Imperium terminatur. Hic autẽ Nilus idem eſſe, qui Ægyptum ſecat, Crocodilorum argumen-

gumento creditur, qui vtrobique conſpiciũ-
tur: & quòd æſtate limoſus, ac turbidus fer-
tur, atque auctu magno increſcens, per circũ-
iacentem ſpatiatus Ægyptum terræ fœcun-
diſsimus innatat. Eo porrò tempore Bonæ
ſpei promontorium frigore hyberno riget:
rurſus Ægyptum vrgente hyeme clarus, &
lympidus perfluit: propterea quòd id pro-
montorium æſtiuo tunc ſole torretur. Quar-
tus fluuius, qui in Paradyſo terreſtri oritur,
Ganges vocatur, Cambayam interfluit, quò
vſque Alexander Magnus penetraſſe, & reſi-
ſtentibus incolis retroceſsiſſe perhibetur. Fa-
na, quæ Elephantis, & Canarim nominãtur,
illius eſſe opera videntur, de quibus P. Mel-
chior Gonzales noſter, qui in ijs locis agit,
plura conſcribet.

Ganges.

Fana Alexandri magni.

Vt ad propoſitum redeam, Regnum hoc
Ormutinum finitimũ eſt regno Babiloniæ,
quæ nunc Bagueda dicitur, & Turcico paret
imperio ab eo tempore, quo erepta fuit Sul-
thano, ſiue, vt vulgus loquitur, Soldano Ba-
bilonico, qui modò Catheamas appellatur.
Hic modo Perſis imperat, & in Regib⁹ potẽ-
tiſsimis iure optimo cẽſetur. Eius robur om-
ne ac vis copiarum equitatu conſtat, & peri-
tiſsimis ſagittarijs. Nullis bõbardis, nec alijs
huius generis tormentis vtuntur. Sæpe cum
Turcis, & quidem foelici Marte belligerant.
Ac non ita pridem Rex omnia imperij ſui
propugnacula deijci iuſsit: vt in apertis, & pa
tentibus campis prælio decertaret. Sunt apud
hos Philoſophi, Medici, Aſtrologique per-
magni.

Babilonia.

Philoſophi, Medici, Aſtrologi.

barbaris interfecti, & in ijs monachus Franciscanus vnà cum altero Christiano, qui religionem christianã quam Turcico habitu hactenus dissimulauerat, insigni morte professus est, cum aliquibus discipulis comprehensus, & sagittis transfixus, vt à quodam Genuensi accepi, quem abiuratæ, desertæque fidei Christianæ pœnitentem expiaui. Franciscani etiam huius martyrij coronam alius confirmauit Genuensis. Vtinam & mihi misericors Deus eiusmodi tribuat animi robur, eôq; me dignetur beneficio: vt & ego minimè cedens tormentis, dignus habear aliquid pro Christi nomine pati. Verũ sibi quisq; suspectus esse debet, atq; mihi hoc nomine magis ego: quòd P. Frãciscus meę tenuitatis cõscius toto triẽnio finibus Ormutij excedere interdixit.

Antequam igitur in Iaponiã ille discederet, ego in hanc Insulam cursum instituturus, nauem conscendi, adiungens mihi nauigationis comitem Raimundum Perciram virum nobili loco natum, qui Goæ in nostram fuerat Societatem ascitus. In naui dominicis quidem diebus concionem habebã, quotidie vero Christianam doctrinam seruis tam viris, quàm mulieribus, & pueris explicabam, idq; interdiu: noctu autem Litanias, & Sabbatis Salue Regina clara voce, & in omnium conspectu dicebamus, quem quidem morem nostros omnes, in nauigationibus retinere, & vsurpare consentaneum videretur. Supplicatio quoque indicebatur, in qua pueri se flagris cædebant in sacrosancta Parasceue, quod &

Puerorũ feruor.

viri non

viri non pauci alijs diebus imitabantur. Nec minor erat eorum numerus, qui peccatorum confeſsione apud ſacerdotem expiarentur. Horum religio, & alacritas ſua raritate tam fuit ſuſpicienda: vt Mauros, cæteróſq; omnes barbaros in admirationem raperet, quoſdam etiam ad Chriſti fidem amplectendam permoueret. In ea nauigatione, quæ duobus mẽſibus confecta eſt, fame crebrò ſitiq; laboratum eſt: ad oſtium verò Arabici ſinus non longè abfuimus à vitæ periculo. Decreueram ego, cùm ad Inſulam Zocotoram peruenisſemus: ibi dies aliquot commorari: vt incolas Chriſtianos, qui à D. Thoma Apoſtolo Chriſti cultum per manus traditum accepiſſent, iuuarem. In tanta ſiquidem rerum ignoratione verſantur: vt Chriſtiani hominis nihil omnino præter nomen retineãt. Illis omnibus periculis à Deo tandem erepti ſumus. Nam & aqua ex denſiſsima pluuia ſitim leuauit, & ad quoddam littus Foelicis Arabiæ, quod Calaiates appellatur, delati, caryotis, ſiue dactylis (quorũ magna inibi copia erat) famen depulimus: Inde cùm ſex millia paſſuũ proceſsiſſemus, è naui egreſsi ſumus apud oſtium fluminis, quòd permulti Arabes incolebant. Hoc in loco meus comes commorari tãtiſper volebat: dum incolas nonnullos Chriſtianos efficeret: ego verò cùm ex iuuenili, & immaturo quodã animi ſtudio id proficiſci arbitrarer: nullo modo fieri permiſi, tũ ne peregrinari zelo citra ſcientiam, & omni ſpiritui credere videremur: tum etiam quòd

Chriſtiani a D. Thomæ tẽporibꝰ.

Arabia.

ei rei, vt alijs huiusmodi, suus est locus, cùm Deus vult, cuius nutu, præsidióque omnia præstari possunt.

Equidem charissimi Fratres, si sciuissem in Indiæ regionibus per loca adeo inculta, desertáque mihi peregrinandum, & inter tam diuersas ac barbaras nationes versandum fore: profectò cùm apud vos agerem: maiores multò in virtutibus progressus facere studuissem. Pro certo habeo, me neque consuetudine, neque aspectu, aut vestro, aut eorum, qui vel in alijs Lusitaniæ vrbibus, vel Europæ regionibus, vel in India manent, vnquam amplius fruiturum. Veh soli, quia cùm ceciderit, non habet subleuantem se: sed omnia possum in eo, qui me confortat. Atque id est vnicum mihi oblectamentum, & solatiũ, anni tempore grauissimo, & caloribus maximis nimirum concionari, & confessiones audire, neglectis quotidianis vocibus horum hominum, qui dicere solent, me tantis laboribus mortem quærere. Raro enim tres vt summũ horæ mihi ad necessariam quietem à continuis occupationibus conceduntur: qua de causa hîc me in rebus omnibus paupertatem colere, ac profiteri oportet. Vobis hæc, quæ mihi desunt, omnia abundè suppetũt. Vobis nõ deest tempus, quod diuinis orationibus, studijs, cõtemplationi, quieti tribuatis: mihi autem nulla prorsus aut perexigua earum rerũ facultas datur. Nõlo tamen vos à nostro vitæ genere labores eô deterreant, quòd auocate mentem à diuinis commentationibus, &

Solatiũ Christo impẽsus.

animi

animi ardorem imminuere ſoleat. Id enim his in locis non fit: ſed contrà potius euenire ſentio, & in me ipſe experior, quòd nullum aliud in rebus difficilibus, & aduerſis perfugium eſſe poſsit tutius quàm Deus.

Sed vt ad noſtram nauigationẽ reuertar: cùm ex eo loco conſcendiſſemus, venimus Maſcatam, quod oppidum maritimũ eſt Foelicis Arabiæ, vbi multos Luſitanos mercatores offendimus, qui cùm decoxiſſent: ſolum vertere coacti fuerant, & ad Mauros ſe recipientes, decẽ iam, & eo amplius annos Chriſtiano ritu peccata non expiauerant. Ibi tum ſub vmbraculis ſemel, & iterum ad Præfectũ militarem, qui oram illam maritimam præſidio tenebat, atque ad alios complures Luſitanos concionem habui: ſub quam ſtatim mẽ cõuenerunt permulti, qui detectis impiæ vitæ rationibus, quôdque eos ibi neceſsitas exulare compelleret: ſpem omnem ſalutis abijciebant. Tantus autem fuit confitentium numerus: vt mihi poſtridie etiã manere, & mea cauſa nautis, cæteríſq; vectoribus rogatu præfecti, ac populi expectare neceſſe fuerit. Hoc oppidum eſt velut Aſylum, quò vxores à viris, & ab vxoribus viri perfugiũt. Qua re fiebat, vt magna eſſet mulierum tam nuptarũ, quàm aliarum perturbatio, atq; confuſio: nec multò melior plurimorum virorum conditio, qui Mauris pecunias fœnerabantur. Gratias ago Deo ingentes, cuius nutu, ac voluntate ad hunc portum tam ſolum & deſtitutũ appulimus; Præfectus diſcendentem me in

Maſcatã

ſuum Myoporonẽ imponere voluit: ſed cũ parum honeſtum cenſerem, meum deſerere Nauarchum: eandem nauem, qua vecti eramus, ingreſsi, ſoluimus ex eo portu, & ſecundo vento tandem Ormutium peruenimus.

Euphrates Phiſon.

Eſt autem regnum ad ſinum Perſicũ, qui ſinus Arabes à Perſis diuidit, excipítq; duos clariſsimos amnes, Euphratem, & Phiſon ad Baſoram, vbi nunc Turcę imperium obtinẽt, eius regni caput eſt Ormutium. In hac enim vrbe Rex ſuam aulam, & domicilium habet, támque habetur potens, vt Rex Orientis ad Occidentem vſque appelletur. Eſt ipſa vrbs ſanè, ſi qua alia, totius orbis pulcherrima: vt meritò incolæ dicant: ſi mũdus eſſet annulus, illius gemmam futurum Ormutium. Ciues certè inter opulentiſsimos totius Indiæ numerantur: quæ res omnium illis flagitiorum materiam ſubminiſtrat. Sunt hîc ex varijs orbis regionibus, ac regnis legati. Huc etiam herbarum genera ex foelici Arabia importantur. Arabia enim deſerta in alteram partem vergit, atque Erithræo mari, ſiue Arabico ſinu adluitur, qui Ægyptum, Æthiopiam, Regnúmque illius, qui præsbyter Ioannes vulgò appellari ſolet, ab Arabia ſeparat. Nec procul inde profluit Nilus, cuius ad promontorium Bonæ ſpei exiſtẽs fons, per Prætoiani prouincias, quæ ab eodem promontorio initium capiũt, labitur, & aliquot dierum itinere conditus in Ægypto erũpit, vbi Prætoiani Imperium terminatur. Hic autẽ Nilus idem eſſe, qui Ægyptum ſecat, Crocodilorum argumen-

gumento creditur, qui vtrobique conſpiciũ-
tur: & quòd æſtate limoſus, ac turbidus fer-
tur, atque auctu magno increſcens, per circũ-
iacentem ſpatiatus Ægyptum terræ fœcun-
diſsimus innatat. Eo porrò tempore Bonæ
ſpei promontorium frigore hyberno riget:
rurſus Ægyptum vrgente hyeme clarus, &
lympidus perfluit: propterea quòd id pro-
montorium æſtiuo tunc ſole torretur. Quar-
tus fluuius, qui in Paradyſo terreſtri oritur,
Ganges vocatur, Cambayam interfluit, quò *Ganges.*
vſque Alexander Magnus penetraſſe, & reſi-
ſtentibus incolis retroceſsiſſe perhibetur. Fa- *Fana Ale*
na, quæ Elephantis, & Canarim nominãtur, *xandri*
illius eſſe opera videntur, de quibus P. Mel- *magni.*
chior Gonzales noſter, qui in ijs locis agit,
plura conſcribet.

Vt ad propoſitum redeam, Regnum hoc
Ormutinum finitimũ eſt regno Babiloniæ,
quæ nunc Bagueda dicitur, & Turcico paret
imperio ab eo tempore, quo erepta fuit Sul- *Babilo-*
thano, ſiue, vt vulgus loquitur, Soldano Ba- *nia.*
bilonico, qui modò Catheamas appellatur.
Hic modo Perſis imperat, & in Regib⁹ potẽ-
tiſsimis iure optimo cẽſetur. Eius robur om-
ne ac vis copiarum equitatu conſtat, & peri-
tiſsimis ſagittarijs. Nullis bõbardis, nec alijs
huius generis tormentis vtuntur. Sæpe cum
Turcis, & quidem fœlici Marte belligerant.
Ac non ita pridem Rex omnia imperij ſui
propugnacula deijci iuſsit: vt in apertis, & pa
tentibus campis prælio decertaret. Sunt apud
hos Philoſophi, Medici, Aſtrologique per- *Philoſo-*
phi, Medi
ci, Aſtro-
logi.
magni.

magni. Ormutium tã infestis caloribus torretur: vt cùm Mina, quæ in insula D. Thomæ est, ac Melinda, æquinoctiali alioqui subiectis oppidis, temperatè agi videatur, illorum iudicio, & testimonio, qui loca hæc omnia perlustrârũt. Huius rei causam naturalem aliam non inuenio, nisi calidos, siccósq; halitus terræ. Tota siquidem Insula natiui est salis, qui defluens densatur & cogitur, atque in colliũ speciem, altitudinémque attollitur. Vna porrò liquescente massa, altera ibidem statim renascens accrescit: tantáq; est salis acrimonia: vt oĩa salita erodat, atq; cõsumat. Reperiũtur & sulphuris venæ non paucæ, vnde & Insulam toto septennio arsisse narrant: quod valde etiam verisimile faciunt montiũ vertices aridi, siccíq; instar calcis, & cinereum ac rufum colorem præ se ferentes. Nec multò antè vnius montis latus diuturno flagrauit incendio. Insula nec herbas omnino fert vllas, nec volucres habet, nec quadrupedes siue agrestes ac feras, siue cicures atque domesticas, nec fontibus aquæ dulcis rigatur. Incolæ atq; habitatores æstate tam noctu, quàm interdiu, in quibusdam quasi schaphis aquę plenis, capiti, quo solo ex aqua extant puluino subiecto, iacent. Nocturni calores hîc vehementiores sunt, quàm Minæ, ac Melindæ diurni. Insula tamen reliquas oras adeo salubritate præcedit, vt si quis fortè in morbum incidat: ex eo breui admodum conualescat, beneficio videlicet multi sudoris, quo hîc continenter madere consueuimus. Reperitur & mannæ

Insulæ mirandæ suręq; salis feracissimæ.

Insulã septẽnio arsisse.

Nec herbas, nec aues alit, nec quadrupedes

Salubritas in aridoribus.

mannæ genus rori coacto non absimile, dulce, gratiq; saporis. Nõ mihi videtur satis quadrare ad verba sacrorum voluminum, quibus id quasi semen coriandri esse declaratur: vulgò tamen idẽ esse perhibetur. Mihi erat in animo illius mannæ nonnihil in Europã transmittere, nisi putredo, cui obnoxia videtur, consilium dissuasisset. Insula sæpè terræ motu cõtremiscit, sæpius verò hoc anno post nostrum aduentum. Tot enim, ac tantis, tãq; diuturnis est cõquassata tremoribus: vt maximus sit & Christianis, & Mauris terror incussus, metuentibus ne terra dehisceret. Id quod M. Franciscus etiam propter multitudinem, grauitatémq; scelerũ, & flagitiorũ, in quibus incolæ volutãtur, irã diuinã veritus, nõ mediocriter ꝓtimescebat. Cũ aliquãdo essem adscensurus in concionem: terra ingenti concussa motu est, qui vim ad persuadendũ adiecit meæ confestim subsecutæ, atque ex allati periculi consideratione, ductę orationi. Cõcionandi namq; materiam, & argumentum peculiare maximéque accommodum, ac necessarium ad peccatorum detestationem, timorémq; Dei incutiẽdum eo die mihi Deus videtur voluisse præscribere. Intra duos mẽses octies nouiésue is motus factus est.

Mannæ genus.

Frequens terræ motus.

Ormutij, vt superius ostendimus, Rex habitat Xarases appellatus Lusitanorum Regis vectigalis, & stipẽdiarius, qui superioribus annis in Mõtemaiori (quod oppidũ est in Lusitania) in liberis custodijs tenebatur. Est itẽ in hac vrbe Maurorũ fanũ (quod ipsorũ lingua

Moschæa

Moschæa dicitur) omnium maximũ, & amplissimum, cuius pulchritudo, et magnificẽtia ex alijs barbaris, Ethnicisq; complures ad Mauricam religionem, seu verius superstitionem, inuitat, ac attrahit. Sunt hi Ethnici superstitiosissimi, serpentes, vaccásq; venerantur, & colunt, quas liberè & impunè vagari sinunt. Domos habent annuis prouentibus redditibúsque instructas, in quibus pro sua illi religione vaccis aquam, cuius alioqui nullam in Insula facultatem esse docuimus, gratis dant bibere. Animal vllum gustare, aut occidere, fas non putant. Oleribus ferè viuũt. Ingenio sunt miti, atque ab omni iniuria, & maleficio alieni. Eidem genti in aliquibus Indiæ ciuitatibus moris est: vt in speciẽ triũphantium magnis curribus extructis, eorum summitatem magna hominum onerent turba, Dijs suis (quos Pagodos vocant) immolanda: ipsi verò nihilo secius cultris se, ac nouaculis feriunt vsque eò, dũ lacerato corpore exangues ex curru decidant, atque ita intereant. Horum carnium frusta in circũfusam multitudinem propè infinitam arcu iecta, certatim omnes conantur excipere, excepta religiosè asseruant. Aliqui ipsorum vehiculorum rotis se sponte subijcientes obteruntur, rati nullam suis dijs hostiam gratiorem, nullum sacrificium esse posse iucundius. Si quis maritus prior è vita excedit: eius vxor extructo rogo viua comburitur. Reliquas superstitiones, ac errores, qui horum hominum animos oppresserunt, longum est persequi.

Serpẽtes et vaccas colentes.

Vaccis serpentibusq; ædes redditibus dotatas extruũt.

Nefas animal occidere.

Seſe suis dijsimmolãt hominis.

Sacerdotes Baal 3. Reg. 18 imitãtur

330. *Vxor marito defuncto se exurit.*

ſequi. Hîc habitant Iudæi non pauci ex his qui primum captiui Babylonem traducti, cęteríſq; pòſt in patriam reſtitutis, ibi remanſerant. Permulti præterea Turcę, Perſæ, Armeni, Ruſsij, Apollonij, & alię nationes. Singularum hebdomadarum quatuor dies feſti, ac ſolemnes aguntur. Solis ſiue Dominicus à chriſtianis: Lunę ab Ethnicis: Veneris à Mauris, qui ſub veſperum à negotijs, & laboribus feriati, ſacra illa execranda obeunt: Sabbatum demum à Iudæis celebratur.

Dies Lunæ Ethnicis ſacer, Veneris Mauris, Sab. Iudæis.

Harum equidem gentium errores, cæcitatémque mentis, & miſeram conditionẽ mecum ipſe conſiderans: maximũ dolorem animo capio. Defeſſum verò continuis laboribus, atque ex laſsitudine pauliſper quieſcere, ac dormire cupientem ſomno priuant inſani clamores, quos illi ſuo in fano religionis cauſa tollunt. Animaduertens deniq;, quàm fauſtè, fœliciter, proſperéque res Ethnica, ſiue hoſtis humani generis negotia, conſiliáque procedant: ita commoueor: vt gemitus, lachrymáſque omnino tenere non poſsim.

Cæterùm nobis ex longa, & periculoſa nauigatione Ormutio tãdem Chriſto duce appropinquantibus, antequam ex alto in portum veheremur: non defuerũt qui nauiculis duabus obuiam officij cauſa venirent: illarũ altera regiæ domus, rerũmque familiarium Regis Ormutij Præfectus, qui cibos nobis apportabat, altera Epiſcopi Vicarius, omnéſq; ſacris initiati, ac ſacerdotes vehebãtur. Qui Vicari⁹ nos & libẽtiſsimè vidit, & humaniſsimè ſalutauit.

salutauit. E naui egressos hi omnes, atq; alij magno sanè numero ad arcẽ vsq; deduxerũt, vbi nos eius arcis, militũq; Lusitanorũ præfectus expectabat, à quo perbenignè, & comiter accepti fuimus. Se suaq; deinde offerente, nósq; apud se in arce retinere conante, cũ nobis diuersorium, habitationémq;, publicũ (inquam) valetudinarium seu xenodochiũ esse diceremus: in magnam eos qui aderant, admirationem tam noua, & inopinata responsione traduximus. Sed apud Vicarium nulla recusatio valuit: quin domũ suam perduceret, támq; honorificè liberalitérq; tractaret, quàm si Episcopum ipsum fuisset accepturus. Ibi tũ Vicari⁹ de nostræ Societatis, atq; ordinis moribus, institutis, ac professione diligẽter edocetur: imprimisq; illud cognoscit, nos quæ à nostræ vitæ ratione non abhorrent: humanitatis, ac pietatis officia, gratis omnia præstare, nec vllum omnino prẽmium à quoquam, vel mercedem recipere consueuisse, idq; summa constantia, & seueritate seruare. Prẽfectus in valetudinario nobis extrui, ac parari iussit habitationem, quæ superiorem contignationem apertam haberet. Hic enim in tectis domorum, quæ plana sunt, sub dio æstate dormitur. Aduentu nostro tanta hominum diuersæ sortis, atque ordinis multitudo ad nos confluebat, vt à summo manè ad intempestã vsq; noctẽ nullũ nobis spaciũ ad cibũ capiẽdum, vel respirãdum daretur: cùm multi per sacram confessionem expiarentur: quidam de suis rebus consilium peterent. Postero die qui Dos

Populi huius erga P. spiritales pium affectum notent tepidi Christiani.

qui Dominicus fuit, concio habita est in tã ta populi frequentia, quantam pro breuitate temporis, quo illorum salutem operamur, vix sperare licebat. Qui quidem populus ad voces concionantis subita religione commo tus, animi sensum lachrymis etiam cõtesta- tus est. Neque verò in alijs deinceps concio- nibus misericors Dominus minores motus auditorum animis attulit. Eorum enim, qui nos confitendi causa conueniebant, nume- rus erat tantus: vt dies noctésque prius defi- cerent, quàm omnibus satisfieri posset. Cun- ctus denique populus religionis ardore suc- census videbatur: sed tacere nõ possum, quin aliqua sigillatim referam, cùm sciam me ad fratres in Christo mihi charissimos scribere, qui eò libentius hæc legent, vel audient, quò studiosius, & alacrius in diuinis quàm hu- manis rebus, & in Christianis, religiosisq, quàm in ethnicis, atq profanis negotijs, mu- nijsque versantur. In horum igitur hominũ mores, vitámque diligẽtius, & accuratius in- quirere aggressus: cognoui à veritatis via lõ- gissimè omnes ferè aberrantes, in certissi- mam animorum pernitiem, & sempiternum interitum præcipites agi. Quæ res mihi acer- bissimi doloris, & luctus est causa. Huic ta- men malo non leue remedium attulisse assi- duæ conciones videntur, per quas eò minus difficile fuit huiusmodi homines à vitio ad virtutem reuocare, quòd ignoratione magis, quàm animi prauitate delinquerent. Nullum enim concionatorem vnquam habuerant, &

Vitijs om nia plena

quod

quod est grauius, Christianis tanta cũ Mau-
ris, Turcis, Iudæis consuetudó, atque familia-
ritas interdicebat; vt etiam simul accumbe-
rent: illud verò indignissimum: multi Chri-
stianorum filij, quod matres haberent Mau-
ras, Maurico ritu, & superstitione imbueban-
tur. Hæc consuetudo, cũ & concionibus quã-
ta fieri poterat verborum grauitate omnem
docerentur inferre fidei dissolutionem: ac id-
circo summa animi, vocisq; damnaretur cõ-
tentione: factum est vt Christiani æquè ac
Barbari sibi metuere inciperent: ita vt ab eo,
quòd antea liberè, atque impudenter suscipe-
re, perficeréque non dubitabant, nunc maxi-
mè deterreantur: neque palam vt prius, au-
deant quenquam Mauricis, aut Ethnicis sa-
cris initiare. Multi sua peccata Christiano
more confitentes contractas maculas dolore,
gemitu, lachrymis, pœnis denique quas in
oculis omnium penderent, eluebant. Neque
enim defuerũt, qui Dominicis, ac festis die-
bus ad fores templi, vt fit, loris se verberarẽt.
Id factum multitudinem vehementer com-
mouit, quosdam etiam ad imitandum nõ mo
dò secretò, atque intra parietes priuatos inci-
tauit, verumetiam veræ pœnitentiæ fructus
ad publicè eiusmodi spectaculũ multos pro-
traxit. Vnus præter cæteros odio sui incen-
sus, & animo feruens. cœpit precibus à me
contendere: vt sibi liceret Dominico die tẽ-
plum aperto capite perambulando sese ver-
berare, & à populo suorum erratorum, & de-
lictorum veniam petere, postularéq; vt pro

Pœnitẽs tia admi-ratione digna.

salute

salute sua Domino supplicaret. Huiusmodi verò in seipsum seueritate,& corporis diuerberatione,singularem animi quietem, solatiúmque à Deo est consequutus. Iam quanta, & quàm iniqua in hac ciuitate vigeant fœnora,dici vix potest. Nam tantum abest,vt hi homines aut pudore vllo,aut metu à tanta improbitate reuocentur: vt omnes fraudes,fallaciásque ad circumueniẽdum, lucrũque quo iure quáque iniuria augendum concipiãt, & admittant. Equidem cùm istorum artem, & malitiam quibusdam quasi vestigijs indagassem,putarémque omnes iam fœneratorum dolos deprehendisse:ecce tibi quotidie nouas adhuc circunscribendi prędandíque rationes reperi. Omnis enim illorum inter Mauros quæstus in grandi,& iniquissima fœneratione consistit,eóque tantum viuunt:cùm fœneratio eiusmodi sit, vt qui fœneratur decem, verbi gratia, nummos aureos, eius pecuniæ annua vsura illi annuum quoque victum suppeditet,& sors nihilominus salua semper, & integra maneat. Hac ego consuetudine cognita,statui singulis sabbatis in auaritiæ vituperationem verba ad populũ facere. Quibus concionibus,Deo propitio,& adiuuãte, perfectũ est: vt fœneratores,qui anteà in Bazarum(sic vocãt locum,quo ad negotia coeũt) bene mane ad contrahendum, vsuráque agitandas conueniebant,nunc mutata voluntate primum omnium templum adeant,reíque diuinæ interfint:tum deinde Bazarum petãt nõ iam quoquo modo fœnerandi,sed de iustitiæ

fœnora

Mercatõrum disputationes de iustitia.

stæ atq;

ſtæ atq; iniuſtæ fœnerationis generibus diſputandi cauſa,& deliberandi, qua ratione ab iis vinculis expedire ſe poſsint,vt doctrinarũ ſtudioſi,& ſcholaſtici diſputatores videãtur. Quocirca in tanto apud eos odio fœneratio eſſe iam cœpit, vt indies magis, magíſq; ab omnibus,vt alia etiam nõnulla vitia reſpuatur,ac fugiatur. Deniq;(Chriſto gratia)videre eſt morum quotidianam in melius mutationem. Malè parta,maléq; ablata multi tã Mauri,cęteríq; infideles,quàm Chriſtiani reſtituerunt:itaq; fit vt Barbari Chriſtianorum iuſtitiam, æquitatémq; magnopere admirentur.

Mercatoribus imitanda exempla.

His exemplis mercatores aliquot permoti ſunt,quorum vnus cùm me in ægrotorũ cõfeſsionibus audiendis ſemper occupatum,integris,& ſanis operam dare non poſſe intelligeret:morbũ ſimulauit,vt confeſſurum inuiſerem. Alter eiuſdem rei gratia me ſummis precibus ad ſe accerſitum, vbi vidit,ad genua accidẽs,en Pater,inquit,in tua poteſtate hinc quidem tot millia nummum aureorũ,fortunáſq; omnes, domos,naues,ſeruitia,& deniq; ipſum corpus:hinc verò animam pono, obſecrans te,atq; obteſtans : vt ad eius ſalutem quibuſcũque modis,ac rationibus videbitur, quærendam, tuendámq; mihi ſis adiumento: atq; idcirco de facultatibus meis, vti lubet,ſtatuas,cuiq; quod ſuum eſt reddas. Id ſi parum eſt,corpus pœnas luat,& iuſtis fatigatum,afflictum,vexatum laboribus,incommodis,cruciatibus ſatisfaciat. Malo enim inopiã,& egeſtatẽ perpeti, quàm diuina ſententia cõdemnatus

Inſignis reſtitutio,& ſui abnegatio.

natus ſupplicijs ſempiternis addici. Tã egregium viri huius exemplum multi ſequuti alterum tantum amplius quàm iniquè lucrati erant, Chriſto reddebant: profeſsi ſe nũquam antea ſua delicta ſacerdoti, vt aſſolet, detexiſſe. Hæc pecunia, reliquáque eleemoſynæ nomine collata ſummã plus ſeptẽ milliũ, & ducẽtorum nummũ aureorum efficiebat: qua egenorum hominum inopia multum leuata eſt: domus puellis orphanis comparata: xenodochium, quod miſericordiæ dicitur inſtauratum, neophitorum poſtremò res, & cauſa recreata. Quidam alius admodum copioſus, & diues me orabat, & per Chriſtum obſecrabat: vt ſuæ rei familiaris curationem, diſpenſationémque ſuſciperem, domũmque totam adminiſtrarem, cùm nihil ſe niſi ex meo facturum conſilio confirmaret. Id ego cùm quaſi ioco dictũ riderẽ: ille quòd repulſam pati videtur, aut fortè contemni, permoleſtè ferebat. Itaque coactus ſui domeſticas hominis tabulas, codicémue accipere, eiq; certam rationem vitæ præſcribere, quam ille diligentiſsimè ſeruat, nec à meo conſilio audet tranſuerſum (quod aiunt) vnguem diſcedere. Et quia locupletiſsimus eſt, & huius ciuitatis primarius: non parua ſanè ſuſcepti muneris occupatione diſtineor. Et quamuis nullum non moueam lapidem: vt me ab huiuſmodi extricare poſsim negocijs: tamen & hic vir cum quodam alio ſeptuagenario (licet & me videant hominem peccatrice circumdatum carne) vſque adeo me à ſuis non

Septẽ milliũ ducatorum eleemoſyna.

Aliud exiimiũ exemplum pœnitẽtis.

Ecce rẽliquimus omnia et ſequuti ſumus te

vult absoluere negocijs, rationibùsq; vt cùm me in Chinã, quæ in extrema est India, profecturum minor: sibi cum vxore & liberis, quocunque terrarum abeam, vel in certam se qui mortem constitutum esse adseueret.

Rarũ etiã plane cælestis exemplũ. Nisi quis reliquerit vxorẽ etc.

Septuagenarius etiam ille (de quo dixi) ne latum culmum à latere meo diuellitur, & si quando me cuiuspiam contingat ingredi domum, pro foribus dum exeam operitur, vxoris, & liberorum oblitus: tantóque Christi amore, & exercendæ patientię studio flagrat, vt ob eam causam dicat in Chinam mecum se nauigare velle, vbi martyrij palmam adipiscatur. Quapropter vereor, ne hinc abiturus, illi, vt domi suę cum familia maneat, persuadere non possim. Huius propositum quidam alij sic imitantur: vt antiquam illã nascentis Ecclesię speciem mihi referre videantur.

Opinio Maurorũ de euãgelizãtibus

Mauri, Ethnicíq; omnes admiratione obstupefacti, vilẽ me alioqui hominem, & peccatorem, si quis alius, summis audent viris æquare, dum me sua lingua magnum sacerdotem Lusitanum, Zachariæ filium D. Ioannẽ Baptistam appellant, & eiusmodi viros tres tantum inueniri prædicant. Multi relinquere Deorum cultum, atque ad Christianam religionem se transferre cupiunt. Infideles à potentioribus oppressi ad nostram authoritatẽ confugiunt, qua illis iubueniamus, & ablata reddenda curemus. Tanta est illius gentis de fide nostra opinio, tantáque erga Societatem cùm beneuolentia, tum obseruantia.

Iudæi cùm etiam ſuis legibus omne fœnus cautum interdictúmq; intelligant, ac fateantur: paulatim iam id iniquitatis in diſſuetudinem abire videtur: Porrô Ethnici & ſunt optimè affecti erga religionem Chriſtianorum, & me in inſulam veniſſe ſibi perſuadent, vt ipſis naturæ legem planius explicarem. Tanto certè tenẽtur diſcendi ſtudio, virtutúmq; profectu, vt nõ dubitent aſſeuerare ad Chriſtianorum abitum omnibus malis coopertam iri quàm citiſſimè egregiè florentẽ Chriſtiana fide ciuitatem. Multis claris, & honeſtis viris, quibuſdam etiam Eccleſiaſticis, & religioſis ſpiritualia exercitia (quę vocamus) & quorum eſt vſus in noſtra Societate permagnus, & frequẽs, nec minor, imò nullo redimendus auro fructus ijs qui ritè, atque ſyncerè ea obiunt, nunc tradere cogito, paróque. Interim antiquus hoſtis compluribus perſuadere non deſiſtebat, vt ſacram confeſsionem in mei diſceſſus tempus differrẽt. Id ego ſubodoratus: dedi operam, vt quòd cõſultò ſubterfugiebant, primo quoque tempore perficerent. Vnus præter cæteros mihi confeſſus dum media circiter nocte pœnam delictis à me irrogatam perſoluit, repentè videt feles, muréſq; & alias beſtias colore atras, aſpectúque terribiles tam multas: vt totum occupare cubiculum viderẽtur: quo ille viſo perterrefactus timere cœpit, ne viuus à beſtijs abriperetur. Anxius & trepidus ancipiti metu, accurrit ad Domini noſtri imaginẽ, magna voce opẽ implorãs, qua re omnes animalium

Iudæi dicũtur fœnerari nõ licere.

Ethnici Chriſtianam religionem probant.

Oratio ante imaginem domini da-

monum præstigias eludit

ſpecies confeſtim euanuerunt tanto cum impetu,ſtrepitu,ac fragore: vt domũ ruere crederes. Ille integer,& intactus, ac periculo liberatus diuinum preſidium cognouit,& exin vir bonus,ac religioſus euaſit. Alius quidam, qui iamdiu confeſſario vſus non erat , meum cõſpectum,occurſúmq; ſummo ſtudio fugiebat. In eum fortè cúm aliquando haud ab ipſo agnitus incidiſſem,coepiſſémq; ad confeſſionem adhortari: dixit optare ſe potius aduerſus exercitum hoſtium confligere etiam cum certiſsimo necis diſcrimine , quàm mecum,quem ſupra modum timeret, vel ſemel colloqui. Paucis diebus in Indiam ſoluens ſubitò morbo corripitur,quare omiſſa nauigatione in terram reuertitur metu mortis, quã illi Deus minabatur, qui metus ita cõſternebat hominis animũ: vt cũ bombardarũ tonitrua exaudiebat,ijs ſe peti exiſtimaret. His rebus ſommopere cõmotus ad nos venit: orans vt ſuam confeſsionem audiremus, per quam ſeſe expiaret,ſalutẽq; à Domino impetraret. Hic concubinam,quam domi habebat, exclu ſit. Idẽ alij cõplures faciunt,qui ſignis quibuſdã à Deo excitati atq; admoniti, animum ad confeſsionẽ adijciũt. Neq; enim profectò vulgari,& vſitato more Domin⁹ noſter hos homines flectit: ſed nouam rationem , atq; arte adhibere ad animos tã duros,ac barbaros mitigandos,& emolliendos videtur.

Cuiuſdã ad confeſs. compulſio.

Concubinarij conuerſio.

Sacerdos quidã,qui nullis Epiſcopi cohortationibus,monitis,minis adduci vnquã potuit, vt cõcubinas duas , ex quibus ſuſceperat liberos,

liberos,dimirteret:cũ id scelꝰ atq; flagitiũ,cui erat ille implicitus,eóq; nomine male apud omnes audiebat,graui ego, pro eo ac debebã, vituperatione reprehendere ac deteſtarer:indoluit admodũ quidẽ,nõ tamẽ ſe correxit. Et quia ſpeciẽ quandã familiaritatis mecũ præ ſe ferebat : quibuſcũq; poterat modis nitebatur efficere:ne ego ea de re mentionẽ amplius facerem. Hac de cauſa mihi ſæpè munera mittebat. Siquando verò me domum ad prandiũ vel cœnam inuitabat , vt ſuum officium , ac beneuolentiam vel ſimularet, vel declararet: auleis,& ramis coenationẽ ornabat:imprimis autẽ cõcubinas, ne eas viderẽ ego occultabat. Sed cùm nihilominus id ſcirem,cuperémque hominem ab ea turpitudine omnino abducere:concionem habui,qua clerũ vniuerſum eius probri accuſabam,& arguebã : quam accuſationem ille totam contra ſe vnum inſtitutam putauit. A concione igitur dum multitudo diſcederet, operiens vnà cum aliquot eiuſdem ordinis,ac notæ hominibus:me animo irato atque infeſto aggreditur,iniuriãque & contumeliam vlturum minatur. Hîc ego etſi nullo eos verbo à me violatos intelligebam:vt tamen eorum iram & impetum frãgerem,quaſi culpam admiſiſſem eam deprecans , nonnihil eorum ſedati ſunt animi . Poſtero die cùm nihilominus ad concionem audiendam cum cæteris conueniſſet:tum denicq; animi motũ,quẽ diuina vis excitauerat, lachrymis declarauit , mihíque concionato ad pedes flens ſe proiecit: vtq; ſibi heſternam

Carbones in caput aduerſarij coacer-uat.

iniuriam condonarem flagitauit. Quæ omnia morum correctionem, vitæque mutationem pollicebantur. quod & facere quamprimum decreuit. Vult enim & concubinas honestè collocare (quod homini diuiti, & pecunioso difficile non erit) & contractas peccatorum sordes omni studio, ac ratione eluere. Huius exemplo commoti cæteri, scorta, quorum domestica consuetudine abuterentur, aut in matrimonium ducebant, aut cum dote dimittebant, aut alioqui (si ipsis mariti essent) eiiciebant. E populo præterea multos anathematis vinculo constrictos offendi, qui metalla, vitrum, aliáq; vetita ad Mauros importassent, etsi nonnulli id religionis ignoratione fecissent. Quapropter magno vsui fuit Episcopalis potestas mihi permissa, & facultas sacris illis vinculis exoluendi, quorum solutio excepta, & Pontifici Maximo reseruata est. Vnus Episcopus omnibus prouidere nõ poterat, & sacerdotes vt erãt diuinarum rerum, & sacræ disciplinæ ignari: anathematis nexu, quotquot se obtulissent, sine vlla dubitatione soluebant.

Exemplo bonos cogunt ad imitationem.

Auarorũ impietas

Reperi in hac ciuitate permultos, qui alienas fortunas sub hasta venderent, idque maxima cum fraude, plebísque incommodo, ac detrimento: plurimos etiam, qui simultates, & inimicitias gererent: passim verò, qui Deum, diuósque impiè accusarent, conuitiisque proscinderẽt, quíque nefaria scelera apertè, & palam perpetrarent, vt milites impriemis, quorum insolentia, & audacia me magnoperè

Blasphemi.

noperè exercuit, torſitq; . Nam quæ vno die fuiſſent à nobis compoſita, ac in meliorem fidei normam, vitæque honeſtatem reducta: illi momento temporis perturbabant, miſcebántq; omnia. Semper ferè erant cruenti eorum ſanguine, quos aut occidiſſent, aut vulneraſſent: & quos pacatos, otiíque amantes conſpexiſſent: eos probro, atq; iniuria afficiebãt. Res tamen iam Deo iuuãte melius indies habere incipiunt: quòd multi ex primoribus iniuriarum obliti, in gratiam cum inimicis redierũt, & alter alterũ in templi aditu cõplexi, veniam inuicem petierunt. Id vt imitarentur quibuſdam alijs perſuadere non potùi, qui à me per Chriſtum appellati, & rogati, vt idem facerent: dicebant Chriſtum fuiſſe Deum, ſe autem homines eſſe, & iniurias vlciſci, dãnatóſque ad inferos detrudi malle, quã inimicis inultis, & impunitis in cœleſtẽ ciuitatẽ aſciri, atque in beatorũ collegiũ cooptari. Vrbs decumum legibus, rectore, ac magiſtratu videbatur carere: tantus erat eorum hominum numerus, qui Dei, diuorũque nomen maledictis inſectarentur. Ingens erat maritorum numerus duas tréſue cõcubinas habentiũ, neque eorũ minor, qui apertè cũ mulieribus Mauris Iudæis, Ethniciſq; cõſueſcerent, quique aliena ſectarẽtur cubilia, qui furtis ſeſe tolerarẽt, qui dolis, & inſidijs alios circumuenirẽt, qui mercede cõducti homines interficerẽt. Maior denique ciuium, & incolarum pars ita viuebat: vt à nullo peccato, & ſcelere abhorreret. Hæc vbi animaduertiſſent quidam, Præfectũ arcis

Multi cupiditates ſuas carnales diuinæ felicitati præferũt

Præfectorum oſ-

citantis perdit rẽ Christia-nam.

arcis pluribus vrbis admonuêre, & obſecrâ-runt, daret operam: vt eiuſmodi homines, & punirentur, & in exilium pellerentur. Ille propter eorum multitudinẽ nullo id modo fieri poſſe aiebat: proinde optãdum & à Deo petendum: vt & illis meliorem det mentẽ: & alios, qui tales nõ ſunt, tueatur, atq; cõſeruet.

Labores, qui ſe principio mihi offerebant, tot ac tanti erant, vt vnde potiſsimum initi-um agendi ſumerem, planè neſcirem: pecca-torúmne confeſsiones imprimis audirem, an concionarer, an reis, vinctíſq; proſpicerem: an lites, controuerſíaſq; ſedarem: an inimici-tias, & ſimultates extinguerem: an adulteros, impuróſq; homines ad honeſtatem vitæ tra-ducerem: an denique res alias agerem, quæ non minorem opem, atque operam poſtu-labant. Illud hoc loco tacitus non præteribo.

Opinio populi de verbi Dei miniſtris

Societatem noſtram exiſtimatione, famáque probitatis, & integritatis ab incolis ſic obſer-uari, & honorari, vt equidem, quod ad me at-tinet, cùm me ipſe conſidero, meimet valde pœniteat, pudeatque. Fœminæ vbicunque in nos incidiſſent, ad genua procumbebant, manus, ac veſtes propter opinionem ſancti-tatis oſculaturæ. Viri autem frequenti occurſu nos tam multi ſalutabant, honoré-que afficiebant: vt nobis aperto capite ne-ceſſe eſſet incidere. Ad hæc tam Mauræ, quàm Chriſtianæ mulieres audito ſonitu tin-tinnabuli, quo vicatim circumeuntes po-pulum ad res diuinas, ſacráſque conciones vocamus, ilicò ad feneſtras accurrebant, &

noſtram

noſtram egeſtatem, quam viljs, craſſus detri-
túſque amictus oſtẽdebat, cum admiratione,
quidam etiam cum miſeratione, ac lachrymis
intuebantur. Ad conciones ij concurſus fie-
bant, vt paraſceue, ſiue ſexta feria hebdoma-
dis ſanctæ ſemper agi videretur. Ea ferè eſt
hominum ſentẽtia, & oratio, Societatem no-
ſtram à Deo eſſe inſtituram, & Chriſtianæ
Reipublicæ datam: nec abſimilem inſtitutis
ac moribus ipſis qui in Chriſtianæ religionis
viguerũt primordijs, eámque ad Chriſti cul
tum inſtaurandam, propagandúmq; miſſam
cùm noſtra præcepta, & monita doctrinam
Apoſtolorum à Sancto infuſam ſpiritu refe-
rant, & antiquam illam orthodoxæ fidei diſ-
ciplinam redoleant. Nos denique ſanctorum
numero habẽt. Atq; hæc quidem opinio tam
vulgaris eſt, & peruagata, vt neque prefectus
neque Prætor, neque alius, quiuis magiſtra-
tus, eorúmue miniſtri, aut vir alioqui autho-
ritate aliqua preſtans, neq; ipſe demum po-
pulus quicquã vel ſtatuere, vel agere ſine cõ-
ſilio noſtro ſoleat, quod vbi acceperit, dili-
gẽter exequitur. Faxit Deus Opt. Max. vt ea-
dem opinio, & illis ſalutaris, & nobis ad vir-
tutẽ ſit ſtimulus, quo cõcitati tã honeſtã exi-
ſtimationẽ non modò tueri, verumetiã Chri-
ſto fauente indies magis augere poſsimus.

Mauri noſtræ religionis ritus aliquot imi-
tantes ſuũ fanũ lugubri lamentatione cõple-
re, & funebria iuſta ſuis mortuis ꝓſoluere nũc
primũ cœpére, poſtquã ego per oppidũ no-
ctu tintinnabulum pulſando incolas Chriſtia-

*Nemo ar-
bitretur
has lau-
des ſuis
attribue-
re, ſed o-
pinionẽ
hominũ
admiran-
dam ſane
proponit*

*veri chri-
ſtiani ſuũ
iudicium
alteri ſub
ijciũt, hæ
retici &
ſuperbi
ſuũ ꝓpo-
ferunt.*

nos

nos Christianorum manium admonere, eo-
rúmque soleo expiationem curare. Sed &
aquæ lustralis vsum à nobis sunt mutuati. Ne
autem dissoluti, ac perditi homines suorum
vitiorum contagione cæteros inficerent, at-
que contaminarent: necessariò mihi faciendũ
putaui, vt acrem me, atque seuerum ostende-
rem. In concione igitur metum illis inijcere
studui, à Deo precans, vt quæ illi charissima
haberent, ea potissimum perderet, ipsósque
aut corporis, aut famę, aliorûmue fortunę bo
norum diminutione pro suæ animæ incolu-
mitate, & salute multaret. Iuxta illud. Im-
ple facies eorum ignominia, & quærent no-
men tuum Domine. Qua imprecatione, seu
verius inploratione perterriti, & conster-
nati: mecum expostulabant, & quęrebantur.
Sed cùm eius facti causam demonstrarem, sta
tim acquiescebant. Per id rempus obortũ est
bellum in Persíde, quo bello Monaion huius
regni castrum fraude, ac proditione captum,
amissumque est. Ad illud recipiendum missæ
sunt primum duę Lusitanorum peditum, qui
hîc morabantur, centuriæ, deinde duæ alteræ
cum præfecto Mauro, & quingentis præte-
rea militibus, ex quibus Christianos ante dis-
cessum admonui, hortatúsq; sum vehemen-
ter: vt religiosæ confessionis purificatione lu
strati proficiscerentur: sed ex tanto numero
meis monitis non plures viginti paruerunt.
Quamobrem cùm Pantaleo Sannius illorum
ductor, & Indiæ Præfecti propinquus, me vt
sibi benedicerem, benéque precarer (vt fit)

Monaion capitur a Mauris.

adijsset

adijſſet, ei malum, quod timebam, & quod poſtea euenit, prædixi. Cùm enim caſtrũ obſiderent, peſtifera quædam febris ſubitò coorta ex eis ad quadraginta quinque velut pecora ſtrauit, atque conſumpſit. In ipſa verò oppugnatione vulnerati ſunt circiter cẽtum: qui magna voce me inclamabant, peccatorũ videlicet pœnitentia, & piacularis confeſſionis ſtudio ducti. Qua de cauſa cùm reuerti etiam decreuiſſent, quamuis saucij: tamen ingenti deſyderio cõfitẽdi venerunt, rati haud aliter ſe caſtro potituros. Ex omni numero circiter centum Ormutij poſtea interierunt. Ad me veniebant cum lachrymis orantes: vt ipſorum confeſsiones audirẽ: quo facto, mortem æquo, & libẽti animo eſſent obituri. Hîc vos animis veſtris cogitate, quo dolore angar, cùm tot Chriſtianos mihi ad pedes procidentes, opémque implorantes, & alios flẽtes, quoſdam verò morientes aſpicerem, In his anguſtijs, quoniam nihil aliud præſtare poteram, ſingulos complexus, rogabam vti ciuitatis ſacerdotes, quos quinque eſſe conſtabat, adirent: ſed cùm id facere omnino recuſarent: illis morem gerere ſum coactus. Itaq; cœpi illis primum, qui in maiori vitæ periculo verſabantur, dare operam ita, vt ne noctur num quidem tempus mihi ad quietem relinquerem: neque ab hoc inſtituto per vnũ mẽſem diſcedebam, quamuis à Præfecto, aliiſque nobilibus viris accerſerer.

Vtinãnè etiam hodie inquinata conſcientia pugnaretur aduerſus Turcas.

Puramẽs animoſa eſt, impuratimida

Eius autem expeditionis, & obſidionis euentum foelicem aſsiduis à Deo prebibus, ſacrifig

reperiebant totius facti rationem aliam esse non posse, quàm Dei Opt. Max. nutum & voluntatem. Id ergo illi cùm iam intelligerent, nec amplius obscurari posse confiderent, cùm res loqueretur ipsa: se ad lenitatem dabant, méq; vt antea diligebant, & obseruabant. Sex mensibus Ormutij septingentorum (vt arbitror) Christianorum confessiones excepi. Paucos qui reliqui sunt, ante Natalem diem Domini nostri me auditurum confido. In ea castri obsidione, cuius suprà memini, Centurio, qui tres concubinas perpetuò secum ducebat, quique Diuorum contemptor erat, & in Deum blasphemus, repentina morte perijt: quo expirãte tanta ventorum, imbrium, ac grandinis subitò vis extitit, durauitq; ad horæ dimidium, & eò amplius: vt cùm in maxima tempestate, & obscuritate nemo alterum videret, mundi occasum, atque interitum instare omnes existimarent. Non dubium fuit, quin ea res acciderit, vt tam scelerati, & detestandi Centurionis dignus exitus comprobaretur, & anima impia inferis sacrata, & stygijs dedita carnificibus declararetur. Huius generis possem permulta scribere, nisi occupationes graues, & continuæ prohiberent. Difficile dictu est, quantum hi Christiani poenitentiæ sacramento iã tribuant, quantúmque in eo spei habeant. Id certè per poenitentiam maior indies ad confessionem cũ ingenti studio, & peccatorum odio concursus ex illius multiplici vi, effectúq; excitatus designat. Nonnulli enim ita grauiter ægri, vt

700

Impij Cẽturionis mors prodigiosa.

Pœnitẽtiæ quantum tribuatur.

Medici

Medici diffiderent : simulatque sua errata sacerdoti confessi essent, conualescebant . Alij item multi ex varijs morbis eodem medicinæ præsidio recreabantur.

Nunc demum apparet vim huius Sacramenti Ormutinis incolis hactenus fuisse ignotam, idque ob deprauatam non confitendi multis annis cõsuetudinem. Imò si quis erat, qui post diuturnam desuetudinem confiteretur, vel Eucharistiam sumeret : is tanquam fatuus, aut insanus palam ridebatur. Nunc verò (Christi gratia) & rationibus, & precibus effectum est, vt singulis hebdomadis confiteantur, & dominicis, reliquísque festis diebus coelesti pane reficiantur, vt mihi quidem Conimbricę iam esse videar, vbi Sabbatis innumerabilis propè confitentium , Dominicis ad sacrosanctam synaxin accedentium frequentia cernitur . Egregium religionis specimen, & exemplum Præfectus præbet, dum octauo quoque die exomologesin facit . Et quamuis multis, ac magnis negociis semper distineatur: voluit tamen nihilominus totius anteactæ vitæ peccata sacerdoti detegere . Quare factus est admodum pius , & in pauperes liberalis. Et profectò est cùm omnium testimonio perhumanus, & probus, tum nostræ Societatis adeo studiosus, vt valde aueat eius iuuandæ sibi dari occasionem. Cùm nostrorum conatuum successum , laborum fructum in hac vrbe considero: in eam adducor sententiã, vt putẽ nusquam profectionẽ meã vtiliorem, quàm ad Ormutium futurã fuisse.

Frequens confessio impiis ridetur.

Octauo quoque die Præfectus cõfitetur.

nos Christianorum manium admonere, eo-
rúmque soleo expiationem curare. Sed &
aquæ lustralis vsum à nobis sunt mutuati. Ne
autem dissoluti, ac perditi homines suorum
vitiorum contagione cæteros inficerent, at-
que contaminarent: necessariò mihi faciendũ
putaui, vt acrem me, atque seuerum ostende-
rem. In concione igitur metum illis inijcere
studui, à Deo precans, vt quæ illi charissima
haberent, ea potissimum perderet, ipsósque
aut corporis, aut famę, aliorûmue fortunę bo
norum diminutione pro suæ animæ incolu-
mitate, & salute multaret. Iuxta illud. Im-
ple facies eorum ignominia, & quærent no-
men tuum Domine. Qua imprecatione, seu
verius inploratione perterriti, & conster-
nati: mecum expostulabant, & quęrebantur.
Sed cùm eius facti causam demonstrarem, sta
tim acquiescebant. Per id tempus obortũ est
bellum in Persidę, quo bello Monaion huius
regni castrum fraude, ac proditione captum,
amissumque est. Ad illud recipiendum missæ
sunt primum duę Lusitanorum peditum, qui
hîc morabantur, centuriæ, deinde duæ alteræ
cum præfecto Mauro, & quingentis præte-
rea militibus, ex quibus Christianos ante dis-
cessum admonui, hortatúsq; sum vehemen-
ter: vt religiosæ confessionis purificatione lu
strati proficiscerentur: sed ex tanto numero
meis monitis non plures viginti paruerunt.
Quamobrem cùm Pantaleo Sannius illorum
ductor, & Indiæ Præfecti propinquus, me vt
sibi benedicerem, benéque precarer (vt fit)

Monaion captura Mauris.

adijsset

adijſſet, ei malum, quod timebam, & quod poſtea euenit, prædixi. Cùm enim caſtrũ obſiderent, peſtifera quædam febris ſubitò coorta ex eis ad quadraginta quinque velut pecora ſtrauit, atque conſumpſit. In ipſa verò oppugnatione vulnerati ſunt circiter cẽtum: qui magna voce me inclamabant, peccatorũ videlicet pœnitẽtia, & piacularis confeſſionis ſtudio ducti. Qua de cauſa cùm reuerti etiam decreuiſſent, quamuis ſaucij: tamen ingenti deſyderio cõfitẽdi venerunt, rati haud aliter ſe caſtro potituros. Ex omni numero circiter centum Ormutij poſtea interierunt. Ad me veniebant cum lachrymis orantes: vt iplorum confeſsiones audirẽ: quo facto, mortem æquo, & libẽti animo eſſent obituri. Hîc vos animis veſtris cogitate, quo dolore angar, cùm tot Chriſtianos mihi ad pedes procidentes, opẽmque implorantes, & alios flẽtes, quoſdam verò morientes aſpicerem, In his anguſtijs, quoniam nihil aliud præſtare poteram, ſingulos complexus, rogabam vti ciuitatis ſacerdotes, quos quinque eſſe conſtabat, adirent: ſed cùm id facere omnino recuſarent: illis morem gerere ſum coactus. Itaq; cœpi illis primum, qui in maiori vitæ periculo verſabantur, dare operam ita, vt ne noctur num quidem tempus mihi ad quietem relinquerem: neque ab hoc inſtituto per vnũ mẽſem diſcedebam, quamuis à Præfecto, aliiſque nobilibus viris accerſerer.

Vtinãm etiam hodie inquinata conſcientia pugnaretur aduerſus Turcas.

Puramẽs animoſa eſt, impuratimida

Eius autem expeditionis, & obſidionis euentum fœlicem aſsiduis à Deo prebibus, ſacrifig

crificiíſque expoſcere nõ deſiſtebamus. Nam poſt copiarum profectionem curaui circiter decimam horam inſequentis noctis ſolennes ſupplicationes à meis diſcipulis, hoc eſt, pueris, ſeruitiíſque, & ciuitatis neophitis fieri: ex quibus ad quinquaginta ſe loris (vt Chriſtianis moris eſt) verberabant: ſacerdotes, prælati funalibus cæreis, in linteis ſacerdotalibus tunicis procedebant. Hoc ordine ad Deiparæ phanum, quod ab oppido quingentis paſsibus diſtat, peruenimus. Sequebatur nudis pedibus multido quàm maxima. Cùm autem ſubalto & iterato ad Deum clamore miſericordia efflagitaretur: ita commoti ſunt omnium animi; vt nemo eſſet, qui non vim lachrymarum profunderet. Exinde concionem habui. Huiuſmodi ſupplicationes ſępius factæ ſunt, per quas impetrato diuino præſidio & pace, contigit: vt caſtrum, quod armis per ſuperbiã recipi nequiuerat, ſine vi æquis conditionib⁹ redderetur. His ita geſtis ægros ego, ſaucióſque pro recepta mihi conſuetudine inuiſebam, & aliquo ferè eſcæ genere reficiebam. Nam eorũ ciborum, qui ex ſaccaro conficiuntur, quíq; ægrotis comparari ſolẽt, maxima eſt ſemper apud me copia, quã amicorum, & piorum hominum liberalitas, ſtudiùmque ſuppeditat. Elaboraui etiam ſummopere: vt ægris militibus ſtipendia ad curationem valetudinis perſoluerentur, qui ei obſidioni interfuerant: & hi tantam erga me beneuolentiam, & obſeruantiam oſtenderunt, vt cum illis iuxta lectum aſsiderem, ma

nu com-

nu comprehenſum me,ne à ſe diſcederem,re-
tinerent. Vnus iam morti proximus repentè
de media circiter nocte ſurrexit , arreptóque
enſe iam ſeſe erat transfixurus, niſi continuò
nos accurrentes prohibuiſſemus. Tum ille cũ
inuitum ſeruaſſem , in me conuerſus , fauces
adeo mihi interſtringere cœpit , vt tantum
non ſtrangularet. Quod cũ cęteri ægroti vi-
derẽt: exclamâre, vt mihi ſubueniretur, prop-
terea quòd ipſi ſe è lecto cõmouere nõ pote-
rãt. Videbatur diabolus ea ratione mihi necẽ
afferre voluiſſe: verũ Chriſtus, qui longè plus
illo poteſt, pollétq;, id vetuit , méq; propitius
reſpexit, atq; ſeruauit. Idẽ hoſtis cõcordiæ, &
oĩum bonorũ, ne à ſua inueterata recederet
conſuetudine: miſcere omnia nõ deſinebat.
Etenim ſacerdotes huius vrbis, cùm confitẽ-
tiũ ad me cõcurſum fieri, cæteráque humani-
tatis, religionísque officia à nobis pręſtari ani
maduerterent: dolere, & mecũ expoſtulare,
quęriq;, quòd ſacris cõfeſsionibus eſſem ſubie
cto ipſis populo, nec ſe in eius muneris partẽ
aduocarẽ, qui ſuã alioqui operã, induſtriámq;
ad omnia nõ minus ſtudiosè, atq; officiosè, q̃
etiã libenter obtuliſſent. Ad hæc nõ id reſpõ-
di, eorũ declinans inuidiã , quod verè potuiſ-
ſem, neque cauſam declaraui, cur illi homines
eos reliquiſſent, mallẽtq; nec ſacramẽtali cõ-
feſsione expiati, nec S . Euchariſtiæ viatico
inſtructi decedere, quàm ipſis confiteri : Sed
Deus , qui vt ſileant homines, iumentis ali-
quando tribuit ſermonẽ, pro me reſpondit.
Nam cùm ea de re inter ſe ipſi conſultarent;

repe-

reperiebant totius facti rationem aliam esse non posse, quàm Dei Opt. Max. nutum & voluntatem. Id ergo illi cùm iam intelligerent, nec amplius obscurari posse confiderent, cùm res loqueretur ipsa: se ad lenitatem dabant, méq; vt antea diligebant, & obseruabant. Sex mensibus Ormutij septingentorum (vt arbitror) Christianorum confessiones excepi. Paucos qui reliqui sunt, ante Natalem diem Domini nostri me auditurum confido. In ea castri obsidione, cuius suprà memini, Centurio, qui tres concubinas perpetuò secum ducebat, quique Diuorum contemptor erat, & in Deum blasphemus, repentina morte periit: quo expirãte tanta ventorum, imbrium, ac grandinis subitò vis extitit, durauitq; ad horæ dimidium, & eò amplius: vt cùm in maxima tempestate, & obscuritate nemo alterum videret, mundi occasum, atque interitum instare omnes existimarent. Non dubium fuit, quin ea res acciderit, vt tam scelerati, & detestandi Centurionis dignus exitus comprobaretur, & anima impia inferis sacrata, & stygijs dedita carnificibus declararetur. Huius generis possem permulta scribere, nisi occupationes graues, & continuæ prohiberent. Difficile dictu est, quantum hi Christiani poenitentiæ sacramento iã tribuant, quantúmque in eo spei habeant. Id certè per poenitentiam maior indies ad confessionem cũ ingenti studio, & peccatorum odio concursus ex illius multiplici vi, effectúq; excitatus designat. Nonnulli enim ita grauiter ægri, vt

700

Impij Centurionis mors prodigiosa.

Pœnitentiæ quantum tribuatur.

Medici

Medici diffiderent : simulatque sua errata sacerdoti confessi essent, conualescebant . Alij item multi ex varijs morbis eodem medicinæ præsidio recreabantur.

Nunc demum apparet vim huius Sacramenti Ormutinis incolis hactenus fuisse ignotam, idque ob deprauatam non confitendi multis annis cõsuetudinem. Imò si quis erat, qui post diuturnam desuetudinem confiteretur, vel Eucharistiam sumeret : is tanquam fatuus, aut insanus palam ridebatur. Nunc verò (Christi gratia) & rationibus , & precibus effectum est , vt singulis hebdomadis confiteantur , & dominicis, reliquísque festis diebus coelesti pane reficiantur, vt mihi quidem Conimbricę iam esse videar, vbi Sabbatis innumerabilis propè confitentium , Dominicis ad sacrosanctam synaxin accedentium frequentia cernitur . Egregium religionis specimen, & exemplum Præfectus præbet, dum octauo quoque die exomologesin facit . Et quamuis multis, ac magnis negociis semper distineatur: voluit tamen nihilominus totius anteactæ vitæ peccata sacerdoti detegere . Quare factus est admodum pius , & in pauperes liberalis. Et profectò est cùm omnium testimonio perhumanus, & probus, tum nostræ Societatis adeo studiosus, vt valde aueat eius iuuandæ sibi dari occasionem. Cùm nostrorum conatuum successum , laborum fructum in hac vrbe considero: in eam adducor sententiã, vt putẽ nusquam profectionẽ meã vtiliorem, quàm ad Ormutium futurã fuisse.

Frequens confessio impiis ridetur.

Octauo quoq; die Præfectus cõfitetur.

Pro qua re laus tribuatur, & gratiæ agantur Deo Opt. Max. qui nobis ſicut vires hactenus ad agendum dedit: ita deinceps in ſui cultus incrementum ad perſeuerandum conſtãtiam largiatur. Chriſtianos, qui hîc habitant, antehac in concionibus illachrymari, & de cruce, ac morte Ieſu Chriſti Domini, & Dei noſtri cũ infidelibus colloqui, pudor quidam ſubruſticus, & ingratus vetabat. Duces militares, arciúmq;, & oppidorũ præfecti, ac prophani magiſtratus curationẽ templorũ prçi puorũ, atq; adminiſtrationẽ ſibi vſurpârãt. Hi ſacerdotes iniuria afficere, Antiſtites flocci nõ facere, ſacra fercula, & vexilla Chriſti conſcindere, Epiſcopi comminationes, aut diras execrationes, ſeu excõmunicationes contemnere: nunc autẽ cõtrà Antiſtires, ac ſacerdotes, ſecundum eum, quo quiſque in Eccleſia Dei conſtitutus eſt, ordinem, ac quã adminiſtrant functionem reuerentur, & obſeruant. Præſbyteri egregiam præ ſe ferũt religionẽ, ſuãq; retinent authoritatem, neque ceremonias, ſolennéſq; ritus ſtatis diebus, vel horis (vti decet) omittunt. Sabbatis omnibus ad delubrũ Deiparç virginis extra vrbem ſupplicationes agũt, quibus cùm ego vnà pedib⁹ nudis procedo, litaniæ à cunctis magna animi deuotione pro ſalute populi concinuntur.

Pudor bene agendi in antiquatis Chriſtianis, vſurpataque in clerum poteſtas.

Quibus hîc diſtineor muneribus, hæc ferè ſunt: Dominicis manè cõcionor ad populum, alijs diebus à meridie vicos plateáſq; circũueniens, ſeruos, ſeruáſq; & nouos Chriſtianos, pueróſq; nola in templum conuoco: quò vbi plerique

Exercitia pia, quibus popul⁹ cõuertitur.

plericq; omnes conuenerunt, concione (quæ primo loco habetur) finita, doctrinæ Christiane ilicò subiũgitur explicatio, quæ annuo (vt spero) finietur tẽpore. Ad hanc fidei doctrinã percipiendã prẽter eã (quã dixi) euocatam turbã alij tã multi cõueniunt, vt templũ omnes interdũ non capiat. Doceo non modò Symbolũ Apostolicũ, sed etiã orationẽ Dominicã & Salutationẽ Angelicã, aliásq; pias precationes, quas interdiu, noctúq; ita per vrbẽ cantitant, vt nihil penè aliud tota didicerit vrbs resonare. Iurare perperã, & rixari desierunt, sicut ex iis cognoui, quibus negotiũ dederã, vt illos obseruent, & delinquentes ad me deferãt. Pueri sæpe cũ Mauris disputãt, & saluũ esse neminẽ posse, nisi sacro fonte ablutum ostendũt: parentũ præterea vt etiã serui dominorum, errorem, & superstitionem tyro: néque Christiani aliquorũ veteranorũ peccata coarguunt, atque cõuincunt. Mauri quoque perinde quasi Christiani forent eandem cantionem vsurpant: vnúsq; ex ipsis nuper Christi cultum recepit. Armeni confessionis ad me gratia veniunt, viros, ac mulieres primarias etiam inter se dissidentes ad concordiam sic reducere studeo: vt in tẽplo spectãte populo se mutuò complectantur, veniámq; expoſcant.

Cantilenæ nouorum Christianorũ edoctrinã Christiana.

Syndici in noua Ecclesia, qđ olim Apostolos obseruasse tẽstatur Clemens.

Mauri doctrinam Christianam cauillant.

Armeni.

Die Lunæ, quem Ethnici in honore habent, cum ipsis versor, inter quos est genus hominum, qui Iogui, hoc est, Eremitæ sancti nominantur. In cæcis hi specuũ tenebris degunt, cuiusmodi aliquos in hac Insula vidi.

Iogui siue heremitæ gentiles.

Gentilium

 obediẽtiæ

Abſtinentia. Vnum principem,ac præfectũ agnoſcunt, cui omnes obediunt,cinere ſeſe conſpergunt:abſtinentiam,paupertatem, caſtitatémque imprimis colunt, quòd iis tribus maximè virtutibus hominem Dei conſpectu dignum fieri putant,& aſſeuerant. Egregiè philoſophãtur,& ſanctiſsimam Trinitatem confitentur, patríq; potentiam, filio ſapientiam, ſpiritui ſancto tribuũt bonitatem:ac Deo certa quædam nomina, quæ omnia hæc complectuntur,imponunt. Sunt ipſi perquàm manſueti, modeſtíque,& humiles. Si quem fortè animaduerterint volucri, aut quadrupedi cuilibet inſidiari,aut mortem intentare: omnino prohibent,malúntq; præſenti precio illorum animantium vitam redimere, pulicis etiamſi in his terris id genus animal naſceretur,quã de vita periclitetur. Tales autem ſuperſtitiones ſeruant ſanè permultas:eorum omniuni iam ferè ad Chriſtianam fidem inclinantur animi, ſed ſuæ ſectæ principem, & præfectum ex Arabia fœlici expectant, quò ad viſendos reliquos Anachoretas inibi incolentes pergere queant: is vbi redierit, quicquid ſtatuet,aut ſuadebit, id ſe facturos recipiunt. Interea meam cõſuetudinem plurimum expetunt: quòd meæ vitæ ratio cum ipſorum ritu,ac moribus videatur magnoperè conuenire. Veſperi vt nos Angelicæ ſalutationis, ſic illi ſuarũ precationum campana dant ſignum. Quæ res eam mihi ſubminiſtrauit ſpẽ, vt optem ſuo ipſorum habitu,cũ illis tãtiſper conſueſcere,dum ad Chriſti fidem traducantur,ſi

Animalia non occidunt Pythagoricorum more

Precio vitam brutorum redimunt.

Omnia omnibus fieri cupit.

tur, si meo moderatori, ac præfecto videatur, quem perpensis, perspectisq; omnibus haud ægrè id permissurum opinor, cùm ea sit ratio (quantum meo assequi iudicio possum) rei Christianæ amplificandæ commodissima. Etenim hi Eremitæ apud barbaras gentes concionatores agunt, súntque in magno honore propter spectatę sanctitatis opinionem. Horum opera, & authoritate, qua plurimum valent apud plebem, multi ad Christi religionem conuerterentur. Aiunt me, quod alibus sim, humaniter, & benignè ab Ethnicis tractatum iri: ego tamen pluribus negotijs impeditus, atque districtus, parum hactenus cum illis fui. Esse etiam multifaria apud eos Monachorum, Monacharúmq; collegia, atq; familias audiui.

Monachi, & monachæ gentiles.

Martis, Mercurij, ac Iouis diebus eos, qui publicis in custodiis sunt, inuiso, & quoad eius fieri potest, iuuo, iras & simultates dirimo lites compono, aliáque id genus officia exequor: omne tamen meum studium, industriámque necessitas superat. Die Veneris (quem festum esse Mauris diximus) cũ Mauris ago. Id illis gratum esse vel ex eo intelligo, quòd ipsis (vt aiunt) nostra societas à Deo diligi, custodiríq; videatur. Summè admirantur æquitatem Christianorum, qui pecuniam vsuris, aut alioqui malis artibus partã sibi reddiderunt. Qua de causa fit vt & maximũ mihi habeant honorẽ & in tanta barbarorũ, & infideliũ multitudine interdiu, noctúq; versanti, in crebro occursu noceat nemo, sed quiuis

Vinctorũ visitatio.

Opera verbis præstãt in conuertendis infidelibus.

Virtus superat oĩa.

Tẽpus es lapſum eſſe quo aliã legẽ expe- ctabãt dos Tẽ Mauri.

potius locũ det, cedátque. Hæc gens in magno pudore, ac mœrore nunc iacet: cùm tempus in quod aliam legem Mahometes promiſerat, præteriiſſe iam videat. Paupertatem noſtram, quam in rebus omnibus retinemus, admodum & mirantur, & probant. Si quando per literas ab illis peto, vt alicui iniuriam ne faciant, néue incommodent: mihi haud grauatè obſequuntur. Diſputare mecum de religione nolunt, ſuis ingeniis, doctrinæque diffiſi, veritíque ne in primo ſtatim cõgreſſu coarguantur. Aliquando cùm media nocte in ſuo eſſent fano, ac plurimis accenſis illuſtraretur lampadibus, apprehenſum me ad delubri faſtigium humeris ſuis in altum ſuſtulerunt, veſtémque mihi oſculabantur, dicebántque legem ſuam, ac religionem cum noſtra eſſe breui conuenturam. Timendum erat, ne reprehẽſionum, quibus eos ſæpe perſtrinxeram, memores, me inde præcipitarẽt, ſed beneuolentiæ, qua me proſequuntur, author eſt Deus. Cum vno ex illis ſemel tantum diſputationẽ inſtitui, interprete viro honeſto, & Perſicæ linguæ perito vſus. In qua diſputatione cùm propoſitis à me argumentis reſpondere non poſſet: ſanctiſsimam Trinitatem eſſe conceſsit. Quare mihi affirmanti, parũ abeſſe ipſum à Chriſti cultu: reſpondit librum ſibi eſſe domi quẽ adferre cupiat, ſententiæ nimirum ſuæ tuendæ cauſa, præcipuéque de admirabili, diuinóq; Chriſti Domini noſtri Dei, atque hominis conceptu, ac generatione, quam prorſus negabat: cùm Chriſtum

Dignus hic admiratiõe eſt Mauorũ erga Chriſtianos zelus.

Trinitatẽ fatetur Maurus.

stum etsi ex spiritu Dei conceptum, tamen hominem solum fuisse asseueraret, Deiparam quidem perpetuò extitisse virginem confitentur, multósque de nostris diuis venerãtur: sed imaginibus nullis, aut picturis vtuntur: neque Christum crucis supplicio necatum credunt. Ille verò philosophus, cùm ex ea disputatione conuictus recessisset: consulturus Regulum quendam de his materiis in Persiam contendit. Regulus vbi hominem fractum, ac debilitatum aspexit: camelis ad interiores Persiæ partes remisit: quò longius ab omni facultate, ac necessitate disceptandi mecum, periculóque abesset. Institutæ autem disputationis occasio illa fuerat, quòd ego id agebam, vt eius vxor lectissima, prudentissimáque fœmina, quæ tunc apud quendam meum familiarem honestè, ac liberaliter habitabat, ad Christi religionem vnà cum filia traduceretur: eáque ratione idem viro persuadere cogitabam. Quapropter me, vt vxorem reciperet, adeunti dixi, me prius errorem, in quo versabatur, velle ostendere, ea conditione, vt si ego religionis suæ quidem vanitatẽ, nostræ autem veritatem minus probassem: suam ipse vxorem reduceret: sin verò probassem, ille cum vxore, & filia ad nostram religionem transiret. Accepta conditione, cœpit vterque nostrum suas rationes exponere, &, vt suprà commemini, hominem ed argumentando perduxi, vt sanctissimam Trinitatem esse fateretur. Ita victus discessit, relictis vxore, ac filia, quas postea baptizauitãta

Virginitatẽ B. Virginis perpetuã colunt Mauri.

Diuos nostros venerantur.

celebritate,ac põpa,quanta nemo antè Ormu tij fuerat baptizatus. Ego , Præfectúſq; arcis eas deducebamus , comitabantur optimates, quos dein populus ſequebatur vniuerſus. Tibicines,cæteriq; pſaltes antecedebant. Tranſiuimus ante Regis çdes,qui & ipſe animũ ad Chriſti cultum adiecit : ſed ne rem omnino ſtatuat,perficiátque,popularis eum defectionis,ac ſeditionis metus, periculúmque deterret . Sacro ergo baptiſmatis fonte delibutis matri quidem Mariæ , filiæ verò Catharinæ nomen eſt inditum. Quas renunciatũ eſt mihi ampliſsimo loco natas,& genere à Sulthani Babylonici Regis aulicis oriũdas eſſe principibus,qui à Mahomete originem trahunt. Quas reliquerunt fortunas,plus minus quatuor millibus aureorum nummum æſtimãtur:ea pecunia, & pauperum aliquot ægeſtatem ſubleuauimus,& fraude comparata reſtituimus,quas deinde duobus Chriſtianis quorũ alteri nomẽ eſt Ioannes Baptiſta Conimbricẽſis nuptũ dedimus,cuíq; cũ dote ſeptingẽtorum aureorũ. Mauri conuentum populi,pompámq; conſpicati cõcurrere omnes,vt ſcirent quid rei eſſet:attentéq; ſingula intuentibus maximã admirationẽ ritus ceremoniarũ,honórq; initiandis habitus afferebat , ſtudiũq;(vt videtur)capeſſendę Chriſtianę religionis iniecit. Decreui ad Sulthanũ de eiꝰ ſectæ ſuperſtitione ac errore , déq; noſtræ fidei ſincero cultu ac veritate perſcribere,peteréq; vt vel me ad ſe proficiſci patiatur , vel ipſe certum aliquem ad me huius rei cauſa mittat.

Baptizandi omnis ſua pauperibus relinquunt.

Sabba-

Sabbatis(vt dixi)cõcionari de auaritia soleo, tum disputare cum Iudæis in eorum synagogis, ex quibus nonnulli de sacro baptismate iam cogitare coeperunt:duo præter cæteros, iisq; magistri siue(vt ipsi loquuntur) rabini, quorũ alteri Salomoni,alteri Iosepho est nomen,ambo me ad prandium aliquando vocauêre,in quo complures alij rabini conuiuæ intererant.Iui, & quò mihi sine vllis arbitris roganti omnes liberius responderent:iui solus,quanuis Emanuel Lima rei militaris præfectus,aliique permulti,quòd à veneno periculum esse dicebant , vt ab eorum conuiuiis abstinerem,me hortarentur . Sed Dominus protector meus. Licet autem illi quæ ad rem facerent perpauca responderent:nostra tamẽ ad noctẽ producta est disputatio, quam, quia prælonga est,& mihi non vacat,in præsentia transilio . Interim aliqui fortasse baptismatis aquis perfundentur,id quod iam fieri præcipuè Rabinus Salomon concupiscit , assiduis precibus coeleste lumen exposcens,quò diuinam voluntatem intueatur,atque cognoscat, cognitæque obtemperet . Vult idem filium suum à meo latere nunquam discedere . Ea disputatione hinc quidẽ Iudæi conuicti moerere,& quid contrà dicerent prorsus nescire: inde verò Christiani lætari , animos erigere, Deo gratias agere . Cæterùm Rabini etsi in posterum diem se responsionem differre dixerunt:inter eos tamen ita conuenit , vt me tantum audirent , non autem responderent, nec contrà dicerent , sed suam inscitiam fatesentur.

Sabbatis Iudæis cõsulitur.

Rabini.

Rabinus baptismã petit.

sentur. Quocirca Rabinus Ioseph me adiit, obsecrauitq; per Deum, ne se suámq; nationẽ exagitarem, suæque imprimis existimationi parcerem, qui cùm doctor esset, sacrorúmque voluminum cognitionem, scientiámque se tenere profiteretur: tamen ne vnam quidem defendere posset, probaréque sententiam: vt mihi facilè persuadeam, eum, & plerosque alios Christi fidem recepturos esse, nisi Christiano iure quicquid fœnerando quæsissent, restituere cogerentur. Idem cæteris Christianis, quibuscum loquebatur, dicebat. Alij item Iudæi me orabant, vt apud se pranderem, aut cœnarem. Ego verò ea conditione recipiebã, si fercula communia forent, atque ab vsu Christiano non aliena: quod illi non molestè ferebãt, modò mè conuiuam haberent. Hæc illi dant non obscura suæ erga me beneuolẽtiæ signa: nostríque ordinis paupertatem admiratione, ac laudibus prosequuntur, tametsi auaritia nihilominus (vt dixi) quò minus Christiani fiant, impediantur. Rabinus Salomon, qui est apud suos eruditione facile princeps, & doctor, cùm me aliquando conuenisset, disputationem ingressus hęrebat, nec quid diceret satis habebat, quod antea etiam cum M. Francisco Malaccæ disceptandi accidisse cognoui.

quid remoretur Iudæos quo minus fidẽ Christi amplectãtur.

Tanti sunt euangelij tantiũ labores vt nec cibum nec somnũ capere liceat.

Hoc tempore ita creuerunt quotidiani labores, qui mihi à Christianis imponebantur, vt & cibi, & somni capiẽdi facultatem negarent, ob eámque causam aut nunquam, aut certè raro esse cum Iudæis licebat. Proximis tamen

tamen diebus quendam eius nationis homi-
nem ægrum in via offendi, quem affirmantē
se Christianum fieri velle, domum nostram
adduxi. Amor totius gentis in nos non vul-
garis est; opinio verò, quam de nostra Socie-
tate habent, tam præclara: vt in ipsorum for-
tasse synagogis vetus testamentum interpre-
taturus sim: errores Iudaicę sectę demonstra-
turus: quandoquidem eos haud alienos esse
ad lumen fidei in animos admittendum, &
cæremonias, ritúsque patrios repudiādos ab-
iiciendósque animaduerto; quod & facere in-
stituisse postquam nos hic sumus, videntur.
Iudæi cuiusdam filia Christi sacris initiata,
eo ipso quòd Christiana erat, à patre bona
quæ ad se pertinebant, extorquere non po-
terat: sed semel ego cū eo congressus, ac pau-
ca cum illo verba commutans, dicto citius
perfeci, suum vt filiæ redderetur. Nuper qui-
dem alius Iudæus mihi renunciauit, Rabinū
Salomonem suis discipulis ecquid de quodā
Societatis sentiret quærentibus respondisse:
acutiorem se hominem nouisse neminem: at-
que cum doctis quidem, & sapientibus viris
locutum permultis: neminem tamen illorū
esse cum nostræ societatis hominibus confe-
rendum, qui tantum in dicendo polleant: vt
qua vi, & facultate cæteris præstent, eius effe-
ctricem non aliam causam habere, quàm di-
uinam benignitatem possint. Quamobrem
vbicunq; hūc videt, summoperè honorāt, at-
que obseruāt: & si quādo à Christianis vexā-
tur, iniuriámue accipiūt, nostram authoritatē

implo-

implorant. Cæterùm cùm campanula per vrbem eo, mirantur, & commouentur adeo, vt credi vix queat. Nec Ethnici secus afficiũtur, qui præter cætera rogant, quî fieri possit, vt nostræ Societatis homines, quorum egregia in hac regione sit authoritas, atque existimatio, tam humiliter in omnibus, demisséque, & abiectè se gerant?

Hęc sunt charissimi in Christo fratres quæ Deo auxiliante in his Persidis, Arabíæq; cõfiniis aguntur. Multi huius ciuitatis primarij, & locupletes suos filios in nostram societatẽ asciri exoptant: quod non idem fit in pleriscq; Europæ prouinciis, vbi parentes filiorum in religionem vota, impia pietate deplorant, & lamentantur. Missi paucis ante diebus Goam honoratum quendam, & clarum hominem, vt in collegio D. Pauli in nostram societatem eò facilius asscribatur, quò firmiora iam Latinæ linguę iecerit fundamenta. Alij præterea non pauci se nobis adiungere socios vellent: sed quoniam indocti sunt, & sæpenumerò non satis bene morati, non perinde facilè admittuntur. Vir nobilis, qui erat nostro instituto aptissimus, & iam se votis obstrinxerat, nuper est mortuus, magno sui desiderio relicto, exemplóque patientiæ, quàm æger ostendit. Cùm dico me velle in Chinam nauigare: plurimi se vnà profecturos, & quouis terrarum secuturos significant. Cæterùm cùm immenso terræ, marísque distemus interuallo, etiam si nullas in reliquum tempus à me literas accipietis: meas nihilominus res

Parentũ erga filios impia pietas.

sacrificiis,

sacrificiis,& precationibus apud Deum iuua-
te.Sine vestra etenim & pietate , & charita-
te,quônam pacto mecũ ageretur, in his præ-
sertim locis tam remotis, & abditis , inter a-
deo agrestes,& barbaras gentes, tantis curis,
& laboribus rerum tam diuersarum , mole-
starum quoque interdum, atque etiam odio-
sarum? Quid?quod & aliquãdo contigerit, vt
mulieres meam castitatem tentarent,quòd li
beros,quos essent ex me susceptura , sanctos
fore dicerent ,& sperarent? Hoc à me idcirco
scribitur, vt diaboli artes , laqueos , insidiasq;
cernas,à quibus vsqueadeo nihil est securum
vt sub blanda , adlubescentéque boni specie
angelicas planè subuertere nitatur virtutes.

Socium , & adiutorem hîc alium non ha-
beo,quàm vnum adolescẽtem. Nam fratrem
nostrum Raymundum Perciram , quoniam
pro sua imbecilli valetùdine grauissimos hu-
ius Insulæ calores ferre non poterat , Goam
remittere sum coactus . Mihi contrà euenire
sentio.Quippe cùm natura sim frigida,humi-
daque,insula verò calida, & sicca:ne minimũ
quidem dolorem capitis,Christo gratia, sum
expertus.Magister Franciscus(vt initio epi-
stolæ scripsi)obedientiæ vi , & virtute mihi
mandauit,ne triennio ex his locis discederẽ,
nisi eius ex Iaponia literis admonerer,etiam
si socij, qui in Indiæ regionibus commoran-
tur,contrarium significarent,aut expeterent:
Idque ea de causa videlicet imperauit , quòd
me mittere in Chinam decreuisset , si aditus
(vt sperat)aperiatur . Quòd si hoc triennio

nec lis-

nec literç,nec nuncius ab illo venerit: mortuũ existimare poterimus: atq; ita ego in Rectoris Goani Collegij ditionem, ac præfecturam concedam. Si mea in manu fuisset : Rusios, Appollonios, Armeniósque petiissem, qui Persis finitimi sunt,& vectigal pensitãt Principi non quidem ex terræ fructibus,aut simili ratione,sed ex ipsis hominibus nascentibus ad certum numerum. Hi(vt accepi)Christianorum valde mirantur ignauiam,qui bellum Turcis non inferant,

Crudele vectigal,vnde colligere licet, quam insaniunt qui sub Turcis quam christianis regibus malũt degere

Multos hîc ex variis Europæ prouinciis, & regnis captiuos,ac seruos qui cultum Christi eiurârũt inuenio. Ex his,quos possum ad Christianorum communionem, & pristinã religionem reuocare contendo, impetrata illis á dominis libertate: nonnullos etiam ad Goanum collegium D. Pauli mitto. Hîc sũt præter ea Ianizari(quo nomine apud Turcas Prætoriani milites appellantur)Abissini ex Pretoiani imperio, Græci item nostræ religionis deserrores,aliique Christiani captiui,quibus pro virili faueo,studeóque : vt ad Christianæ fidei leges ritúsque reuertantur. Italum quendam adolescentem viginti quatuor annos natum, cùm Ormurium venissem,ad me Iudæus mihi amicissimus adduxit,quem Turcarum Imperatori charum Babylone aufugisse dicebat, quod ex ipsius postea oratione planius cognoui,cùm apud me suam à Christi cultu defectionem cum lachrymis deploraret. Eum in Indiam, vt inde in Lusitaniam nauigaret, dimisi, grauiter do-

Apostata a fide.

Ianizari.

ter dolentem,& flentem propterea, quôd in ſocietatem admittere,quôd exploratorẽ Turcarum ſuſpicarer,noluiſſem. Ex pecunia,quę aut eleemoſynæ,aut reſtitutionis nomine in hac vrbe à Chriſtianis datur, collegium Societati conſtitui haud difficulter poſſet. Sed ex altera parte adeo Barbarorum incurſionibus,& tumultibus bellicis infeſtamur, itaque vicinis vndique hoſtibus laboramus, vt ne ad punctum quidem temporis vacare metu queamus:neque deeſſent,qui noſtræ ſocietati nomen darent: cùm etiam nunc multi ſint,qui à me recipi petant, & orent: vt eos prætercam,quos iam in Indiam miſi, in alias aſſcribendos religioſorum familias. Nihil dico de Ianizaris,Pãnonibꝰ,Armeniis,Ruſsis, Appollonis,Græcis,Abyſsinis,Mauris,Turcis,quorum quotidie multi ſacro fonte perluuntur. De iis quæ per noſtros Dominus diuerſis in locis gerit,ſummoperè lætor,ſuæq; diuinæ maieſtati,quas poſſum maximas,ago gratias. Porrò cùm neq; ſcriptura indigna eſſe videantur,neque eos luſuros operã cõſidã,fratres in Chriſto charilſimi,ſi ea vel aliud agẽtes perlegatis, quæ Chriſtus Dominus per quendam noſtræ ſocietatis patrem operatus ſit:facturus mihi operæprecium viſus ſum, ſi eorum nonnulla licet non accurata prolixitate non ingrata ſaltẽ breuitate perſtringam.

varię nãtiões Chriſtum amplectũtur.

Quidam igitur noſtri inſtituti ſocius virum honoratum quidem, ſed non minus inopem virtutis, quàm diuitijs affluentem ad ſacram confeſsionem diutur-

Miraculoſa cuiuſdã conuerſio.

no labore

no labore conatus adducere, adeo sibi inimicum, & infensum reddidit, vt in vitæ discrimen veniret. Quod cùm aduertisset, Deum deprecari cœpit, vt illius mentem, & voluntatem mutaret. Haud inanis ea precatio fuit: nam post octauum diem homini prima hora noctis in lecto cubanti visus est socius singulari vultus hilaritate, & manuum eximia pulchritudine, atque vniuersi corporis fulgore tanto collucens, vt totum cubiculum illustraret, suauissimóque repleret odore. Qua ex re factum est, vt quidam alius his verbis cubantem compellaret: quin tu patri (sed nomen exprimebat proprium) confiteris? non vides quàm visenda sit oris dignitate, quàm formosa, & illustri specie? Tunc ille consurgens in patris complexum, subitò rursus monentem audiuit: Pater in Xenodochio est, vt apud ægros rem diuinam faciat. Locuples ille mane cùm surrexisset, lachrymarum, doloris, & pœnitentiæ plenus, suprà quàm credibile sit, patrem ad se vocat, orátque, vt sibi confessuro det operam: se nullam pœnam recusaturum, nec officio defuturum profitetur. Inde cùm aliquot dies se domi continuisset, omnium, quæ ab ineunte ætate ad eã vsq; diem admisisset peccatorum expositione, atque confessione apud sacerdotẽ est expiatus, & vitam honestam, integràmque instituit, humanitatis, & beneficẽtiæ cultor, plus enim mille, & quingentos aureos nummos egenis distribuit.

Confessio vitæ totius criminũ cõplectens.

Idem Pater rogatu Ormutini ciuis primarij fa-

rij ſacrum fecit pro ſalute filij vi febrium cõ-
ſumpti,& iam propè necati,altero etiam ocu
lo corrupto,& putrefacto. Sacrificio peracto
adoleſcens ex febri, oculóque conualuit, ex
quo tanquam ſcintillę quædam haud ſanè te-
nues emicabant.Rei miraculo parens attoni-
tus,ſacerdote properè accito filium ſanũ oſtẽ-
dit:& quia ſacrum Deiparæ Virgini factum
erat, ei adoleſcentis ſalutem retulerunt ac-
ceptam. Aliâs eodem patre ſacrum faciente
eius diſcipulus ex mortifero morbo repentè
diuino nutu ſanus eſt factus. Accerſitus item
fuit ad matronam nobilem,quę mente capta,
& furiis quibuſdã exagitata, inſanire videba-
tur:multa aſpectu horribilia ſe cernere dice-
bat, quibus ſpectris ſic afficiebatur, ange-
batúrq;, vt exanimis ſpeciẽ præ ſe feret, quẽ-
admodũ vir eius narrabat.Sed quoniã multis
diſtrictus negociis ire nõ potuit, initiũ Euã-
gelij Diui Ioannis,& alia quædã verba è ſanc-
tis excerpta codicibus miſit,quę inſanæ mu-
lieris collo appenſa ſanitatem redditura pro-
nunciauit. Vir ſalutare conſilium,præceptũq;
celeriter executus eſt,& ſicut credidit,ita hũc
veracẽ fuiſſe cognouit,ſanatáq; vxore, factus
eſt vóti cõpos: vſqadeo Ieſus Chriſtus Dñs
noſter necdũ ceſſat ſua poteſtate,ac benigni-
tate id pficere,quod mortaliũ vires exuperat.

Sanitas. Miſſæ ſacrificio reſtituitur.

Eiuſdem patris,ac ſocij precatione quidam
alius ex acutiſsima febri, qua vehementer af-
fligebatur,euaſit. Aliquãdo ad hominem in-
famem,& ſceleratũ,quò in meliorem vitam
reuocaretur, accędẽs, ac vix intra limẽ ædiũ

Oratio ſanat ægrotum.

Tremendum exẽplum.

ingressus, cùm illum audiret sanctis maledicentem, iurantémq; se aut inimicos, antequã è viuis excederet omnino esse vlturũ, aut Christianæ religioni nuntiũ remissurũ: Vide (inquit) quid dicas: neq; enim triduũ intercedet cũ sæpius sacerdotem inclamabis, & nemo te audiet. Prædictioni respondit euẽtus. Is enim postero die (sic disponente Deo) vi repentina mali oppressus, cùm mortẽ imminere suspicaretur, confiterique vellet: nullum à quo expiaretur sacerdotem inuenit.

Imitatione dignum exemplũ.

In alium, quem vt ad concordiam cum inimicis reuocaret, diu multúmq;, sed frustrà, laborasset, idem Pater aliquando incidens, integrúmq;, atque optimè valentem intuẽs, fortuitò dixit: q̃ mihi illius valetudo ingrata est, profectò Deus est exorandus: vt ei febrẽ, qua ad confessionẽ cõpellatur, immittat. Piæ imprecationis is fuit effectus, vt ille paucissimis diebus graui morbo correptus sacerdotem nostræ Societatis ad se vocaret, atque ab omni labe criminum expiaretur. Et quoniam cunctæ propè ciuitati inuisus erat: eum postea sanum per vicos, plateásque socius ideo circunduxit: vt quos aut re, aut verbo lęsisset, ab iis in occursu veniam peteret: quod quidem factum animos aduersariorum infestos multum ad irę remissionem commouit, ac mitigauit. Hominem enim illũ pluribus locis alii cum scoplettis, alij cum lapidibus, alij cum aliis telis expediti, atque ad cędẽ parati expectabant: quẽ tamen vbi ita dimissum, humilémque conspexerunt; omnes venia dignum

gnum censuerunt. Et qui neque armis, neque viribus, neque authoritate inimici (qui dux militaris esset, ciuísque primarius) hactenus vinci, flectíque potuerant: eiusdem mansuetudine tandẽ expugnati, omnem offensionem deposuerunt, iniuriásque condonarunt.

Hęc omnia scribenda idcirco duxi, vt cùm vniuersa Societas Christo Opt Max. gratias agat, laudésque persoluat: tum singuli separatim maximo Dei beneficio se ad hanc religiosæ vitæ rationem vocatos, adductósq; intelligant. Quæ de rebus Indicis ad me perferuntur, videntur, vt suprà dixi, similitudine quadam ad vetera illa Christianæ religionis primordia mentem, cogitationémq; traducere. Vtinam ea mihi per negocia liceret literis mandare, quæ video, atque audio. Neque enim dubito, quin charissimis fratribus ad virtutem satis alioquin per se incitatis calcaria essent (vt dicitur) admotura.

Equidem quod ad me attinet, nequeo verbis explicare, quãta sim pro Christo extrema quæque subeundi, perpetiẽdiq; cupiditate incensus, posteaquã mihi renunciatũ est de gloriosa nece, martyrióq; nostri socij, & sacerdotis Antonij Criminalis. Confido certè mihi quoque Deum aliquando id munus communicaturum, id quod ex nostra Societate hominibus expetentibus, atque efflagitantibus dare iam cœpit. Illud vos charissimi fratres, admoneo, vt mutuo vos amore cõplectamini, & cæteros omnes pariter, æqualitérque diligatis, Etenim Deus sæpè illis suæ beneficen-

In historiâ Ecclesiast. sæpe refertur Christianos cateruatim ad martyrij locũ cucurrisse.

neficentiæ vti ſolet adminiſtris, quorũ ab hominibus opera minoris ducitur, et miniſteriũ vilius æſtimatur. Quæſo itẽ à vobis, vt ignorantias meas nõ memineritis, ſed pro mea in omnes vos beneuolẽtia, me, vt feciſtis hactenus, ametis. Obedientiæ amor ad has me literas ſcribẽdas inuitũ, non dicam repugnãtem, impulit. Qua tamen in re (haud enim ex parte meo ſum perfunctus officio) non nobis Domine nõ nobis, ſed nomini tuo da gloriã:

Quid adſcribendũ fratribus ſuis impulerit.

Deus Opt. Max. qui Societatem hanc per tot diſcrimina rerum primùm coegit, cõſtituítq;, & in tot deinde partes orbis, regionéſq; diuiſit, atq; diſperſit, vt nunquã (quę mea eſt opinio) nos mutuò viſuri ſimus, idem nos omnes velut membra capiti Ieſu Chriſto Domino noſtro inuicto, & immortali in altera vita æterno æuo coniungat, vbi videbimus, quanta fecit animæ noſtræ. Amem Omnes Patres, Fratréſque chariſsimi orate pro me miſero, profugóque peccatore.

Cum hac epiſtola Nouum Teſtamentum, Hiſtoricis exornatum picturis, & Georgicis ſcriptũ literis ad vos trãſmitto. Georgi Chriſtiani ſunt in Perſide incolẽtes, & magni Catheaniæ ſtipendiarij. Curate quęſo, vt pro eo, à quo librum accepi, & pro me, qui maximè diuina ope indigeo, Miſſę ſacrificiũ quinquagies fiat.

Georgij qui dicantur.

Ormutij, quarto Idus Decemb. Anno à partu Virginis Quadrageſimonono ſupra ſeſquimilleſimum.

ALIA

¶ ALIA EPISTOLA EIVSDEM M. Gaſpari ex Societate Ieſu Præsbyteri è ſinu Perſico in Luſitaniam data.

Agit de diſputatione cum Doctore Mauro ſuſcepta, cuius victoria cum gentilium cõuerſione pręſtigiis aſſcribitur, de magni Iogui, Regis, & aliorũ cõuerſione & religione admiranda, feruore, Chriſtianorũ perfectione, & mira Mauros compeſcendi, eorúmq; phana occupandi ratione, de Rege Perſarum, Ammonitis etc.

Gratia & pax Domini noſtri Ieſu Chriſti ſit ſemper vobiſcum. Amen.

IN hoc ſinu Perſico, tãquam in liberis cuſtodiis, maneo, iuſſu patris & Magiſtri Frãciſci, qui mihi obedientiæ ví ac virtute præcepit, ne excederem terminos Ormutini regni: quod regnum, vt ſuperiori anno advos planius, & vberius ſcripſi, inter Arabiam foelicem, ac Perſidem eſt ſitum. Ago, verſorq; cum Perſis, Mauris, Turcis, Arabibus, Abiſsinis, Ethnicis, iiſque Iudęis qui Babylone poſt

Ormutijſ tus.

Abiſſui pa rẽt Preto iano, ſciſ=

matici sũt olim a Dioscoro seducti.

priorem captiuitatem remanserunt. Ea vrbs Bagueda nunc ab his gentibus appellatur, suámq; ditionẽ ad huius vsque regni fines extẽdit, & natiões multas, ac varias sibi habet subiectas. Qua de causa hanc insulam terræ vmbilicum putant incolæ. Hîc Iudæos complures ex Hispania Tarraconensi, ac Lusitania pulsos, & ad auitam impietatẽ lapsos offendi: Quorum alij resipiscunt, alij pertinacius in in suo errore persistunt. Cum his, & cum

Babilonia Iudęi plurimi.

Saracẽi.

Sarracenis quotidianas soleo disputationum conflictationes inire. Illorum nuper in Syon montem infinita propè multitudo conuenit, & triennium iam Messiam expectant: quotidie suam pertinaciam, & obstinationem fatentur: nihilo tamen magis ab ea mẽtis cæcitate prę innata ipsis pertinacia recedunt.

Illud modò præstare ipsis est satis: vt Rabinos suos vndique cogant, per quos paradoxa sua, aut verius adoxa, de quibus frequentes instituuntur disputationes, mihi persuadeãt, probéntque. Sed Christus pro me respondet, aut vires ne deficiam subministrat: quia corrupti, & abominabiles facti sunt in studiis suis: idcirco longum esset, quę cum iis acta sunt, enarrare: eo tamen res spectare videtur, vt breui eos Christi religionem accepturos spe rem. Quamobrem cùm & ipsi proximi nostri sint, déque ipsis etiam nobis mandata sit cura: Christianis hominibus dignum feceritis, si etiam illos in aliquam orationum vestrarum partem admiseritis.

Vtor

Vtor & multorum Armeniorum consue-
tudine, qui licet Christianam profiteantur fi-
dem: attamen aliquid Mauricæ superstitionis
admiscẽt: quamuis eam victus parsimoniam,
ac seueritatem retinent, quam sancti illi Pa-
tres Armeniæ Anachoretæ quondam coluê-
re. Tam ipsos, quàm Russios, Polonos, Vnga
ros, Ianizaros, Genuenses, Græcos, aliósque
Christianæ fidei desertores ad Orthodoxam
religionem reuocare contendo. Vtinam so-
ciorum nostrorum, qui Conimbricæ sunt, ar-
dor animi sese prodere hîc posset, quò Chri-
sti cultus magis, magísque propagaretur.
Equidem talium operariorum paucitatem,
atque penuriam continenter deploro. Quid
isthic charissimi fratres agitis, vbi homines
quotquot sunt, Christiani nomine censentur
omnes? hîc verò ne studium quidem, aut co-
gitatio capessendæ Christianæ religionis ap-
paret: atque operariorum defectu copiosissi-
ma messis perit æternum. Sed de his satis. Ve
nio nunc ad ea, quæ Deus Opt. Max. post
priores ad vos literas à me scriptas, pluriima,
maximáque in his oris per societatem no-
stram gesit. Igitur Mauri cùm me ad disputa-
tionem de perfectiori lege ac religione, suáne
præferenda esset, an nostra, prouocassent, cõ-
stituerunt, vt cum quodam Philosopho
Medicinæ, atque Astrologiæ peritissimo in
præaltum montem aquis, & herbis caren-
tem secederem, ea conditione, vt à nullo
prorsus mortali ũ inuiseremur: & qui ine-
diam, atque ieiunium diutius toleraſſet: eius

Armeni parce admodũ victitãt etiã hodie.

Multarũ Gentium Apostatæ a fide.

Contentio cũ Docto re Mauro

lex,& religio potior, ac ſanctior haberetur. Iis ego nihil opus eſſe miraculis, neque Deũ, cùm nulla neceſsitas cogeret, tentandum reſpondi: eò quòd argumentis, ac rationibus res tranſigi melius poſſet, ſin minus, tum demũ id fieret, quod ipſi decreuiſſent. Verum Machometanæ legis fuco diffiſi, conſilium à me propoſitum, conditionémque accipere non ſunt auſi. Chriſtus nihilominus, qui ſuis ſempèr præſto eſt, vi ab illis extorſit, quòd ſpõtè facere recuſârant. Huius enim Doctoris vxor, honeſtiſsima, nobiliſsimáque fœmina ex genere Zaidi Mahometis propinqui, cognita inſcitia, timoréque viri, qui Mahometanam legem tueri, ac defendere non auſus eſſet: ſtatuit vnà cum filia ad Chriſti religionem tranſire. Intempeſta igitur nocte me adeuntes à Spiritu ſancto inſtinctæ, ac ductæ, ſacrum Baptiſma popoſcerunt: quas, ne â Mauris valde ob eam rem iratis, atque infenſis caperentur, & abducerentur, ſtudioſè cuſtodiendas, aſſeruandáſque ſuſcepi.

Non eſt tentandus Deus.

Doctoris Mauri vxor, & filia conuertuntur.

Cùm igitur poſt traditam ipſis catecheſin Baptiſmatis Sacramento noſtræ initiandæ eſſent religioni, viro, vt eas inuiſeret, petenti, diſputationem de religione, ac ritibus detuli, & indixi, ſicut mihi denunciare ipſi conſueuerant, eámque diſputationem præferentibus vxore, ac filia futuram oſtendi ea lege, vt ſi me viciſſent, & Mahomethanam religionem Chriſtianæ præſtare docuiſſent: ego Mauricis ſacris initiarer, & vxorem illi ſuam, & filiam redderem: ſin ſecus, tum ipſe

Diſputatio cum Maurocertis legibus inſtituitur.

ipſe cum iis ſimul ſacro fonte Baptiſmatis ablueretur. Ex ſuorum conſilio diſputationẽ accepit inſtituendam coram proepiſcopo huius vrbis, publicoq; libellione, qui vtriuſq; dicta exciperet, ne quod antè conceſſum fuiſſet, negaretur, Garſia Penneo interprete : qui apud Regem Ormutij id muneris obibat, homine ad id negocij aptiſsimo, & planè conſiderato, cùm in multis diſputationibus ſuum officium accuratè, ac fideliter præſtitiſſet, Latinarum literarum haud ſanè ignarus. Maurus diſputando, vanam, & falſam ſuam religionem, eámq; defendere, obſtinatæ pertinaciæ eſſe profitebatur. Sanctiſsimam item Trinitatem, Patrem, Filium, & Spiritum ſanctũ tres hypoſtaſes, & vnum Deum conceſsit. Erat optimus, & experientiſsimus Philoſophus, propterea quòd ipſi quoque Ariſtotelis libros ſtudiosè legunt, & multas cùm aliorum Sophiſtarum, tum Peripateticorum ſententias probant, atque defendunt. Demũ homini dixi, iis datis haud multa illi deeſſe, vt Chriſtianus foret. Quod in diſputatione intelligens, & acceptã cõditionẽ ſecũ reputãs perturbatus eſt admodũ, voluitque alios libros in poſterum diem proferre, vt diſputationẽ proſequeretur. Cùm igitur per eam cauſam diſceſsiſſet: nuſquam poſtea in ciuitate comparuit, relicta vxore, & filia. Renũciatum eſt mihi, illum cùm ad Regulum quendam in Perſidem contendiſſet, grauiter fuiſſe reprehenſum, quòd mecum diſceptaſſet, audîſſeq; ab eodem maximum me eſſe præſtigiatorẽ, atque

Garſia Pẽneus.

Vincitur Maurus.

Ariſtotelẽ etiam hodie legunt Mauri.

Victoria de Mauro præstigijs tribuitur, vt & in primitiua ecclesia sæpe factum est.

atque veneficum: inde in regno Larę excep-
tum magno in precio, atque honore haberi
cognoui. Hoc animaduerso, Mauri animos
mœsti ac tristes abiicere, meúmque conspe-
ctum fugere: nos Christiani contrà læti, atq;
alacres magna celebritate, & apparatu, musi
cisque instrumentis mulieres Christianis sa-
cris initiauimus, & quia Regio erant ortæ ge
nere, prænomine Dominæ (vt assolet) eas ho
nestauimus. Initiatam verò vtramque ac-
cepta dote septingenis nummis aureis in ma-
trimonium Lusitanis viris probis collocaui-
mus. Posthæc fracti, & debilitati Mauri, quòd
doctorem, quem cuiuis Cacigiorum facile an-
teponebant, tam turpiter victum fugisse vi-
derant, plures Christi cultrum recipere indies
cœpêre, & quod prius vitio, & dedecori ver-
tebant, id nunc laudi, & gloriæ ducunt. Alij
occursum meum diligenter cauent, méque
prætereunte, & campanulam, qua ad Christia
nas cohortationes, institutionésque conuo-
care populares soleo, vicatim pulsante, au-
res obturant, ne si sonitum audiant, fortè mo
ueantur, & ad Christi fidem traducãtur, quo-
niam me non in verbis modò, ac veste, ve-
rùm etiam in campanula habere præstigias
dictitant. Christianorum studium, atque ar-
dor quotidie magis accenditur. Mauri per vr
bem totos dies institutiones Christianas de-
cantant. Tanto autem amore religionis fla-
grabãt hominũ animi, vt & Christiani per vi
cos Maurorũ deni, ac viceni terga loris ver-
berãdo transirẽt, & supplicationes cum Lita-
niis

Campanæ inesse vim pertrahẽ: diad fidem arbitrantur.

Admirandi

niis tota vrbe agerẽtur,& Christianæ doctri-
næ capita à pueris canerẽtur. Mauri cùm hæc
intuerentur: alij quidem ne ad Christum in-
clinarentur metuentes, alij verò tuendæ, atq;
amplificandæ sectæ cupidi, supplicationes &
ipsi decreuerunt, atq; instituerunt: in quibus
clarè ab omnibus concineretur: Deus vnus
est, vnus est Deus. Vsque eò autem illorum
studium, æmulatióque processit, vt saxis in
nos aliquando irruerint, & facta lapidatione
loco depulerint: sed cùm in campum confu-
gissemus, victoriam Christo duce, haud secus
quàm olim ætate D. Ioannis Chrysostomi A-
rianos Catholici superârunt, retulimus. Cùm
hîc ardor, contentióque animorum obtine-
ret: nullus dies intermittebatur, quin modò
cum Mauris, modò cum Ethnicis, Iudæísque
disputaretur.

*dus nouo-
rum Chri-
stianorũ
feruor.*

*Mauri imi-
tãtur Chri-
stianos.*

Atque ita Dominus noster insignem Io-
guum, hoc est, Ethnicum Heremitam sum-
mæ parsimoniæ, ieiuniorúmq; cultorem ad
veram religionem traduxit. Is in perpetua
castimonia, & paupertate viuebat, déq; nulla
re alia, quàm de morte cõcionabatur, aut ver-
ba faciebat. Cœnobium sibi in monte vrbi
proximo exædificauerat, vbi cum aliis Ioguis
degebat, quorum vnus nõ ita pridem ad A-
rabiæ montes profectus, in specum, in qua vi-
tã per voluntarias corporis vexationes trãs-
igeret, sese abdidit: vbi tamẽ nequaquẽ postea
neque alibi vsquã omnino inuentus est. Vir
erat eximia virtute, ac probitate. Hoc genus
hominũ cinere semper aspersum cõspicitur.

*Heremi-
tæ gentis
lis ad fidẽ
conuersio*

In

Ioguꝰ charitate sevictum fatetur.

In postrema autem disputatione de castitate Ioguus amore, & charitate se à me victum, deuinctúmq; , & suum animum ac voluntatem mihi iam penitus obligatam,& obnoxiam esse professus est . Tunc triginta dies ad deliberandum postulanti suasi, vt quina tergo verbera quotidie pro Christo infligeret,à quo diuinam lucem,& veræ religionis cognitionem efflagitaret.Paret homo consilio extemplò,& quadam nocte, dum Dei virtutes animo contemplaretur (quæ contemplatio, sicuti etiam mortis meditatio , permultis est Ioguis familiaris,& penè quotidiana)vocem audit quasi monentis,& increpantis: quid agis?quid cessas?suscipe quam mõstro religionem:hæc etenim vera est & perfecta , Christiana videlicet.Secundum vocem multa,eáque pulcherrima templorum ornamenta,sacráslq;,ac Pontificias vestes,qualia festo,& solenni die promi,exponiq; consueuerunt,conspicatur.Postridie Rege Ormutij ad se salutandi,visendíq;causa veniente delitescẽs prodire in conspectum nolebat . Vbi Rex abiit, celeriter me conuenit, & cùm quæ acciderãt, retulisset,salutares,ac vitales aquas poposcit. Lotus est honorificè , & cum summa Christianorum lętitia,mœrentibus,& lugentibus Ethnicis,qui Ioguum ita colebant,atque venerabantur,vt religionis gratia aquam biberent, qua ille pedes lauisset , quos etiam religiosè osculabantur.Cùm sacra lotione perasta hominem ad cœnobium reduceremus, per vicos Maurorum trãsiuimus prælata in-

Gentiles mortẽ meditantur, quotidie.

Deus beremitam monet vt fidẽ suscipiat.

Baptizatur Ioguꝰ magnoethnicorũ merore.

Gentiles magna veneratione aquã bibẽt

genti

genti cruce, quæ in Iogui cœnobio defigere-
tur. Ea res Mauros, apud quos illius authori-
tas, existimatióque multò maxima semper
fuisset, admiratione inopinatę mutationis at-
tonitos consternauit. Tum idolis deturbatis,
& comminutis, templum Christo Opt. Max.
dedicauimus. Diuersatus sum in cœnobio,
quod quidem rogatu populi in vsum nostræ
Societatis, collegiíque deducendi conuerti.
Neque profectò in vlla omnino Indiæ parte
magis quàm hîc, collegium id necessarium
mihi videtur. In his ædibus semper viginti so
cij scholastici, & totidem præterea partim sa-
cerdotes, partim domestici ministri habitare
commodè possent. Situs est totius Insulæ o-
ptimus, & pulcherrimus. Pecunia in eam rem
grandis conferebatur, cùm alius centum, ali-
us mille, aliús quatuor millia nummûm au-
reorum piè, & libenter erogaret. Neq; defue-
runt, qui omnes suas fortunas ad constitutio-
nem, vsúmque collegij elargirentur: id quod
ex epistola, cuius exemplum viro probo in
Lusitaniam proficiscenti ad vos dedi, planius
cognosci potest. Sed Emanuel Lima Ormu-
tinæ arcis Præfectus nos ab alio, quàm à se
accipere pecuniam noluit, quippe qui suis
impensis perfici hoc opus optabat, quod vti-
lissimum fore speraret, propterea quòd in
hanc insulam: vt suprà significauimus, Persæ,
Arabes, Abissini, Turcę, Christiani, atque vt
semel dicam, ex tota Asia, Africa item, & Eu
ropę bona parte mortales cõfluunt innume-
rabiles. Sed &(cùm Spiritus sancti instinctus

bãt quo Io gu⁹ hic pe des lauce rat.

Heremitæ cenobiũ in collegium societatis vertitur.

Liberalitas homi num ad ere ctionem collegij so ciet.

Præfecti memorabilis liberalitas.

Admirãdus ex omnib⁹ mũdi partib. ad hãc insulam cõfluxus.

dilas

dilationem non patiatur,& hominum alio-
qui voluntas instigante hoste humani gene-
ris,facilè immutetur)consultissimum esse vi-
detur, ea quæ diu animo pertractata sunt, &
definita,maturè aliquãdo perficere. Vtar itaq;
facultate mihi à M. Francisco permissa in So-
cietatem aliquos adscribendi, atq; isthuc nõ-
nullos mittendi. Illud etiam interea cogita-
bam si meum consilium Patri Antonio Go-
mezio,aut cuicunq; alij prouinciam eius ge-
renti minus fortè probaretur: tum hoc ædi-
ficium vsui futurum Patribus, ac sociis, qui
in meum locum succedent, vbi primùm ego
in Chinam discessero. Hanc ob causam coe-
ptum opus maturandum curaui, & ipsum
Gomezium scriptis in Indiam literis certio-
rem feci de templi dedicatione,nouique Col
legij ratione,déque iis quæ in hac Insula Spi-
ritus sanctus ad hominum salutem egerit, a-
gátque quotidie,& acturus, & quidem ma-
iora, in cuncta Maurorum natione creda-
tur. Insuper,& quãtoperè aliquot sociorum,
patrúmque auxilio egeamus, declaraui, qui
tantæ horum infidelium multitudini subue-
nirent, postquam ex India nullam opem af-
ferre socij possunt:propterea quòd idonea ad
nauigandum tempestas octauo demum mẽ-
se duntaxat accidere consueuit. Qua de causa
magnum sanè detrimentum res Ecclesiastica
pateretur, vt non temerè Magister Francis-
cus mihi præceperit, ne hinc ego antè dece-
derem, quàm alter quispiam mitteretur suc-
cessor.

Bona voluntas est hæreditas

Templi dedicatio.

Gomezius

Gomezius autẽ Episcopo Goano, cui nostra est sodalitas commendata, ita videri respondit: vt tota instituti operis ratio ad sociorum ex Lusitania aduentum intermitteret, tum me in Chinam nauigaturum: citius enim alium veteranum socium, qui in meum locum fuffici possit, aduenturum neminem. Laudetur Christus, cui sic visum est, vt quod in Lusitania abundat, atque effluit, id nobis hic vel maximè indigentibus desit. Itaque incepto destiti, quoad vsque aliud diuinitus statuatur. Succurrite, succurrite nobis laborantibus charissimi socij, quid cessatis? hic, hic cœlestis voluptatis, & diuini solatij suauitate illa domi, foríisque passim affluimus, quam isthic sentire, ac percipere intra cubiculorum parietes nõ potestis. Si parum literati estis, hic summum, & præstantissimũ Doctorem habemus Spiritum sanctum. Is continenter docet, cuius doctrina in animo celerius, altiúsq; imprimitur, q̃ ab ijs magistris, & professoribus traditur qui principem locum, auctoritatémque in Conimbricensi Academia tenẽt, multúmque temporis, atque operæ in huiusmodi rebus ferè collocant, quæ hic nulli omnino sunt vsui.

Veterani & rerũ periti Ecclesijs præficiendi.

Apud Gentes Spiritus sanctꝰ docet secũdum illud: ero in ore vestro.

Præfectus cognita Ecclesiasticorum Magistrorũ in his locis, vbi maximè desiderãtur, penuria; decreuit, vt militibus qui Christo in nostra societate, ac contubernio nomẽ dederunt, iis perinde stipendia soluerentur, acsi Regi, vt antea mererent. Ad hæc, magna est vsus beneficẽtia, & liberalitate erga nostram domum

Milites societatem professi stipendijs regijs non priuãtur.

Collegium templũq; optime instructum.

domum, quam instructam relinquam rebus omnibus necessarijs,& mille nummis aureis, ac varij generis suppellectili ad collegiũ pertinente,templiq; vniuersis ornamentis, altarium videlicet sericis, & aureis stragulis, calice ex auro pulcherrimè facto, tribus sacratis(quæ vocant) plumalibus, & linteis cunicis, & vmbellis, quæ omnia sex millibus nummum aureorum æstimantur : librorum quoque ingens numerus Collegio seruatur. Vniuersus populus nostri est admodum studiosus. Qui nostram in Societatem recipi vellent,tam multi sunt,vt equidẽ tantam,& tam præclaram in hac ciuitate de nobis opinionem, atq; existimationem demirer. Sex modò admissi, omnes præter vnum, latinis literis eruditos: quidam etiã illas profitentur,& docent non domesticos tantũ nostros,sed alienos etiam, & externos. Vt eos innumerum sociorum asscriberem, diuinus spero spiritus persuasit. Nam vnus illorum secundum concionem repentè in medio foro inspectante multitudine, vestes, quibus erat amictus,exuit,& religione incensus, egenti, ac mendico dedit. Nudus ipse abiens iuxta præaltam crucem somnum capiebat:pauperes quotidie inuisebat,aliquando cùm me adijsset,mentem sibi diuinitus illustratam docebat,dum se,vt ad Persas mitterem contendebat.Siquidem pro Christi religione vitam profundere meo imperio, iussuq; , vt ipsum Christum imitaretur,optabat. Hunc imperitum vulgus,& homines non ita pij in stulto-

Indi latinã discunt linguam.

Admiranda cuiusdã cõuersio.

rum &

rum,& insanorum numero, locóque duce-
bant: ego verò virum sapientissimum, atque
optimum suo merito iudicaui.

Alius quidam cùm de Christi cruce con- *Alteri⁹ in*
cionem audîsset: confestim se ad pedes con- *signis ad*
cionatoris flens abiecit, & per Deum obse- *Christum*
crare, obtestaríque cœpit: vt in nostruni so- *conuersio.*
dalitium receptus, reliquum vitæ suæ tempus
nobiscum agere possit, vel etiam in Persas *Maschatę*
extẽplò amandari, vbi pro Christi cultu mar- *situs.*
tyrij coronam cõsequeretur. Tertius cùm in
foro inter ludendũ superis malediceret: ob-
iurgatus, per Christum orauit, ne sibi deesse-
mus, cùm ipse quoque se nobiscum & viue-
re, & mori velle constanter profiteretur. Re-
liqui eadem ferè causa, & ratione nostris ad-
iuncti sunt: qui quidem omnes etiamsi à So-
cietate nostra reiecti fuissent: nihilo tamen
secius, se nobiscum acturos, commorituróſq;
firmissimè asseuerabant. Alius item ex Ma- *Martyrij*
schata (quod oppidum maritimum est Ara- *desideriũ.*
biæ fœlicis) ad me scripsit, sibi esse in optatis,
mecum pro Christi religione craticulæ im-
positum succensis ignibus torreri, & quas ad
manum habebat pecunias, hoc est, ad mille
aureos nummos, reliquáſq; omnes fortunas
haud sanè tenues distribuendi, erogandíue po
testatem mihi summam deferre: quemadmo-
dum ex literis vltrò, citroq; scriptis intellige-
tis. Vtrarũq; enim exemplũ ad vos cum hac
epistola mitto. Hoc eodẽ animo, & volũtate
sunt plures duodecim, & quidẽ magnę exisți- *Multi di-*
mationis homines pręter cęteros nõ paucos, *uenditis o*
mnib⁹ Chri-

qui noſtrum inſtitutum ambiunt, Mihi verò certum eſt, neminem admittere, quoad vſq; res Collegij conſtituta, perfectáque ſit. Hos porrò qui mecum ſunt, in Chinam ducere cogito, ſi per Antonium Gomezium licebit. Neque enim mihi reiiciendi videntur, qui vitam diuinæ volũtati addictã mecũ traducere volunt. Et quanuis in ſociorum albo nõ ſint: erunt tamen nobis nihilominus vtiles adiutores, ſicut egregia ipſorũ virtus pollicetur.

Societatis viuẽdi ratio in India.

Hæc ferè eſt, quam quotidie ſeruamus, viuendi ratio. Hora ante lucem ſignũ meditationis datur ab eo, qui de ſomno excitandorum ſociorum & luminis ſingulis inferendi munus habet: poſt meditationem nos ad ſacrum, quod facere quotidie ſoleo, paramus: quo peracto, campana ad lectionem vocamur, quæ ad horam ante meridiem producitur. Tum prandemus: à prãdio in ſuum quiſque cubiculum ſe recipit, ſuíque à ſeipſo (vt fit in noſtra ſocietate) rationem repoſcit: poſtea ſe ad pomeridianam lectionem accingit, in qua vſq; ad viceſimamtertiam horam verſamur: deinde cœnamus: cœnati ad Litanias accedimus. Tunc rurſus meditatio, ac noſtrimet cognitio, iudiciúmq;, quod conſcientiæ nominamus examen, vna hora exercetur, dein ad quietem itur. Diebus Veneris voluntariæ verberationes pro fœlici Eccleſiæ ſtatu catholicæ fiunt, Litaniæ item pro ſocietate, benéque de illa meritis recitantur. Dominicis, aliiſque feſtis diebus veſpertina hora in ſalutaribus, piis, & religioſis ſermonibus vtiliter,

liter,iucũdéq; cõſumitur, dũ ſcilicet de cacodæmonis inſidiis, ac gratuita malitia, déque diuinis ſolatiis vltrò citróque diſſeritur,veterum Anachoretarum more, quẽ noſtri quoque Conimbricenſes ſocij retinent, ſe ipſi vincere,& demittere cartatim ſtudent, dum alij ſtipem oſtiatim per vrbem,vel in publico valetudinario, vel à Mauris emendicant; alij ad barbaros concionantur, alij domi infima,viliſsimáque miniſteria obeunt.

Ratio vincendi ſeipſum.

Magnum & mirificum denique ſtudium, ardoremq; animi(Chriſto gloria)in ſociis animaduerto:quibus quidem moribus,ac virtutum exemplis alios mortales multum & mouent,& iuuant.Neque verò minori Chriſtianæ crucis,ac glorioſæ necis cupiditate,amoréque flagrant;quippè cùm Arabes quidam, alij Perſas cogitent, & efflagitent , nonnulli vſque ad noſtras fores Maurorum impetu,& lapidatione premantur.Sed quid nos ſeparabit à charitate Chriſti?nihil ſanè. Equidem nulla re alia magis vitam hanc ſuſtentari ſentio, quàm Chriſtianæ tolerantiæ, atque Euangelicæ virtutis deſiderio,cultúq;, & ea voluptate,quæ ex optata ſemper pro Chriſto morte percipitur.Sed de his hactenus:Orate pro nobis.

Ingẽs quẽ rundã amplificandę fidei Chriſtianæ deſiderium.

Non dubito me,cùm hinc decedam,cõplures profectionis comites, & pij laboris, crucíſq; ſocios habiturũ. Eſt hîc quidam etiã ſenex, vir honeſtus,& prob⁹, qui ab eo die,quo primum apud me per ſacram confeſsionẽ ſeſe expiauit, nunquã à meo latere diſcedere vo-

luit relictisq; vxore, ac liberis, totos dies apud nos in aliqua domestica occupatione transmittit. Negat se alibi vsquam nisi in nostro collegio, atq; inter nos, quieto animo esse. Vt ad Mauros redeam: hi tanta Christianorum alacritate, atq; ardore animaduerso, mirũ in modum mutati sunt. Rex certè Ormutij mi hi aliquãdo ex cõcione, quã in templo habebam, subitò accersito, egregiũ suum studium suscipiẽdæ Christianæ religionis aperuit: sed cùm timeret, ne regni Primores offenderentur, decretum est, vt quasi aliud acturus cõuocatis regni primoribus, ita coram Rege disputatio institueretur, vt ne vel tenuis oboriretur illis suspicio, propter se esse cõparatã. Hac enim ratione me Mauricæ religionis vanitatem demonstraturum sperabam, idque assecuturum, vt ne illi iniquo animo ferrent, si Christi cultum Rex accepisset. Interea Mauro-

Rex Mauri cũ 1500 christo initiari constituit.

rorũ generis multitudo supra duo millia quingentos, Christi sacris eodem die, quo Rex initiari constituerunt. Quin & multi ex Principibus viris iã sibi nostratia nomina, initialésque parentes, quos patrinos vulgò vocamus, elegerant: at vero cacodæmon, qui semper Christianas partes oppugnat, rumores graues subitò disseminauit, Regem videlicet Christiani religione imbutum, qua de causa quod ego & Rex statueramus, ad effectum perduci nequiuit. Imò (quod lugendum sit) cùm Regem nullis blanditiis possent perditi homines de proposito, susceptóq; consilio dimouere: per quosdã eum Cacigios doctos viros ad

Maho

Mahometanã ſuperſtitionem traducere ſunt aggreſsi, vt à Chriſti fide animũ, & cogitatiõnẽ auerteret, ſententiámq; mutaret. Quos tamẽ Rex extemplò lapidibus pelli, atq; ex Regni finibus exterminari, eiiciq; in perpetuum exilium iuſsit. Neq; verò eã animi magnitudinẽ, atq; cõſtantiam in pœnis, ſuppliciiſq; pro ſuo Mahometo ſuſtinendis præſtiterunt, quã ſanctiſsimi, fortiſsimiq; Chriſti martyres in tormentis, & cruciatibus retinuerũt. Ad extremum quinq; ex primoribus (Deo ita propter mea delicta permittente) tantum minis effecerunt, vt Rex amittendi regni metu ab ea ſententia, inſtitutóque deterritus, promiſſis neutiquam ſtaret. Quare Maurorum etiam maior pars in veteri ſuo errore, ac ſuperſtitione permanſit. Quantum ex ea re doloris ceperim, cùm tantam mihi è manibus ereptã prædam conſpicerem, vobis æſtimandum relinquo. Equidem plurimas effudi lachrymas, tacita conuictus conſcientia peccatorum, quibus iratus Deus impiorum conatibus obuiam non iuit. Tum Mauri ne ad Regem mihi pateret acceſſus, cuſtodes appoſuerunt: eò quòd ſibi perſuaſum haberent, me inſignem eſſe præſtigiatorem, ac Regem meis præſtigiis, fallaciiſque fuiſſe tentatum, atque circumuentum. Ad Perſarum inſuper Regem literas multis, & grauibus quærimoniis plenas dederunt, quibus eum in noſtram perniciem inflammarent.

Hanc inconſtãtiæ notã poſtmodum egregie eluit.

Vtinã his armis nos modo fre-

Ego autem ſolennes ſupplicationes per mediam vrbem, vicóſque Maurorum faciendas cu-

quenter munires mus.

das curaui, in quibus præter frequentem multitudinem, procedebant etiam vnà circiter quinquaginta homines, qui terga sibi verberarent: vt his pietatis signis, & officiis permotus Deus quid facto opus esset, ne qua de nostra fide, ac religione in his oris fieret diminutio, significaret. Mauri superbè admodum statuebant se non esse passuros, vt ex sua natione quispiam sacro fonte abluereturr. Adhæc eorum aliqui meum fugiebant conspectum, alij data pecunia id agebant, vt nos aliqua saltem iniuria, contumeliáque afficeremur, clamorémq; tollebant ex Fano, quod in monte positum nostro imminet collegio, cui bono Iesu nomen est inditum. Importunis illorum vociferationibus ego commotus, cùm in apertam arenam, atque certamen (sicut quondam contra Goliatem Dauidi superbissimam Philistæi arrogantiam diutius non ferenti contigisse accepimus) mihi prodeũdum viderem: feci hoc, vt noctu post concionem de Christi Domini supplicio, ac nece habitam, crux ingens à duobus viris in supplicationibus per mediam vrbem præferretur, & vbi ad montis verticem esset peruenientum, tum Fanum illud prophanum, in quo Christi crucem barbari deridebant, conuitiisque insectabantur, ingressi, in præcelso eam, atque edito loco defigeremus. Magnum terrorem Mauris crucis aspectus incussit, cùm Fanũ captum, occupatúmq; à nobis viderent. Simulac verò illuxit, ad multa millia conuenerunt, maxima voce Mahometem appellan-

Inauditũ pugnæ genus cum Mauris.

Ferũt aerẽ a Deo horribilifacie immutatũ Mauriscũ cruce fuisse terrori

appellantes,& cur tantam iniuriam à Francis (ſic enim Chriſtianos vocant)illatam nõ vlciſceretur,inclamitãtes.Statim porrò quęcũque in agri planitie habebant Fana reliquerunt,& inter cętera vnum valde amplum,atque magnificum, quæ Gilalabata dicébatur, vbi Mahometanis ſacris quotannis operabãtur, cùm ſe ipſi cultris, atq; nouaculis religionis cauſa conſauciarent,& Mahometana illa dogmata deteſtãda,legéſq; impuriſſimas prędicarent,& quidem flentes, vti nos Chriſti mortem commemorare,lugeréque cõſueuimus.Gratias agamus oportet Deo Opt. Maximo,qui hoc Fano impiæ ſuperſtitionis erepto,Maurorum audaciam,ſuperbiámque cõpreſsit.Id Fanum cacodæmone cum Mahomete expulſo,Deiparæ Virgini, cui à penna cognomen acceſsit,dedicauimus, quo ad vacandum contemplationi nihil excogitari poteſt aptius,elegantiúſue. Ibi Heremitam virum bonum,& antiquę frugalitatis,ſeueritatíſque,& diſciplinæ cultorem collocaui.

Mauri ſacerdotes ſe nouaculis ſauciant.

Celebre fanũ Maurorum B. virgini dicatur.

Mauri vt religionem ſuam noſtræ præſtare oſtenderent,conciones in ciuitate habebant, ſuóque in fano importunè clamabant. Quãrem Chriſtiani moleſtè cùm ferrent,remediúmque à me quærerent,memor illius verbi Chriſti(compelle eos intrare)Regiconfeſtim renunciari mandaui,vt quoniam promiſſum non feciſſet,eos ſaltem in fano Maurorũ clamores prohiberet,idq; ob tres potiſsimũ cauſas:primũ quia oppidũ noſtrũ eſſet:deinde q; nobis iniuria,atq; incommodũ inferretur:&

demum, quia multa in regni perniciem clam ex eo loco Maurorum proditione cum Turcis cõmunicarentur. Quocirca postulabam vt Barbari eiusmodi vociferationibus tantisper abstinerent, ediceret, dũ nostris literis ea de re Lusitanorũ Rex certior factus respõderet: tũ nos quod ille imperaret, sine vlla cũctatione facturos. Neq; verò à me quicquã omnino aliud agebatur, nisi vt eorũ animi erigerentur, atque confirmarentur, qui ad Christiana religionem transibant, transituríue erãt deinceps. Cúmq; ea ratione Mahometanæ superstitiones legésq; fraudulentæ paulatim exoleuissent, ac sempiterna essent obliuione deletæ: facilius, & citius homines barbari mitescebant, & ad Christi cultum traducebãtur. Quod cum Mauri intelligerent: eáq; de causa nostros contemnerent conatus: eis commi-

Inauditis modis Deo suos tuetur.

natus sum, nisi clamare desisterent, me puerorum, quos Christianæ religionis rudimenta præceptáque doceo, collecta manu impetum in illorum delubrum facturum, crucémque in eo sicuti in montis fano præaltã constituturũ. Itaq; nullã morã interposui, quin primo quoq; tẽpore quinq; Cruces parandas, posteróq; die supplicationes agendas curarẽ, in quibus omnes illę cruces, vt Mauris timor iniiceretur, præferrentur. Illud etiam Litanis insertum clara voce à nostris alternãte choro repetabatur, Domine Deus miserere nostri: ita procedendo vsque ad regiam peruentum est. Tanta verò huius spectaculi vis extitit: vt Mauri continuò clamare desierint: maximóq;

maximóq; omnes metu perterriti, in fugam seſe dederint. Hîc accitu Regis euocor, qui mihi Regiam ingreſſo ad primos gradus obuiã honoris cauſa prodiit, & cum Garzia Pẽneo interprete introductum in ſella conſidere ſua inuitum coegit; ibíque ad genua mihi procũbens manum oſculari voluit, & veniam ſuæ inconſtantiæ precatus, quod promiſiſſet, ſe aliquando effecturum addicebat. Tum non modò in Fano, ſed etiam in tota inſula clamari, appellaríue dein Mahometem vetuit, Faniq; que ianuam claudi, atque obſtrui iuſsit. Mihi præterea ad vſum collegij multa, eáque pulcherrima donauit. His cognitis regni Principes aduerſus Regem comparare exercitum ſtatuerunt: cùm ità ſentirent, & dicerent, eo clauſo delubro deſertum iri propediem vrbẽ, quæ impræſentiarum celebrior multò eſſet, & opulentior, quàm vnquam hactenus extitiſſet. Etenim publicum vectigal cùm ſuperiore tempore quadraginta duntaxat millia nummum aureorum conficeret: ad centum iam, & viginti millia peruenisſe, mercatoréſque, ac nauicularios Mecham petere antea ſolitos, nunc Ormutium venire omnes, portoriúmque perſoluere, Xatamaziúmque inferendi belli percupidum, hac rerum nouitate mirificè lætari confirmabant.

Regis inſignis pœnitentia.

Rex in tota inſula Mahometẽ venerari vetat.

Religio opes auget.

Idem fertur de Xoa Perſarum Imperatore, qui pro Deo à ſuis colitur. Aquã ex pelui, vbi ille pedes lauit, religiosè, vt rem ſanctam videlicet & ſalutare morborum omnium me-

Rex Perſarum a ſuis Deus habetur.

nium medicamentum, sublatam reponunt: Dominus qui cœlum, terrámq; fulciat, atque sustineat, appellatur. Sed misericors Deus oc cæcatorum istorum hominum oculos aperiat, vt è superstitionum volutabro ad sanctã, claràmque fidei lucem perueniant, veróque Deo (nõ sordibus omni cloaca fœtidioribus) conficeantur, gloriàmque dent. Quòd autem Regis fauore consequi, vindicaréque Mauri nequiuerunt, id quorundam hominum Christianorum quidem, sed improborum præsidio efficere contenderunt, vt tam insignem maculam Mahometis obstructo Fano, prohibitísq; clamoribus (quibus tota illius gentis religio continetur) velut iniustam eluerent. Id eò impensius conabantur, quòd huius Fani magnificentia, & amplitudo cæterorũ omnium nobilitatem, famámq; superaret: eòq; nunc clauso, in quo religiosius quàm vsquam alibi Mahometes colebatur, maxima nũc post hominum memoriã iniuria, ignominiáque affectus putabatur. Interea nouus arcis præfectus fortè successit: hic à Mauris pro mercede iniquitatis duobus millibus aureorum acceptis, id negotij susçepit, vt Fanum aperiret, ritùmq; clamandi intermissum reuocaret. Ad rem conficiẽdam Mauri perditissimum quẽque Christianorum sibi socium adiunxerunt Hi enim nomine, non moribus Christiani huiusmodi facinus aggredi fortis viri esse arbitrabãtur, sibíque honori, gloríçque ducebant. Verùm Christus cuius nutu, ad iussu delubrũ fuerat à nobis occlusum, suis nõ defuit: cùm

Perfecti, impiorũq; christianorũ & Mahometoiniquitas.

cùm Præfecto cunctationem, & religionem iniecerit,ne quod cogitauerat,me inscio auderet perficere, populi videlicet, quem mei studiosum cognosceret, tumultum, ac seditionem veritus.Cùm verò me ad prandium aliquando inuitasset,Fanique aperiendi consilium cœpisset exponere: subita quadã animi defectione perculsus,atque perterrit⁹,iniquam cogitationem deposuit, mentémque mutauit;adeò vt non modò ad Fanum reserandũ Mauris præsidiũ negaret,sed ad euertẽdũ mihi omnem auctoritatem suam, operámq; deferret.Christiani porro illi,qui Maurorũ causæ seruiebãt,partim interierunt,partim cùm in varias miserias incidissent, ex omnium cõspectu ablati penitus euanuerunt: Deus illis ignoscat, quòd seruierunt potius creaturæ,quàm creatori:orate pro eis.

Terror domini percullit præfecti animum.

Iusta Dei punitio in malos christianos.

In summa quiete, & rerum tranquillitate nunc agimus,cum maioribus indies Christianæ Ecclesiæ incrementis.Populus religione magnoperè feruens,plurimum in voluntarijs verberationibus,ieiuniis, supplicationibus,litaniis,cæterísq; Christianæ pietatis partibus,officiísque versatur. Singulis diebus Veneris de singulis Christi cruciatibus,pœnísque nocte in campo suburbano magna hominũ frequẽtia cõcio habetur:quotidie pueri ad pietatẽ instituũtur:Dominicis autẽ, reliquísq; festis diebus tres à quodam nostræ Societatis conciones habentur,vna mane ad populũ in maximo templo;altera pomeridiano tempore ad seruitia,ad quam audiendam etiam frequens

Feruor nouorũ christianorũ.

Euangelizantiũ diligentia.

quens populus conuenit, tertia in publico valetudinario ad ægros. Sacerdotũ qui in hac vrbe viuunt, animis non parũ ardoris accesſit. Quid multa? videre mihi videor imaginẽ quandam naſcentis Eccleſiæ. Præter cæteros haud paucos, qui quotidie Chriſti cultum recipiunt, ſacro fonti admoui mulierem quandam Xariſis Arabiæ Regis, & Mahometis conſanguinei propinquã, viro nobiliſsimo, & apud Perſas primario, & Xatamazij oratori nuptã. Hic à Sulthano Babylonico Perſarum Rege auxiliũ petiit, qæurens vi eam fuiſſe à nobis idcirco raptã, vt Chriſti religione imbueretur. Quod quidẽ ex literis Henrici Mazedi planius intelligi poteſt, quarum exemplum cum hac epiſtola mitto. Is autem Henricus legatus Regis Luſitaniæ ad Xatamaziũ pacis componendæ cauſa profectus eſt, cùm tamen id nulla neceſsitas poſtularet. Barbari enim ipſi pacẽ quotidie flentes petere vltrò non deſinunt, quòd nimirũ niſi pacatis nobis viuere omnino nõ poſsint. Xatamazius querelis viri huius lectiſsimæ fœminæ auditis, grauiter exarſit, atq; ira furens noſtrum legatũ retinuit, eũq; monuit, vt literis ad Præfectũ Ormutinæ arcis datis, mulierẽ quæ iã Chriſti religionem profeſſa erat, ad ſuos quò priſtinũ religionis cultum reciperet, remittendam curaret: alioquin ſe bellum haud dubiè illaturũ. Qua quidẽ re cognita, cũ ad deliberandũ in conciliũ omnes conueniſſemus, ſententiã rogatus illud apertè, liberéq; reſpondi: Nolite dare ſanctũ canibus, nec tra-

Renaſcẽs Eccleſia. Regis Arabiç et Mahometi cõſanguinea baptizatur.

datis

datis beſtiis animas confitentium Deo. Conſultationis exitus hic fuit, vt ſi opus eſſet, omnes pro ſalute mulieris moreremur. Sed is, qui ſua prouidẽtia, conſilio, nutu omnia moderatur ac regit, huius immaniſsimæ belluæ rabiem, ferociâmque compreſsit. Et legatus conſtituta, confirmatáq; rediit pace. Mulierẽ qua religioſiorẽ me vidiſſe nõ memini, honeſtiſsimo viro curauimus collocandam.

Charitas neſcit timorem.

Cor tyrãni eſt imanu Dei.

His initiatis penè ſingulis hominibus tot prodigia, viſáq; contigerũt, vt omnibus perſcribendis par eſſe nõ poſsim. Quidam virginẽ Deiparã, alij Chriſtũ Dñm, alij alia ſe vidiſſe enunciabant, nonnulli voces noctis ſilentio exaudiſſe humana clariores. Videtur Chriſtus tanquã optimus paſtor ſuas oues è Mahometis impuro grege ſecreuiſſe. Subibat tunc animo meo cogitatio, quantopere proſpagari Chriſtiana religio poſſet in Amano, Arabiáq; fœlici, vbi quatuor ſunt vrbes præter cæteras perantiquæ, ac nobiles ex iis ciuitatibus, quas primas in errorem, ac ſuperſtitionẽ deteſtandã mira cacodæmonis arte, atq; calliditate inſtructus Mahometes induxit. Homines ſunt ſimplices, & ad virtutẽ propẽſi: cuidã Principi honeſto, probóq; obtemperant. Hæc fortè eſt gens illa robuſta, qui Ammonitæ in ſacris literis appellantur, qui cum Iſraelitico populo bellũ geſſerunt. Apud hos templũ Iouis ampliſsimũ etiã nunc extat, eo ædificatũ tẽpore quo Ethnicorum ſacra, ritúſque indigenæ illi ſeruabant.

Variapprodigia ad confirmationem nouæ ſobolis Chriſtianæ.

Amanũ ab Ammõ filio Loth, Gen. 19.

Ammonitæ.

Templum Iouis vetuſtiſs.

Ecce autem in ea mihi cogitatione verſanti,

Regis Mas catensis procurator fidē nostrā ambit.

santi, literæ, quarum exemplum huic epistolæ adiunxi, à Regio Procuratore ex Mascate redduntur, vnde duo etiam eius loci incolæ terrestri itinere duorum mensium venerunt sacri baptismatis studio ducti. In nostro hîc collegio cathecumeni degunt. Multa narrant de totius ciuitatis motu, & ad Christi cultum propensione, néque ab omnibus expectari confirmant. Eorū expectationi, ac desiderio satisfacere me non posse vehemēter doleo. Etenim P. M. Franciscus metuens, ne quasi quodam æstu, atque ardore animi, martyriique cupiditate ad Persas abriperer: triennium me esse Ormurij iussit. Huius igitur imperij vinculis astrictus, hinc decedere nullo modo possum. Si intra hoc spaciū M. Franciscus venerit: ego ad Amanum ibo: sin minus: mittā illuc aliquos ex his socijs, quos hîc in societatem admisi. Sunt enim ad hæc difficilia, & aduersa subeunda, & toleranda non solum parati: sed etiam incitati, & erecti, neque laboribus maximis deterrentur, quos in illis excepturi sunt oris, vbi & grauissimis caloribus habitatores vexantur, & communis victus non ex pane, qui nullus ibi est, sed ex Coryotis duntaxat, & piscibus paratur. Epistolam facere longiorem non licet: tum quòd non solùm ipse ad scribendum verbosius: verùm etiam ad sumendum cibum sustentationi corporis necessarium tēpore desistituar: tum quòd cùm mihi nonnulla affulget minorum laborum, curarúmq; spes, plerūq; cumulus adiiciatur, imponaturq; prioribus du-

Amanum.

Euangelizantibus sex cibum sumere vacat.

bus duplo maior. Laus Christo pro hac re= tribuatur. Placuit Deo Opt. Max. vtiliter hoc anno populum Ormutinum multis, & gra= uibus morbis, acerbissimo dolore capitis ac= cedente ex nimiis caloribus, quibus hęc Insu= la infestatur, affligere: Quominus autem nobis deesset, quòd ageremus, atque apud Deum mercedem promeremur: sacerdotes omnes, qui hac in ciuitate sunt, in aduersam valetudinem inciderunt. Ex iis vnus, & Epi= scopi Vicarius obierunt. Quapropter mi= hi vni totius populi confessiones audiendæ sunt, funus curandum, exequiarum iusta fa= cienda. Et quia templum suorum custodum, ac ministrorum opera, & officio destitutum est: cogor idem & Vicarium agere, & Domi= nicis, aliisque festis diebus sacrum solenne sta tis modis, numerisque adhibitis facere, & ad populũ cõcionari. Ago Christo gratias, quã= do ars Musica, quam adolescens olim, ac me= us adhuc existens, non ad hunc quidem vsum percepi, nunc mihi sacerdoti ad cultum sacro= rum, & ad res diuinas deseruit. Nec mirum: quia diligentibus Deo omnia cooperantur in bonũ, neq; bonũ modò mihi nũc est vtile, sed etiã ex malo emolumenti aliquid colligo, Cùm siquidẽ venit in mentẽ laborũ, quos o= lim impigrè alacritérq; nescio qua de causa stultè suscipiebã, ac sustinebã: pudeat nũc in difficultatib², periculísq; pro Christi religione adeũdis defatigari. In præteritorũ verò pec= catorũ memoriã dum redeo: nunq; in diuinis rebus tractãdis, Christiq; cultu conseruãdo, & lons

Charitas non est fa= tigabilis.

longè, latéq; disseminando satiari quẽpiã debere censeo: cùm mihi videatur (quod verissimũ est) nihil omnino esse quod facio, præco quod debeo, quia seruꝰ inutilis sum. Quãobrem vniuersos in Christo fratres ac socios, qui sanè mihi charissimi sunt, oro, atq; obsecro, vt in sacrificijs, diuinísq; precationibus mei sint memores: vt dignus efficiar promissionibus Christi. In sequenti anno (Deo iuuante) pluribus verbis ea, quæ hic acta fuerint, scribã. Ormutio ex Collegio à Bono Iesu appellato M.D.L. Paulũ illum ex Ethnico Ioguo Cathecumenũ ad vos mitto, non mea quidem voluntate (cùm nondũ ablutus esset) sed coactus precibus ipsius: quòd Lusitaniã, et Romã videre optaret: tum Emanuelis Limæ, qui eũ secũ ducere voluit. In hoc sinu magna sunt, & periculosa bella cũ Turcis. Vrbem hi expugnare, ac capere cogitant, in India certè aliquot nauigia ex nostris, quę contra ipsos instructa incitato cursu ferebãtur, in illorum potestatem venerunt, multis Christianis militibus in eo congressu desideratis. Valde indigemus aliquot ex societate nostra confessarijs, qui cum his classibus proficiscantur. Vt eos mittatis, vos per Deũ immortalem etiam atque etiã rogo. Ormutij anno à Christo nato supra sesquimillesimum quinquagesimo primo.

Ioguus in Europam mittitur.

Sit nomen Domini benedictum in secula.

IOANNES DE BEYRA SACERDOS Societatis Iesu ad R.P. Ignatiũ Præpositum Generalem eiusdẽ Societatis.

Agit de miraculosa in Insulis Moluccis contra Mauros victoria, & apostatarum aliorúmq; ad Christum conuersione.

Gratia & pax &c.



Vperiori anno ad te, Reuerẽde in Christo Pater, ex Moluccis literas dedi: en alias etiam nunc mitto, quibus & beneficiorum Dei multitudinem, ac magnitudinem erga Societatẽ nostram breuiter exponã, & quid postremis hisce temporibus, orbísque sancta nostra opera vti dignatus, magna cum testificatione suæ erga hanc gentem seueritatis, ac clementiæ perfecit. Igitur dũ totus in hoc sum, vt hisce hominibus errores à tenera adeo ætate insitos euellam, ac sana rectáq; Euangelij doctrina imbuam, multáque id genus pietatis Christianæ officia, quæ ad eorum salutem promouendam conducere videbantur, obeo: plurimi sanè, iíque grauissimi subeundi fuêre labores. Interea tamen

men Rex Moluccarum, atque alij tres cum ipso Reges, Giloli, Iidori, & Baccani dæmonis instinctu impulsi, nullum non lapidem mouerunt, vt infirmos ad huc in fide, quique nuper ex Idololatria emerserant, à proposito agant transuersos. Sed inter eos duos Reges, Moluccarum, inquam, ac Giloli, blanditiis, præstigiis, minis, ac pollicitationibus tantum profecêre, vt eas animas, quas P. M. Franciscus, & ego vnà cum meis sociis maximis laboribus, continua cura, ac diligentia Christo lucrifeceramus, seducerẽt, ac in damnationis barathrum precipitarent. Ego quidem nullis peperci laboribus, quò illos ad veram, piámque religionem amplectendam inducerem, vel initiatos conseruarem. Sæpe longissimè à se distantia loca per maximos solis ardores adij, non audens me nocti committere propter crebras grassationes, continuásque prædationes infidelium, qui è montibus ad plana noctu descendentes, omnia cędibus replent, adeo vt nec ipsi, qui sub tectis agunt, satis sint tuti. Nec mari prohibitus sum, quò minus eos, & alios quosdam, qui insulas vulgò Morotai nominatas incolunt, inuiserem, non sine magno valetudinis detrimento. Siquidem ex hisce laboribus in grauissimam multorum mensium valetudinem incurri.

Ter naufragium feci, solúsque (cæteris qui vnà mecum vehebantur pereuntibus) ægrè admodum euasi, & vix nudus vnicum B. Virginis Mariæ, quod vocant, Rosarium ab vnda seruatum in hostium litus ejectus enata-

Tres impij Reges Christianos nouos ad infidelitatem retrahunt.

Diligentia hæc pastoribus imitanda.

Insulæ Morotanæ.

Ingens Beyræ pro Christo affictio.

Ter naufragium fecit.

ui. Eua-

ui. Errabam itaque nudus noctes, dieſque circum Barbarorum littora, ſecreta loca, & latebras quæritans, propter bella, quæ tunc inter Mahometanos, ac Luſitanos feruebant crudeliſsima, adeo vt tot, & tam diuturnis calamitatibus, quæ nouem continuos menſes durauerũt. obſeſſus, inter mortuos potius, quàm inter viuos annumerandus viderer. His accedit, quòd à deſertoribus fidei noſtræ comprehenſis Mauris vænierem, apud quos eſurire, & ſitire abundè licebat. Sed & in his miſeriis cùm eſſem conſtitutus, non tamen me tantoperè fortunatiſsima mea angebant infortunia, quàm iactura eorum exanimabat, quos ab ouili Chriſti abſtractos, ad Mahometanam ſuperſtitionem lupus infernalis retrahebat. Sed aliquando tandem & me ex his omnibus benigniſsimus Dominus eripuit, ipſóſque cùm Mauros, tum Chriſtianos apoſtatas, pro ſumma ſua iuſtitia, nouo, ac ſtupẽdo ſupplicij genere vltus eſt. Siquidem ex quo à Chriſti fide deſciuerant, tanta ſubitò eorùm agros (antea quidem pro harum regionum natura longè feraciſsimos) ſterilitas inuaſit, vt toto defectionis tempore, quamuis repetita aliquoties ſatione, nullum fructum proferrent. Oriza, quam ad ſementem repetitam aſſeruabant, vitiata computruit, aquæ dulces prius, ſingulari quidem, & hactenus in iſtis partibus inaudito miraculo, ſalſæ factæ ſunt, adeo vt deficientibus alimentis, multi fame interirent, & quibus fames peperciſſet, eos immiſſa diuinitus peſtis deleret. Nec ta-

Nec iã fla gellis anti quoti chri ſtiani, & hæretici reddũtur meliores.

men his omnibus fracti ſunt, aut emolliti du ri obſtinatíque Maurorum animi : ſed inter hæc ipſa,in quibus verſabantur, vitæ ac ſalu tis diſcrimina perſeuerabant indigenas ad de fectionem & perfidiam ſolicitare. Interea tẽ poris Præfectus arcis Moluccẽſis me inter A poſtatas ſemiuiuum verſantem,ad ſe accerſi uit. Qua occaſione cœpêre Mauri liberius vagari , iunctíſque & auctis copiis terribili ores noſtris eſſe. Tentarunt etiam noua qua dam ratione aditum ad ſe veniendi præ cludere Luſitanis, Poſtremò in munitiſsi mum locum ſeſe recepêre , vnà cum magna incolarum manu, qui ex montibus illis ſub

Paucichri ſtiani ĩnu merabiles Mauros aggrediũ tur.

ſidio venerant. His ita ad bellum compara tis,inexpugnabiles ſe rati,in ſententia firmi ter permanebant : erántque reuerà (ſi vires noſtras ſpectemus)inſuperabiles, infra tamẽ diuinam potentiam, quemadmodum exitus ipſe comprobauit, fortes . Præfectus etenim arcis milites aliquot Luſitanos,paucos admo dum ad numeroſiſsimum illorũ collatos exa ercitũ,eò loci,vbi ſe cõtinebãt expediuit. Cui quum appropinquaſſent,admonent illos be neuolè de fide promiſſa,hortantur idolis nũ ciũ remittant,ad Chriſtianam religionem re

Hæc imi tentur mi lites.

deant , ſimúlque addunt, ſe quidem paucos numero,ac penè inermes eſſe,ſed fide ac veri tate(qui Deus eſt)armatos adueniſſe , de cu ius auxilio nihil planè dubitarent. Ad quę il li arroganter, & inſolenter nimis reſpondẽt, nolle ſe Chriſtianos fieri. His dictis,tantus ho ſtes repentè cũ timore tremor inuaſit , vt de

mani

manibus arma excuterẽtur,& ipſi humi pro- cumberent,non valentes,etiam ſi mutuo ſeſe complecterentur, conſiſtere recti. Sol ipſe, quanuis ferè meridies eſſet,tam denſis(mira- bile dictu) circumfuſus eſt tenebris, vt alter alterum non videret. Contremiſcere vehe- menter ſub pedibus terra,de cœlo autem tã- ta vis ignitorum lapidum, & cineris in pri- uata tecta,ac delubra demum decidere cœpit, vtomnia ſolo çquarentur. Vidiſſes Reueren- de Pater,euulſas,pœnitúſq; inuerſas arbores ramis quidem in terram demerſis, radicibus verò coelum ſpectantibus,vidiſſes vias ante tribulis à Mauris, vt noſtratibus præcluderẽt aditum,conſtratas, cineribus ac lapidibus è ſublimi delapſis obrutas ac complanatas. De- nique nihil eſt quod turbo ille, & horribilis tempeſtas,impietatis,& nefariæ perfidię vin dex ſolo non alliſerit,humíque proſtrauerit. Vna duntaxat domuncula in mediis ruinis poſita,templòque(quod illi non ita pridem Ieſu Chriſti Domini noſtri Cruce euerſa, & diuorum imaginibus abolitis ſceleratiſsimè profanauerãt)cõtigua incolumis permanſit, quæ neque de cœlotacta,neque eius culmen ex palmarum licet foliis contextum, igne eſt violatum. Calamitas hęc vbi ceſſauit,ad pro- pugnaculum properant Luſitani, viã inue- niunt planã ac expeditam,opertis(vt ſuprà diximus)cinerum, lapidúmque ruina,ſpinis. Ingreſsi magnam idololatratũ ſtragem faci unt,nullo interim ex noſtris aut cœlo, aut vulnerato. Nec ad victoriam quicquam

Inſigne mi raculũ cõ tra fidei deſertos res.

Edicula illæſa in tanta tẽ- peſtate p manſit.

Hostes omnibus viribus destituũtur.

obfuit, quod singuli nostrorum militum cum plurimis confligerent. Nam Deo sic volente, omnibus planè viribus erant destituti: sic vt & manus ad resistendum essent imbelles, ac ad fugiendum pedes impotentes. Dum hæc circa propugnaculum Mahometarum, apostatarúmque geruntur, in alio quodam loco munitissimo, atque ideo eorum, qui à Christo ad idola transfugiebant, communi receptaculo, ac velut asylo, qui ab hoc (de quo multa retulimus) duodecim passuum millia distat, lacus, qui in conspectu vrbis est, ita intumuit, atque extra alueum suum eodem hoc tempore exundauit, vt & domus, & ædificia omnia labefactata prostrauerit, ac penè homines ipsos insperata illa eruptione absumpserit. Paucis pòst diebus quàm Domino Deo pertinaciam huius regionis hominum sic edomare, atque frangere visum est: solus quadam nocte, omnibus relictis, egressus versus apostatas iter arripui. Hos huc, atque illuc dispersos, ac semianimes reperio. Ipse Gubernator comitantibus primatibus, de montibus, in quibus latitabat, lætissimus ad me descendit. Nullus mihi datur, neque noctu, neque interdiu respirandi locus. Canunt magni, ac parui plena lætitiæ carmina. Domum ampliſsimam in vicina area illius templi quod ab ipsis vastatum, atque euersum supra diximus, mihi erigunt.

Aliud prodigium. Lacus intumescẽs.

Itaque rebus omnibus à summa tempestate in serenissimam trãquillitatem mutatis, & animis à perfidia ad fidem, à superstitione ad religionem

religionem conuersis: plurimi ad catholicæ Ecclesiæ gremium, vel noui venerunt, vel desertores redierunt. Erátque Christo conciliari cupientium tantus numerus: vt vno die supra quinque non nunquàm millia: vna hebdomada suprà quindecim animarum millia, Christi militiæ nomẽ darent. Præter hos plurimi quoq; ex variis insulis, nec vnius linguæ homines ad me, vt Christiani fierent, confluebant. Quibus cùm solus sufficere non possem: auxilium à quatuor meis sociis in arce relictis petiui, qui statim affuerunt, eódemq; ipso in loco sedem fixerunt, tum quod nobilissimus sit ac celeberrimus, tum etiam quod ex ipso ad circumiacẽtes populos (quibus euangelizandum quoque est) facilior, breuiórque sit accessus. Ego verò Indiam versus suasu, atq; hortatu Gubernatoris, inde soluí, operarios fideles (quorum hic maxima penuria est) è societatis fratribus, ad hunc populum in fide erudiendum, stabiliendúmque euocaturus. Porrò per Moluccam iter faciẽs P. M. Franciscum in Chinam proficiscentem obuiam habui. Quid ibi rerum geratur, superuacaneũ foret cõmemorare: quòd te credam de illis tam à P. Frãcisco, quàm à Rectore collegij Moluccensis certiorem factum. Tantum quæso te, atque, obsecro R. Pater, vt tuis orationibus, nouoque ad has regiones missio fratrum auxilio nos adiuues. Quos etsi patientia imprimis instructos esse conuenit: certus tamen sum labores omnes, præ supernarum consolationum dulcedine,

Vno die 5000. fidẽ amplectũtur.

P. Franciscus in Chinã tendit.

Deus solitur immẽsos euãgelizãtium labores.

 prę-que

præcȝ vberrimo illo, ac iucundiſsimo, qui laboribus percipitur, fructu, leues fore.

Supereſt vt quemadmodũ hactenus Dei ſeueritatem contra reſipiſcere nolentes declarauimus: ita nunc eiuſdem clementiam erga eos, quos peccatorum ſuorum poſtea pœnituit, exponamus. Nam ſimulatque poeni-

Dei erga Apoſtatas pœnitentes facilitas & miſericordia.

tentia ducti, ſuppliciter ad Deum manus ſuſtulêre: ille ad ſe reuerſis ſolita vitæ præſidia liberaliſsimè largitus eſt. Terræ ſuam fœcunditatem, aquis priorem dulcedinem reddidit. Sub hæc tempora multas, ac varias inſidias Mauri Luſitanis tetenderunt, quas vt quinquies deprehendi, ita totiens diſſolui, atque occultè Ducibus (quos hîc habet Rex Luſitaniæ, rerum ſuarum adminiſtratores) patefeci, ſimúlque eos ad earũ, quibus Mauſi fidunt, arcium demolitionem induxi.

Neque ſilentio obruendum exiſtimo, quòd in poteſtatem Luſitanorum Regnum Gilo-

Regnũ Giloli ſubijcitur chriſtianis.

li venerit. Laus ſit Ieſu Chriſto, cuius nominis ſplendor, ac gloria, quantò latius indies per has regiones omnes ſpargitur, atqȝ propagatur: tantò Mahumeticorum deliramentorum inſania obſcuratur magis, atque extinguitur. Multi præterea nũcijs ad nos miſſis, cupere ſe Chriſtianam fidem amplecti declarant, miraculorum Dei ſupra memoratorum magnitudine excitati: qui quidem regionem incolunt ab hac quàm remotiſsimè diſsitam totam in quatuor regna linguis indiſſecta, diſtributam. Regionis cœlum ſalubre, ſolum pingue, ac fœcundum. Nulli in ea

Mauri

Mauri viuunt. Ab astris ferè pendent, à quibus & mensium, & annorum rationem petunt, vt prolixius aliquãdo ad vos perscripsi. Dignetur Dominus Deus regionibus his clarius in vera fide, perfectáque charitate illucescere: vt salutem quæ sine his præsidiis nulla haberi potest, plures consequantur.

AMEN.

Ex Cochin sexto Id. Februarij Anno 1553.

Tuus in Christo seruus Ioannes de Beyra.

EX EPI-

¶ EX EPISTOLA R. P. FRANCISCI XAVIERij Præsbyt. Societ. Iesu ad R. Patrem Ignatiũ Generalem eiusdem Societatis Præpositũ: & Fratres Romæ, Patauij, Parisiis, Coloniæ, Valentiæ, & in Lusitania literis operam nauantes.

1544.

Agit de modo quo pueri in fide instituũtur, idolorũ demolitione, ęgrorũ miraculosa sanatione, & multorũ ad fidẽ conuersione: Brachmanũ superstitione, & nequitia.

Franciscꝰ hic primꝰ de societate in Indiam missus, multa hominũ millia cõuertit, multisq; miraculis dum viueret, claruit, magis etiam postmortẽ, cuius corpꝰ adeo integrum perdurat, ac ſi iam iam exhalasset animam.

GRatia & pax Iesu Christi Saluatoris nostri sit semper vobiscum, &c. Cùm elapsi duo sint anni, eóq; amplius nouẽ menses, quòd à Lusitania petiturus Indiã soluerim, ac ternas, dũ in India sum, ad vos literas dederim, à vobis verò vnas dũtaxat receperim, quę Idibus Ianuar datæ anni 1542. mihi nunc primum duobus ab hinc mensibus sunt redditę: diutius mihi silendum non putaui, quin de propagatione fidei, cuius hic magna incrementa largitur Deus Opt. Max. ac ratione instruẽdi rudiores in fide, pauca ad vos trãsscriberem, Scribam autẽ ingenuè ad vos Fratres in

tres in Christo Iesu dilectissimi, quæ Christus Dominus hisce nouissimis temporibus per nostræ Societatis Patres dignatus est in salutem humani generis apud Indos operari. Polliceor autem mihi de vestra æquitate, quòd non in vanæ gloriæ accupationem sitis interpretaturi: quemadmodũ qui nullius sibi virtutis conscij omnes esse sui similes optãt, aut saltem opera Dei magnifica per alios gesta obscurant, aut etiam eleuant maleuolè: sed potius quòd ex grata (vt spero) lectione materiam sitis arrepturi gratias misericordi Deo agendi. Igitur Dominus Paulus, Frãciscus Mancilla, & ego bene in Domino valemus. Paulus Goæ agit in collegio S. Fidei vbi strenuè sanè suo fungitur officio, acpenes eũ puerorũ illic habitantiũ est cura. Ego verò, & Franciscus Mancilla annum iam, & amplius sumus apud Christianos eius Regionis, quæ indigenarũ lingua Commorini appellatur. Horũ magnus est numerus, ac quotidie incremẽta sumit haud pœnitẽda. Vbi primũ in orã veni, quã habitãt, curæ mihi fuit interrogare: ecquã de Christo Dño nostro noticiã haberẽt? Tũ tenerẽntne articulos fidei? Hinc quid crederẽt? quidue amplius iã fidei nostræ initiati haberẽt, q̃ antea gentiles cũ essent? Nil illi aliud respouderũt, quàm Christianos esse se: Legem verò nostram, & ea quæ credenda sunt (quoniam idioma nostrum non intelligerent) ignorare. Cùm ergo inuicem non satis intelligeremus (quòd illi lingua vterentur Malauarica, ego verò Celtiberica, vulgò

Vazis

Vaziquenza) conuocaui peritiores eorum, quósque sciebam vtriusque idiomatis esse gnaros. Qui dum multis diebus vnum in locum coẽunt: tandem magno labore in linguã gentis illius nonnullas, eásque pias transfuderũt orationes. Cõplectebãtur autẽ figuræ Crucis vim, in personarũ trinitate vnius Dei confessionẽ, symbolũ Apostolorũ, decẽ mãdata Dei, Orationem Dominicam, Salutationẽ Angelicã, Salue Regina, & Cõfessionẽ generalem. His ita eorum lingua donatis, & altius mea in memoria fixis: obibam totam vrbem, ac promiscuè pueros, & viros, quos poteram, æris sonitu conciebam: iísque instituendis postquam confluxissent, diebus singulis quatuor dabam horas, duas orto iam Sole, duas alias sub occasum. Itaque factum est, vt vno mense orationes perdiscerent, hãc ab illis postulans mercedem, vt pueri quæ à me audierant, parentes, & omnes domesticos edocerent. Dominicis verò diebus mei fuit studij: vt vniuersam vrbis incolarum multitudinem, cuiuscunque esset vel ætatis, vel sexus, euocarem, vt sua quisque lingua orationes clara recitaret voce. Quod cùm absque omni tergiuersatione alacriter facerent omnes: non dubiis argumentis sibi inspensè eam rem cordi esse testati sunt. Exorsi igitur à confessione vnitatis essentiæ diuinæ, cum personarum trinitate, omnes suo idiomate (dum præirem ego, illi autem sequerentur) clara voce symbolum enunciabant. Quo finito: solus ego symbolum iterabam,

Pueri parentibus fidem annũciant.

Multa gentium prõptitudo ad fidei audiendã mysteria.

iterabam, ac vnumquemque articulum ab aliis dirimens, iustam explicationi moram temporis impendens, admonebam eos nil aliud esse Christianum, quàm fide firma, & inexpugnabili 12. articulos credere. Cùm ergo Christianos esse se profiterentur: sciscitabar an ne 12. fidei articulis inconcussa fide adhærerent? Hîc scilicet omnes tam viri, quàm mulieres, tam senes quàm iuuenes, admotis pectori decussatim (siue in crucis figuram) brachiis, responderunt alta voce: Credimus. Quam ob causam eis mandaui, sæpius vt symbolum Apostolorum versarẽt animo, quàm alias orationes: quòd mortalium quiuis potissimum acceptam ferre debeat illi fidem Christianam. A symbolo ad decem mandata itum est. Ea esse aiebam legem Christianorum, quæ si quis (vt Deus iussit) impleret: dicitur bonus Christianus, sin verò contrà, malus. Magna erat cùm Christianorum, tum gentilium admiratio: quòd viderẽt summam legis diuinæ æquitatem, & cum ratione naturali, parem symphoniam. Quo opere pro viribus consummato: dedi eis Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam, quas me præeuntem secuti, duodecies pro adeptione 12. articulorum fidei, iterum decies pro obseruatione 10. mandatorum legis, hac serie protulerunt. Initio proloquor articulum fidei primum: sub quem illi sua lingua mecum sic precantur: Domine Iesu Christe fili Dei, da nobis gratiam, vt ingenuè, & sine dubitatione primum articulum fidei credamus. Eã

Quis bonus, quis item malus Christianus dicatur.

mus. Eam nobis donari Oratione dominica imploramus. Inde ſimul è veſtigio dicimus. Mater Domini noſtri Ieſu Chriſti cõcilia nobis à filiotuo gratiam, qua ingenuè, & ſine dubitatione primum articulum fidei credamus. Hanc vt nobis conciliet, dicimus: Aue Maria, Idem fit in reliquis vndecim articulis. His ita peractis mandata enunciamus ad hũc modum. Imprimis aliquo clarè proclamante primum Decalogi mandatum, acclamãt omnes. Exinde ſimul omnes dicimus: Domine Ieſu Chriſte fili Dei da nobis gratiam, qua te ſuper omnia amare valeamus. Vocato Dei auxilio, omnes deinceps dicimus Orationem Dominicã, cui alia ad B. Virginẽ ſubiũgitur precatio: Sancta Maria mater Domini noſtri Ieſu Chriſti, flagita nobis à filio tuo gratiam, qua valeamus primum adimplere mandatũ. Qua implorata gratia, ſalutationem quoque addimus Angelicam, itáque faciunt omnes in reſiduis nouem mandatis. Hæc ferè ſunt, quæ per noſtras orationes à Deo docentur poſtulare: affirmans, Deum ſi hæc ſemel eorum præcibus donauerit, ſpe, votóque ſuo plura largiturum. Confeſsionem generalem vt omnes dicant, operam do, maximè verò hi qui baptizari volunt. Quos poſtquam ſymbolum pronunciârunt, & vnumquemque articulum ſe credere affirmârunt, legis etiã mãdata memorârunt, eáque ſe ſeruaturos Deo iuuante receperũt, tanquam ſatis exploratos, baptizo. Quibus omnibus Coronidis loco Deiparæ Virgini accinitur antiphona Salue Regina.

Regina. Porrò cùm hic locorum pueri magnum præ se ferant legis nostrę amorẽ quod conteſtatum faciunt, tum auido audiendi ſtudio, tum etiam tanta abominatione idololatriæ, vt ſæpê verbis aduerſus ethnicos atrociſsimis digladientur: quæ mea ſpes eſt, & fiducia, de miſericordia Dei non ambigo, quin ſuis parentibus longè ſint euaſuri meliores. Etenim parentes ſi videant antiquum obtinentes recidere in idolorum cultũ: nõ modò eos acriter corripiunt, ſed ſalutis eorum amore etiam ad me deferunt. Sanè eò res modò ſpectare videtur, vt metu puerorum, ciuium nemo audeat in vrbe idolis ſacrificare. Nam extra vrbem occultè ſi quis idolorum ſectetur cultum, pro Chriſtianorum diligentia ſuſpectas omnes perſcrutantur latebras: deprehenſus ilicò ad me defertur. Cui malo aliud à me nõ adhibetur remedium, quàm quòd pleriſque conuocatis pueris, eos in rem præſentem mittam, vbi idololatria inſtaurari videtur: qui pro ſingulari, pióque quem erga fidem gerunt zelo, maiorem irrogant diabolo contumeliam, quàm ipſum parentes dignati fuerant veneratione. Arrepta enim idola per præceps in cautes deturbãt, aut certè ignibus exurẽda tradũt: aliàq; deſignãt, quę quanq; nõ ſit honeſtũ recẽſere, pueris tñ eſt honori, ita illudere ei, qui parẽtes ſuos eo demẽtiæ impulerit, vt lapides, & ſaxa pro Deo haberent, ac venerarentur. Quatuor menſibus in quadam magna Chriſtianorũ vrbe moratus ſum huſce occupatus muneribꝰ. Oratiões noſtras

Pueri parentes idololatras acriter corripiũt & deferunt.

Pueri idola demoliuntur.

in eo-

in eorum linguam à me conuersas, vt memoriæ commendarent, sedulò operam dedi : illi verò præ fidei nostræ amore nullum detrectabant laborem. Quo tempore tanta me obruebat hominum multitudo, qui me ad suas ædes multis precibus vocabant, alij quò ęgris cum morte luctantibus auxilio subuenirem, alij quò manuum impositione sanitatem recuperarent: vt legendis Euangeliis, pueris baptizandis, docendis orationibus, explicandis quæstionum nodis, sepeliendis mortuis, iuuandis aliquorum bonis desideriis, inflammanda quoque multorum pietate, mille me, tametsi gratæ circumuallarent angustiæ. Ne tamen suo desiderio quod erga religionem gerebant fraudaretur eorum fides, pietásque cùm omnibus vnus satisfacere non possem: pro re nata suggessit credo Deus consilium, quomodo omnium voluntati mos gererem. Pueros enim Christianas callentes orationes in ægrotantium domum submisi, qui omnibus domesticis, & vicinis conuocatis, frequenter symbolum cum nonnullis precationibus pronunciarent: asseuerantes fore, vt æger si crederet, incolumitatem consequeretur. Dum ad hunc modum per pueros omnium satago morem gerere voluntati: fit vt ægri per fidem domesticorum, vicinorum, & suam ipsorum, expectatione maiora à Deo Opt. Max: beneficia accipiant, nec solùm à graui languore corporis, verùm etiam animę ægritudine curentur. Magna sanè Deus erga eos misericordia vsus est, vt qui per corporis morbos

Studium gentiltum vt salutẽ consequã tur.

Sanitas manuum impositione petitur

Pueri oratiõe ægros sanant.

morbos eos ad ſalutem animæ, fidémque vocârit, ac tantum non compulerit. Hunc ad modum pulchrè religionis noſtrę iactis fundamentis, reliqui in ea ciuitate quendam, qui eos adhuc in fide paruulos vſque dum in virum creſcerent perfectum, educaret, ac inſtitueret: ego verò progredior ad alias, eadem in illis munia obiens, itaque fit vt nuſquam non plurimæ ſint obuiæ in hac regione ſanctæ, diuinæque occupationes. Nam quanta ſit vtilitas, adeóque ſpiritalis voluptas in baptizandis infantibus modò natis, & grandioribus inſtituendis, qui ætatem habent capacem literarum: vobis mente comprehendendum relinquo, cùm ipſe rem pro dignitate explicare nõ poſsim. Ciuitatibus per quas mihi iter eſt, precationes trado Chriſtianas, quæ præcipua fidei noſtræ complectentes capita, ſingularem quoq; ſpirent diuini amoris affectum: Has vt & meliori fide memoriæ mandent, & dicant quotidie, virum ſpectatæ probitatis conſtituo, qui Dominicis diebus eas exigat, & ignaros inſtituat. Multi profectò hic locorum degunt, qui non alia de cauſa (vt equidem arbitror) in tenebris permanent infidelitatis, quàm quòd idonei deſunt miniſtri, qui lumen Euangelicæ veritatis queant, velintque inferre. Vnde frequenter animo meo talis irrepit optatio: Vtinam qui in Europæ academiis degunt, magno numero auaritia ſcientiarum duntaxat pallentes, IESV Chriſti ſpiritu afflati ad meditandam ſeriò proximorum ſalutem animum appellerent:

Abuſiue ſcientiarum

Vtinã nõ eodẽ Europa laboraret morbo.

Quot animę præcipites in damnationem feruntur, quas creauit omnipotens Deus, vt beatitudinem aliquando, vitæq; immortalitatem acciperent, nisi quòd illis veluti paruulis, qui panem cœlestis doctrinæ frangant, desint Parochi. Qui si vt seraphico spiritu sublimia de Trinitate sapere vidẽtur, ita ob oculos haberent rationem accepti à patrefamilias talenti, cuius in nouissimo die stricta reddenda erit ratio: multi eorum repudiatis consiliis, quę probauerunt, aliam inirent viam, sui potius cognitionem, quàm literarum scientiam affectarent, voluntatem diuinam non tam intelligere, quàm sedulò implere studerent. Proculdubiò imitatores forent Diui Pauli Gentium Apostoli, orationéq; assidua à Deo gratiam flagitarent, quò & cum ipso fidenter dicant, sese totos in diuinum obsequium: Domine, ecce adsum, quid me vis facere? Mitte me quò vis, vel ad barbaram, totòq; orbe diuisam Indorum gentẽ. Quantò tranquilliorem animi vitam agerẽt, quantò maiori diuinæ misericordiæ fiducia mortis tempore iudicium illud, quod effugere poterit nemo, expectarent dicturi: Domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum. Sed meruo ne eorum pleriq; , qui in academiis dant operã disciplinis, potius id spectent, vt per eas nanciscantur dignitates, Episcopatus beneficia, quàm vt ea faciant, quæ facere æquum est Canonicos, & Episcopos. In ore est omnibus: Volo literis vacare, vt sacerdotiũ, vel Ecclesiasticam

Ordndus Deꝰ vt eligere dignetur quos mittat in vineã suã.

ſtaſticam aſſequar dignitatẽ, qua parta, poſtea Deo viuã. Homines animales, qui quæ propria dictat libido, ſtatim ea recta, & ſequenda eſſe arbitrãtur: bis hoc nomine ſtulti ꝙ neꝙ ſuarum, neque alienàrum rerum ſatagentes, etiam in obliuionem voluntatis veniant diuinæ: neque in eam curam ſuam & conſilia omnia iacientes. Metuunt enim, ne quod ipſi volunt, Deus nolit: néue dum diuinæ voluntati obediunt, malè parta beneficia à ſe abdicare cogantur. Quòd ſi meſsis incredibilem viderent vbertatem, deplorandámque operariorum intelligerẽt defectum primarij qui in Academiis Europæ degunt Theologi: nõ dubitem confirmare, quin vel nõ neceſſarios huc mitterent, vel omni cura, & ſolicitudine viros ſpectatæ probitatis, & doctrinæ cõquirerẽt, quos huic admouerẽt negocio. Innumeræ certè Miryadũ animæ fidem complecterẽtur Chriſtianam, quas neceſſe eſt noſtra ignauia, ſuóque infidelitatis peccato æternum perire. Tanta eſt hîc eorũ, qui ad fidem veniunt multitudo, vt mihi ſæpè dum baptizo, quaſi eneruata labore brachia fatigẽtur. Accidit etiã non raro quod ob raucedinem propemodum deſtituar voce, dum toties articulos fidei, decem mandata, aliáſque orationes eorum in linguam traductas memoro, dum ipſis quid ſibi (Chriſtiani) vocabulum velit, ac requirat explano, dum etiam de Paradiſo, de inferis, & quę ſit eorum conditio, qui huc: quamꝙ beata eorũ ſors, qui illuc proficiſcuntur, verba facio. Frequẽtiſsimè aũt ſum in ſymbolo, & mã-

Præpoſtere de mendis cogitant nõ cõſiderantes an ad fidẽ conducãt.

Tam multi ad baptiſmũ confluunt, vt brachia baptizantis fatigẽtur.

Integræ ciuitates baptisma interdum suscipiũt.

datis Dei inculcandis. Accidit nonnunquam vt eadem die ciuitatem integram baptizem. Hæc res magna ex parte Gubernatori Indiæ ferenda est accepta, cùm quòd singularis sit amicus & fautor nostræ Societatis, Et vt plures è nostro grege huc mittãtur iam ad Regẽ scribere arbitror, tum quòd nullis vel parcit sumptibus, vel omnes in se suscipit (quos potest) labores ad propagandã fidem: cuius etiã opera nunc 30. in hac ora habemus Christianorum vrbes. Tam auidè heros ille esurit-, & sitit fidem omniũ gentilium, vt nuper donauerit nummum aureorũ 4000. his qui omni diligentia in vrbibus Christianorum veritatem profitẽtur. Superiori anno scripsi ad vos in ciuitate Goa ædificari Collegium, in eo iã sunt multi adolescentes, omnes à paganismo orti, horum intra collegij muros, vbi multa sunt ædificia, alij linguę Latinę dant operam, alij characteribus formandis, legere discunt alij, & verba sonare Latina. Adest eis Dominus Paulus, per singulos dies sacris operans, eorum confessionẽ audiens, à doctrina spirituali nunquam cessans, cùram habens etiam rerum corporalium, quibus egent adolescentes. Collegium hoc adeo magnum est, vt plures quingentis capere possit, eósque suis prouentibus alere: quòd ab erogantibus multis bonis viris eleemosynas accipiat plurimas, & Prorex ipse abundantissimè omnia largiatur. Debet huius institutio collegij (quod vocatur, Sanctæ Fidei) iure omnes accendere, & stimulare, vt Deo omnipotenti gratias agãt immorta-

Liberalitas Prorege in rem fidei.

Goæ ædificatur collegium.

Magnæ eleemosynæ erogãtur catechumenis

immortales. Intra paucos annos per Dei misericordiam confido eorum labore, qui in hoc collegio literis vacant, numerum Christianorum admodum auctum iri, & Ecclesiæ fines longè latéque proferendos. Est in hac gente genus quoddam hominum Brachmanes appellatum, quod pro agnata sibi pertinacia, miro quodam studio simplicem plebem in sua superstitione fulcit, corroboratq; : curam phanorum habent idolis sacrorum, mortalium omnium qui sub cœlo sunt nequissimi. De quibus meritò intelligi potest illud Prophetæ: De gente non sancta, & homine iniquo, & doloso erue me. Sunt homines nunquam ex animo quod sentiant eloquentes, apud se assiduè, quo modo per astutias miseros, & simplices circunueniant, voluntantes. Persuadent compluribus idola esse admodum edacia, quamobrem ipsis & pecuniam, & varia esculentorum genera esse immolanda: nimirum splendidum hoc commiscentes mendacium, quò ipsi cum vxoribus & liberis genialius bacchanalia viuere possint. Quocirca & plus æquo credula plebs antequam cibum sumat, domesticorum aliquē nummum ad aras oblaturum bis quotidie mittit: illi verò saltantes sistratique, acsi furibundi forent, epulantur. Idola tunc edere miseris persuadent, & ne quid ipsis, suæque familiæ desit, denunciant populo vehementer infensa esse idola, quòd imperata non cõfestim tribuantur: & nisi sibi Deos propiciẽt, fore vt eos occidant, æruminis & calamitatibus affli-

Brachmanes quorũ meminere veteres sacerdotes gentilium

Brach. nequitia & doli.

Dani. 14.

gant, aut in ædes eorum dæmonia immittãt. Ea miseri ne sibi eueniant formidantes: sine mora quæ postulata sunt, aut plura etiam largiuntur. In eis parum licet sit virtutis, & literarum: abundè tamen eam inopiam malitiæ & fraudum omnium affluentia compensant. Dolos & imposturas eorum, quia non cesso omnibus palam facere, plus quàm Vatiniano me prosequuntur odio. Semel (quæ ipsorum est stultitia) mihi soli confessi sunt populo se quidem imponere, sed necessitate compelli. Cùm enim nihil aliud in bonis habeant, quàm idola illa saxea, quibus apud populum numẽ aliquod affingunt: fit vt pecuniam sibi non mediocrem conflent. Quoniam autem persuasum habent, me vnum plura scire, quàm omnes se, impostúramque suam plebi non detectam iri, si à me muneribus corrupto silentium impetrassent: plurimis ad me donis missis, iniquè admodum & impatienter ferunt illa à me repudiari: hoc etenim consilio mittunt, ne suæ astutiæ simplicioribus hactenus incognitæ omnibus prodantur.

Brach. ignorantiã.

Brachyma. sciũt se errare.

Deum vnũ esse credũt

Affirmant se non latere vnum esse Deum, seque illum pro mea salute (si taceam) oraturos: ego vicissim illis aliquid, quod Deus mẽti suggerit, in aurem dico. Postea simplicibus (quos religio, & formido mala illis facit obnoxios, ac plus æquo credulos) aperio eorum fraudes, & illusiones ad raucedinem vsque: qua ex re sæpenumerò contingit, vt eorum permulti vana formidine liberati, fidem Euangelij complectantur.

Si non

Si nõ obstarẽt isti deploratæ malitiæ homines, Ethnicis oẽs nullonegotio Christo darẽt nomina. Aedes vbi cum idolis habitant, Pagodes appellantur. Omnes gentiles huius regionis parum habent literarum, malitiæ autem plus satis. Hactenus vnũ dũtaxat Brachmanem numero Christianorum adscripsi, optimæ indolis adolescentem, qui prouinciam accepit instituẽdorum puerorum in fide. Dũ Christianorum vrbes viso, multos prætereo Pagodes, & inter alios vnum in quo erant Brachmanes plures ducentis, qui cùm ad me veniissent, inter alia quę vltrò citrõq; tractata sunt, percuntatus sum ab eis quid iuberẽt idola facere, vt vitam ęternam consequantur? Hîc orta magna inter eos dissentione, quis mihi responderet primus, tandem iusserunt senem quendam respondere, qui plus minûsue octuaginta annos natus erat. Ille, antequam mihi responderet, vt dicam prior postulat, quid mãdet Deus Christianorum? Ego verò intellecta hominis astutia, parére noluì, quòd prior à me interrogatus, prior etiam respondere foret æquum. Ibi miserabilis senex prodito superstitionis suæ delirio, respondit: Duo à Diis suis imperari, quorum alterum est, non occidere vaccas, quas ipsi adorant: alterum, erogare eleemosynas, & has Brachmanibus, qui idolis in Pagodibus ministrant. Quibus ego auditis, dolens tantum iuris vsurpare dæmones in nostros proximos, ab eis pro Deo vt colerentur: eos sedere iussi.

Brach. dissicẽ tuntur.

Contentio cũ Brach.

Vaccas adorant.

Xauier Malauar. loquitur.

Sedentibus omnibus surrexi, stánsque inter eos alta voce lingua ipsis vernacula, Symbolum, & mandata pronunciaui, vniuscuiusque mãdati sententiã breuiter aperiẽs: posteaverba feci de superis, de inferis: & qui ad hos, & q ad illos sint ituri. Illi verò, audita hac disputatiõe, simul oẽs surgere, frequẽtes me amplectĩ & vno ore clamare: Verè Christianorũ Deꝰ, verus solus est Deus, cuius tã æqua sunt mãdata, tam rationi naturæq; consentanea. Rogãrunt an veluti brutorum animalium, ita nostra quoque anima vnà cum corpore interiret? Sanè tunc mihi Deus ea suggessit, quæ liquidò illis animæ immortalitatem ostẽderent, quę res eis magnę fuit voluptati. Rationes autẽ quæ populo huic illiterato, rerúmque omnium ignaro dantur, non tam exquisitæ esse debent, quàm quas ad amussim doctores scholastici tradiderũt. Percontari sunt etiã, qua parte hominis anima erumpit, cùm moritur. Et quando homo soporatus somniat se in aliqua prouincia esse apud notos, & amicos (vt mihi sæpè vobiscum esse accidit in Domino charissimi) an id fiat, quia anima illuc proficiscens corpus exangue destituat? Præterea an Deus sit albus, an niger propter discrimina colorum, quæ in hominibus videntur? Et cùm hic omnes sint nigri, quia vnusquisque suæ formę amator est: ideo nigrum arbitrãtur esse Deum, quasi formosiores sint nigri hoibus albis. Hinc quoque fit vt plurimum idola eorum sunt nigrore horrida; impuróq; oleo perfusa, supra

Bracheles gem Christe admittentur ei laudatur.

modum

modum olida: Visu verò adeo fœda, vt vel solus eorum aspectus terreat intuẽtem. Quibus omnibus quæstionibus satisfeci, prout eorum capere ingenium potuit. Cùm verò tandem suis eos verbis reuincere conarer, dicerẽque ipsis (quandoquidem veritatem scirent) vnum esse Deum, solúmque adorandũ, idcirco etiam Christianos esse oportere: respondérunt id quod multi nostrates solent: Quid nobis alij dicturi sunt, si sic, qui hactenus apud plebem floruimus gratia, auctoritate, & existimatione, per inconstantiæ leuitatem nostram legem mutauerimus? Vnde nobis ad vitam necessaria parabimus? Aliásq; inanes causas, vt filiis diffidentiæ mos est, nectebant. Vnicum Brachmanem inueni in quadam huius regionis vrbe non omnino ignarum literarum, quas in quadam celebri schola didicisse ferebatur: quapropter curaui excogitata via, hominem vt conuenirem. Cùm igitur ambo simul essemus, is mihi arcana quædam commisit. Primùm à ludi Rectore hoc agi, vt quos habiturus est auditores, iureiurando compellat, nunquam se ea quæ audituri sunt mysteria reuelaturos: quæ tamen propter amicitiam, quæ dudum inter nos contracta erat, minimè celauit. Quorum mysteriorum vnũ erat: ne vnquam profitentur adorandum esse creatorẽ cœli & terræ, qui in cœlis est: sed potius idola, quæ dæmonia esse sciebant. Sunt apud eos libri, in quibus mandata Dei scripta sunt: lingua verò quam illi in scholis docentur est veluti latina apud

Malorum excusationes.

Impium iuramentum.

Brachmanes Decẽ

præcepta tenent.

na apud nos. Hic mihi de memoria recitauit exactiſsimè 10. mandata,& quomodo vnũquodque illorum intelligatur,accuratè diſſeruit. Dies quoq; Dominicos,q doctores ſunt, ſeruant religioſiſsimè,quibus non pronunciant aliam orationem,niſi hanc,eámq; ſæpius: Oni ciri Marania noma.Hoc eſt : Adoro te Deus cum tua gratia,& auxilio in æternum. Dixit etiam mihi,vetitum ſibi eſſe lege naturæ, habere plures vxores:ſéque habere in ſuis libris, fore aliquando,vt omnes ſub vna lege viuant. Adhæc retulit in ſuis ſcholis doceri Magiam & incantationes . Quibus omnibus mihi cõmunicatis, poſtulauit ſibi à me viciſsim reuelari capita legis noſtræ,affirmãs ſe nemini dicturum vnquam.Cui ego reſpõdi,nihil ipſum à me auditurum,niſi pollicearetur ſe neminem celaturum.Cùm itaq; ſe promulgaturum recepiſſet,poſtulaui à Domino Deo,ea vt mihi ſuggeret verba , & ſermonẽ, quæ in ſacris literis pondus, & energiam haberent ſingularem.Primum igitur , enarrata ſunt illi hæc verba:qui crediderit,& baptizatus fuerit,ſaluus erit , Tum Symbolum , cui accuratam ſubiunxi explicationem : quod vt plenè intelligeretur,mandata quoque recenſui,propter ſummam eorum cum ſymbolo conſenſionem,quæ omnia ſua ipſe lingua diligẽter perſcripſit.Narrauit ſe vna nocte magno gaudio vidiſſe in ſomnis futurum , vt eſſet Chriſtianus mihi ſocius, & comes itineris : quamobrem voluit per me baptizari, ſed occultè , & nullis conditionibus:quæ

Dominicã die colũt

Oratio dominorum.

Erit vnus paſtor, & vnũ ouile.

neque

neque liberales erant, neque Christianorum moribus conformes, eius voluntati non parui. Cõfido tamẽ per Dei misericordiã, quòd absque vlla conditione baptismatis sacramẽto religioni nostræ initiabitur. Suadeo illi, vt simplices doceat adorare vnum Deum Creatorẽ cœli & terræ, qui in cœlis est: quod ille propter vinculum iurisiurandi, ne periurus à diabolo occidatur, facere non audet. Permulta adhuc vobis forent scribenda Fratres mei, ni me tẽporis excluderet angustia, ac aliò me multiplicia vocarent negocia: vnum duntaxat addam, nimirũ eorum qui hîc gentibus euãgelizant, tanta esse mentis solatia & gaudia, quanta non sit facile verbis exęquare. Versatur etiã inter nos quidam, qui haud infrequenter à Deo ea perfunditur voluptate, vt in has sæpè prorumpat voces: O Domine ne tot mihi in hac vita largiaris solatia: aut si per tuam inexhaustam bonitatem, & misericordiam ea dare vis, tolle me hinc ad tuam gloriam. Nam nimia est anxietas, vbi tam benignè creaturis te infuderis, tã procul à tuo cõspectu viuere. O si qui scientiis vacant, tãtum laborarent vt his quoque deliciis, & voluptatibus Deus eos aliquando dignaretur, quas non ærumnas sufferunt, vt vanam huius mundi sapientiam assequãtur. O si gaudia, quæ multorum animis oboriuntur ex rei alicuius nouæ indagine, illis prouenirent ex institutione proximi, operibúsque charitatis, dum alios ea docerent, quæ sunt ad salutem necessaria, ab ouili lupos arcerent, nus

Gaudium euangelizantium.

Cupit dissolui & esse cũ Christo.

Facit Deus vt voti compos euadat.

tantes,

tantes,aut lapsos iam à fide corroborarent, & erigerent:quantò alacriores,& paratiores essent ad reddendam Domino rationem,quã est exacturus,dicẽs: Redde rationem villicationis tuæ. Oblatiões quas hîc habeo,Fratres in Domino charissimi,præter cæteras, sunt frequens vestri memoria, consuetudinisque illius recordatio,quæ mihi vobiscum per magnam Dei misericordiam fuit. In qua quidem consuetudine nunc intelligo,& sentio quantam infoelix ego iacturã fecerim, qui ex tot, tantísque beneficiis,quæ in vos Deus abundantissimè profudit,tam parum vtilitatis reportauerim. Hæc tamen mihi Deus largitur beneficia per iuges vestras orationes,& assiduam mei memoriam,apud eum(dum me ipsi commendatis absentem corpore)vt dignetur mihi ostendere meorum multitudinem peccatorum, virésque & fortitudinem suppeditare,vt inter infideles versari perdurem. Quare cùm Deo gratias immortales, tum etiam vobis Fratres in Domino charissimi lõgè maximas ago. Porrò inter multa,quę Dominus dedit,dátque mihi quotidie beneficia, vnum illud maximum est,quòd videre mihi licuit nostram Societatem, legémque viuendi tandem aliquando Cardinalibus, & cõprimis Episcopo primæ sedis probari, ab eis stabiliri,& robur accipere: Sit Dominus per secula benedictus,quia visum est ei palam facere, id quod antè occultè seruo suo Patri Ignatio inspirauerat. Anno elapso scripsi ad vos sacrificiorum, missarúmque, numerum

Societatis confirmatio.

merum, quę apud Indos iussu Domini Ignatij fecimus. Factorum verò hoc anno numerum non teneo. Finem facio, Deum orans, vt qui ex tot nationibus per suam misericordiã nos coegerit, coactósq; in dissectissimas orbis plagas disseparauerit, iterũ nos iungat post hanc vitã in sua gloria. Quod vt obtineã in auxilium voco animas omnes sanctas huius regionis, quæ per me baptizatæ in sua innocentia ex hac miseriarum valle ad gloriã euolârunt cœlestem, numero plures quàm 1000. Has omnes oro, vt nobis gratiam concilient, per quam toto huius exilij tempore Dei sanctissimam voluntatem intelligamus, intellectámque totis viribus exequamur.

Ex Cochin 15. Ianuarij.
Anno 1544.

Vester in Christo charissimus
Frater.
Franciscus Xauier.

¶ EX LITERIS REVERENDI PATRIS Henrici Henriquez, missis ex vrbe Punicali 8. Id. Nouēb. An. 1550. ad Reuerēdum M.P. Ignatium.

Agit de nouorū Christianorum ad suos cōtribules conuertendos studio, magno baptizatorum numero, & eorum eleemosynis etiā in Gentiles nō sine fructu erogatis.

Sinus Piscariæ.

VPerioribus annis (Reuerēde in Christo Pater) de Christianis in sinu, cui Piscaria nomen est, degentibus, deq; suscepti negotij successu, multa ad te accuratè perscripsi, quæ omnia in hunc vsq; diem Dei beneficio in suo consistunt vigore, sumúntq; indies incrementa maiora prioribus, quā ad rē mirū in modum quorūdā huius regionis hominū diligentia, & probitas conducit, quibus per diuersa loca dispositis, curam exponendæ incolis fidei Christianę imposueramus. Nec dubito, quin tam multos aliquando hūiusmodi viros excitaturus sit Dominus: vt omnibus huius maritimę oræ angulis abundè prospiciatur, quos nō nisi prius omnibus fidei mysteriis abūdē institutos, multísq; in rebus perspectos, solemus in hanc arenam producere.

Iámq;

ſâmq; experientia didicimus nihil eſſe, quòd ſoliciti ſimus de locis his, quibus id genus hominũ præeſt. Tã ſunt rerũ diuinarũ ſtudioſi, tantámq; in formãdis ad pietatẽ Chriſtianorũ moribus operã conferunt, perficiúntq;, dũ ſuam ipſorum vitam rectè, atq; ordine inſtituunt: vt exemplo magis, quàm verbis, quod volunt perſuadeant. Nemo nunc eſt virorũ, ac mulierũ (ſenes excipio in quib⁹ ętatis vitio memorię vigor extinct⁹ eſt) qui nõ latinè ac memoriter Orationẽ Dominicã, Salutationémque Angelicam pronunciet: pręterea Symbolum Apoſtolicum Malauarica lingua (quæ his vernacula eſt) expreſſum pleriſque callent omnes, multi etiam plura his perceperunt. Ad hæc quotidie de fide Chriſtiana patrio ipſorum ſermone ſcribo, ac cõpono, quæ ſi quãdo me abeſſe contigit, vniuerſæ concioni viris quidem die Dominico, fœminis autem die Sabbati ex libris recitantur, ne quicquam eos lateat, quodnon ſine fidei, ac bonorum morum detrimẽto ignoraretur. Eſt in comitatu meo ſcriba quidã Indus à latere meo nunquam diſcedẽs, cuius præclarum ingenium, ac memoriam ſingulare non poſſum non admirari: aſſiduã certè mihi præſtat operam, ſiue per literas ſint admonẽdi Chriſtiani, ſiue dubiæ quæſtiones de quibus nõ rarò me cõſulũt in alterã partẽ definiendæ. Multi ſacramento pœnitentiæ ob inopiam ſacerdotum deſtituuntur, ſolus enim (tametſi nullum tempus à confeſſionibus audiendis vacuum ſit) tãtæ multitudini non

Punicatẽſium diligentia ad cõtribules ſuos conuertẽdos.

Latinas orationes ediſcunt.

viri Dominico, mulieres ſabbato docẽtur.

no sufficio, quod sine maximo animi mei dolore videre non sustineo. Illi qui ad hanc oram mittentur, paruo negotio linguæ cognitionem assequentur adiuti tum Grammatica arte, tum vocabulario satis locupletè à me super hac re edito. Disputationes inij hoc anno cum nonnullis Indorum, de quorum doctrina incredibilis erat omnium opinio, qui cùm inferiores ac conuicti discessissent, mirũ quantum roboris ex ea re animis Christianorum accesserit. Bona spes est populũ quẽdam interiora huius regionis incolentem cõsanguinitatis vinculo iam factum Christianis deinctum ab idolorum cultu propediem ad Christi fidem accessurum: quanquam nõ sine plurimis, ac maximis laboribus eorũ conuersio, ac instructio transigatur. Summa omnium plus minus viginti millium (vt audio) est. Oro vos per Iesum Christum: vt conatus nostros vestris orationibus adiuuetis.

Grammatica Malauarica.

Doctores Indi cõuicti.

Viginti milia baptizatorũ.

Gentilis quidam vnum esse Deum agnouit.

Vnus illorum nos iã ex vrbe Somnicoli est allocutus, vir profectò omnium, quos adhuc his in regionibus videre contigit, prudentissimus. Is antea quoque vnum se Deum coluisse memorat, ad cuius nõnullas interrogationes cum appositè (vt illi videbatur) respõdissem: coram recepit se Christianum fore. Sub id tempus accersiuit me: vt infantem suũ grauiter ægrotantem inuiserem, quem cùm adiissem, rogassémq; vellet ne animam agentem puerulum sacro baptismi lauacro in vitã æternam renasci? Cur (inquit ille) non fiat tanti beneficij particeps? Suscepit itaque sacrum

baptis-

baptiſma infantulus, ac eadē nocte migrauit ad Dominum. Nō ita multò pòſt, ipſe quoq; cum vxore, ac altero qui ſupererat filio, etiā baptiſmi ſacramento renatus Chriſtianus effectus eſt, vnáq; mecum hîc Punicali docendi munere ſtrenuè fungitur. Miſimus ad Collegia Societatis noſtrę, quę Goæ, & Cantani inſtituta ſunt, primariorū huius maritimæ oræ virorum filios, qui vbi redierint, non parum conatus noſtros ſua authoritate, integritatéq; promouebunt, præcones & ipſi doctrinæ Chriſtianę futuri. Circa valetudinariū ſuperioribus annis inchoatū, omnia (laus Deo) ſe habent optimè, eſtq; admirationi nō Chriſtianis tantum, verumetiā Mauris, ac Indis, qui vno ore omnes tam piū ac ſanctū opus laudibus ad cœlū efferunt. Diligentiā enim, ac pietatē erga ægros illorum, qui in eo curantur, priuſquam vidiſſent, ne cogitatione quidē aſſequi poterant. Curā ędium ſacrarū primoribus vrbium cōmiſimus, tū etiā in eos animaduertendi, qui graue aliquid commiſerint: quàm id rectè ſucceſſus proſperi indicārūt. Equidē verbis exprimere nō poſſum, q̄ magnū expectamus ad quiduis efficiēdum ex fauore procerū præſidiū. Plurimi Chriſtianorū iam eò progreſſi ſunt, vt poſsint de fide interrogati, ſingulorum rationē reddere, nōnulli etiā nihil dubitant cū Ethnicis diſputationes ſuſcipere, victóſq; ad manus dandas cogere. Gratulor indies magis, magíſque regionibus iſtis, de dono fidei quod Chriſtus Ieſus ipſis pro immenſa ſua bonitate dignatus eſt largiri.

Collegium ſtudiorum Cantanēſe.

Valetudinarium extructum.

Pietas in pauperes Ethnicos monet.

ALIA EPISTOLA P. M. Gaſparis Belgæ ad fratres ſuos Societatis Ieſu, &c.

¶ Profectionem Goam verſus narrat.

Pax Chriſti &c.



Vperioribus literis complura rerum Ormutinarũ, quæ potui breuitate, pſtrinxi: nũc etiam ſuccinctius, quæ dũ ab Ormutio cũ duobus Patribus iuſſu P. M. Franciſci Xauierij rediens in Iaponiam beneficio Dei cõtigerũt, recenſebo. Opinor id fieri, vt in Chinam aliquando traiiciam. Nam vt ſcribit P. M. Franciſcus, ita meſsis ibi cõſtituta videtur, vt fructus inde longè vberrimus colligi poſſit. O fratres chariſsimi eſtote mihi auxilio in habendis Deo gratiis, qui fecit miſericordiam cum ſeruo ſuo, & deſiderium meũ adimpleuit. A longo ſiquidem tempore me neſcio quibus occultis ſtimulis vrgeri, ſpiritúmque meum eò ferri ſentiebam. Cùm Ormutio diſcederem, nullum non mouebãt lapidem, vt me retinerẽt, noſtrũq; diſceſſum impedirent: ſed Dominus liberauit me à laqueis venantium. Soluente igitur claſſe, Galeonem (quem vocant) conſcendi, in quo erãt 600. perſonæ. Dum autem ad optata nauigamus loca, tanta tempeſtatis oborta eſt vis: tantiſq;

Aarũ alij, alij honores veniũtur: hic vero multo labore animas.

Ingens Mauris tẽpeſtas ob peccata forſitan orta.

tantísque naufragij periculis obnoxia fuit nostra nauigatio, vt minimo minus ab interitu abesse videremur. In eo enim itinere, quod 15. diebus plerumq; absoluitur, licet menses duos consumpseramus: attamen in magno illo, grauíque periculo ipse me erexi, & solatus sum, causam coniectans, cur diuina prouidentia in eas nos angustias sineret venire. Postquam verò Mercatam appulimus, in mediis campis suggestum componitur, ex quo bis concionẽ habui. Vltimo die causæ tempestatum memor, in peccata inuectus, præterquam quòd mulieres à peccandi cõsuetudine abduxeram, iísque viris quorum ad id vsque tempus fuerant concubinæ iunxeram matrimonio, collegi etiam vniuersos, qui se mutuò graui prosequebantur odio, inimicitiásq; gerebant, quibus reconciliandis ita incubui, vt demum amicitia omnes inter se iungerentur, carcerésque soluerentur. Erant inter illos equites duo, qui cùm mutuis confecti essent vulneribus, & ad paupertatem redacti, propter homicidia, aliáque id genus facinora, quæ etiam suorum seruorum opera aduersum inuicem patrabant, ad postremum amicos effeci: qui sanctè iurârũt, publicè manibus missali admotis, se nũquã pacis, amicitięq; iura violaturos.

Concubinæ in vxores vertũtur.

Grauesmi litum inimicitiæ cõponũtur.

Inde verò vela faciẽtes imus Rumos, Christianos, Christianę militiæ ascriptos expectatum: ibíq; semel concionatus sum militibus, & tribunis in ampla domo Maurorũ. Dominicis festísq; diebus semper ad eos bis sermonẽ habebã, qui in vnã è nauibus se colligebãt,

Rumi Turcæ sunt.

ad quam tubis manè, à prandio verò ad doctrinæ Christianæ explicationem euocabantur. Sub vesperum Litanię, diebus autem Sabbatinis Salue Regina canebatur: cui spiritualis statim in Christi laudem subiungitur antiphona. Dium tandem venimus, vbi bis concionatus sum, qua ex re multorum inimici animi sunt reconciliati, fructúsque insuper alius non pœnitendus est subsecutus. Malis quæ inter illos gliscebant, occurrebamus tẽpestiuè, quorum ratione complures ad Mauros nostra fide abnegata confugiebant. Legentes autem hanc oram venimus Bazainũ, vbi bis concionem habui, reperiq; vnum societatis nostræ collegium, in quo erat P. Melchior Gonzales, qui cùm morti vicinus sit, idq; (vt nonnulli suspicantur) propter venenum, quod illi porrectum erat haustum, vestris precibus commendo. Magna sanè iactura, quia insignis erat in vinea Domini operarius. Inde cũ fratre Antonio, qui est ex tertio ordine S. Francisci, discessi, vt quos ad Christi fidem in his partibus conuertit, & templum quod ex Pagodo in monte excisо Deo consecrandum curauit, viseremus, vbi & sacrum feci. Occurrebant autem nobis obuiã Christiani supplicationis in morẽ, tubis clangẽtes & magno iubilo: Deus sit benedictus. Haud quaquam ignauus in vinea Domini fuit hic religiosus præsbyter operarius. Orate igitur pro illo, atque etiam hoc nomine, quòd amicus est Societatis maximus.

Dium.

Bazainũ.

Quidã tertij ordinis D. Frãcisci strẽnus in vinea dominі operarius.

Inde pedestri itinere imus visum Pagodũ quoddam,

quoddam, vocatum vulgò Canarin, rem planè prodigiosam. Vrbs ipsa in monte incredibili labore, & arte cum suis numerosis viculis, & plateis excisa scalpris ad hoc amplius censtum ad ciuium vsum cisternis ornata.

Vrbs stupendo labore scalpris in rupe excisa.

Inde Zarã discessimus, vbi P. Melchior Gõzales templum magnum erexit. Habet suos etiam Christianos, qui etiam nos cum supplicatione exceperunt, vbi in vnum coëuntibus Christianis concionatus sum. Hîc ipso Omnium Sanctorum triremem quę me expectabat, Caulanum iturus conscendi, nonnihil hęsi in itinere, vt viderem aliud Pagodum in rupe excisum, quod propter magnitudinem, multitudinémque statuarum frequentabatur à plurimis, atq; adeo Vlissiponense templum magnitudine vincit. Erat inter eas statuas vna triceps, quæ cæteras incredibili mole superabat, tribus insuper tibiis, totidémq; manibus, sed vno tantum corpore monstrosa, ei nomẽ est Pagodus Elephantis. Inde discedẽs veni ad hoc nostrum Goanum collegium, in quo modò habito. Ibi inueni P. Melchiorem Nunezium, quem rogaui, vt concionarivelit, quod non segniter aggressus, auditores sancto quodam ardore inflammauit Orphanos, dum vacat, doceo, quos & canere dum sacrũ celebro, curaui: quo finito veste linea indutus suggestum ascendens, tanto populi concursu sum concionatus, vt templum non caperet. Fuit quoque institutum, in gratiam piorum quorundam religiosorum nostri ordinis amantissimorum, vt concionarer in S. Fran-

Vrbs stupendo labore scalpris in rupe excisa. Christianorum erga suos pastores studium.

Idolũ Elephãtis triceps.

ciſco: Pater verò Melchior Nunezius in ſummo templo meo in loco ſufficeretur. Die Veneris ſub veſperam de pœnitentia concio habetur, qua finita complures videas terga ſibi flagris concidentes, tantúſq; eſt populi concurſus: vt exiſtimem, cùm templum non ſit omnium capax, neceſſarium fore, vt concionnes in medio inſtituantur foro.

Goæ. 1553.

Veſter Gaſparus.

ALIA EPISTOLA R. P. Gaſparis Rectoris collegij Societatis Ieſu Goæ in India, ad R. P. M. Ignatiũ, eiuſdem Societatis Præpoſitum generalem. Anno 1553.

Varia circa Indica littora vſq; ad Maluccæ loca & arces, collegia, Societ. & Chriſtianorũ numerum indicat.

Gratia, & pax Chriſti. etc.

MEnſes ſunt propè 14. ex quo Inſulam Ormutium reliqui, euocatus literis R. P. M. Frãciſci, vt in laponiã, cũ ea, quæ primò ſuſciperetur nauigatione, proficiſcerer. Et quoniam ſex primis menſibus eò nauigari propter anniuerſa-

anniuersariã ventorum ac maris tẽpestatem nõ poterat: qui huius collegij Rector erat, me hortatus est, vt dum commoditatem nauigãdi expectamus, his in rebus, quę ad institutum Societatis nostræ pertinent, me occuparem. Cùm itaq; cõcionibus ad populum habendis, eiúsq; confessionibus audiendis, nec non aliis id genus piis operibus vacare cœpissem: tantus Dei beneficio ad eum populum rediit fructus, quantam morum mutationem in huius gentis hominibus nemo vnquam mortalium meminit accidisse. Sed de his P. Emanuel Fernandez plenius coram, qui eodem loci à P. M. Francisco accersitus, vbi permulta, ac præclara diuino adiutus auxilio patrauit, nunc præter omnem expectationẽ ex insula Iapon feliciter est reuersus. Iaponensium aliquot secum abduxit in Lusitaniam, ad te Reuerende in Christo pater primo quoque tempore mittendos, vt ad eas aliquando regiones maiori cum virtutum incremento, gregi dominico vtiliores reuertantur. Cæterum (R. P.) Licet ego mihi meę imbecillitatis conscius, sciam me viribus meis onus multis partibus impar sustinere: attamen cùm certo certius sit, nullum esse Deo acceptius obedientia, suíque ad alterius arbitrium submissione sacrificium, verbis facilè consequi haud possim, quàm ardenti desiderio cupiã me tũ Christi obsequio, tum proximorũ saluti, cuius quoq; nobis mãdata est cura, deuouere. Abiit P. M. Frãciscus duobus sibi ex nostræ societatis adiunctis in Chinã regionẽ longè amplissimã, vtpote, quę

Maximus Euangelij fructus

Iapponenses in Europã mittuntur.

Nihil Deo acceptius obediẽtia

Quã late pateat Chinarum regio.

rarum regio.

ex vna parte mari Schytico abluitur, ex altera Tartariam dicitur attingere Maiorem. Duos præterea in Iaponem misit, illius regionis linguæ operam daturos, vt eò accedentes, quos à te mittendos putamus Patres, ac fratres, possint liberius commodiúsq; opera fideli interpretum Euangelium populis illis annunciare. Magnã spem concepimus fore, quòd propediem, diuina adiuuante misericordia, tum in Iaponem, tum in Chinam nobis accessus patefiet: quo desideriorum nostrorum, solam Christiani nominis propagationem sitientes, facti compotes, vtraq; gens ad veram Dei cognitionem adducta, à dæmonum liberetur cultu. Apud Ormutium subrogatus est Pater Gonsaluus, cum alio fratre, qui circa conciones, confessiones, aliáq; pietatis opera, magno cum fructu se exercet, vt ex literis, quæ illinc ad te mittentur, prolixius cognosces, in quibus multa etiam de harum regionum situ describuntur. Arcem quæ in Ormutio est, Turcæ hoc anno obsedêre, quo tempore nec bene merendi de proximis, nec patientiæ patribus defuit occasio: verùm iam obsidio soluta est, quod quemadmodum acciderit, vobis illos significaturos putamus. In arce Bazaino, quæ in finibus regni Cambaiæ sita est, agit Pater Melchior Nunezius cum tribus fratribus, nec mediocres sunt fructus, quos indigenæ, & Lusitani tũ ex concionibus, tum ex studio, atque officio fratrum erga se percipiunt. Ibi Collegium est societatis redditibus annuis, qui in vsus eorum,

Turcę Ormutiũ obsident.

Cambaia.

Collegium Societatis Bazinẽse.

rum, qui ad fidem Christi quotidie veniũt, insumuntur, magnificè dotatum. Inter cætera autem, quæ plurima in communem vtilitatem ordinauit, præcepitq; P. M. Franciscus, nõ postremũ est: vt pueros indigenas in collegiũ nostrũ adsciscerem us, qui in eo tres, quatuorue annos in Christiana doctrina eruditi, morũmq; honestate formati, ipsi quoque ad Gentiliũ animos à pernicioſa superstitione ad Christi fidem traducendos vtiles alias quando esse possint. In Tanaa templum habemus satis amplum Deiparæ Virgini sacrum. Est autem Tanaa magna vrbs Insulæ Zalzettę nuper Maurorum multitudine frequentissima, ipsáque, & arx Bazain exiguo interuallo dirimuntur: ibi agit Pater Frãcisc us Henriquez cum alio quodam socio, quibus hoc studio est, vt ad verum, ac syncerum Dei cultum, & fidem barbarorum animos inducant. In Dio metropoli regni Cambaię aliud quoque Lusitanorum propugnaculum visitur, in quo degit P. Antonius Gomesius cũ vnico socio concionũ suarũ, quibus plurimũ pollet aculeo in animis auditorũ relicto, multis existit ad Deum verũ posthabito idolorum cultu cõuertendi occasio. In Cocin ciuitate regni Malauari, quæ Imperatori Cãbaxin paret, arcẽ quoq; statuerunt Lusitani, in qua cœptũ est extrui collegium Societati nostræ hoc anno Dei gratia perficiẽdum, cui præest vnà cum fratre Pater Antonius Eredia. Vterq; aũt dũ pręter ea munia, ad quę vo ti sacramẽto obstringũtur, nulli parcũt operæ in

Templum virginis in Tanaa.

Dion.

Cocinum.

Aliud Collegium Societatis Cocinense.

re in ſedula puerorũ inſtitutione: incredibile eſt, q̃ vberẽ ſterile alioqui ſolũ proferat frugũ meſſem. Inſula Seilã ambitu ſuo 300. miliaria cõtinet, maxima in ea Cinamomi, malorũ aureorũ, cæterorũq; copia eſt: Coelũ tenue, purũque, ac propterea ſalubre, & vt vno verbo cõplectar, tota adeo amœna, & ad voluptates comparata, vt credãt incolę paradyſum alibi nõ fuiſſe. Habet in ea Rex Luſit. caſtella cõplura præſidiis firmata, in quib⁹ agit P. Emanuel Moralez, qui Proregis Indiæ paucis abhinc diebus, literis inuitatus, vnà cũ Legato Regis Seilã viro ampliſsimo, ac in fide Chriſtiana probè à nobis ſuperiore anno inſtituto, eò profectus eſt, tentaturus animũ Regis, num & ipſum poſsit Chriſto lucrifacere. Verùm quamuis pius P. nullis non ſe offerat laboribus, vt illius loci barbarorũ aĩos per diligentẽ Chriſtianæ fidei inculcationẽ à dæmonũ cultu auertat, auerſósq; eodẽ relabi prohibeat, nec minimã liberis eorundẽ inſtituẽdis operã impẽdat, adiutus à Fratre noſtro Diaz: Rex tñ cũ ſe in hoc vſq; tẽpus (neſcio q̃ malo genio) difficilẽ nimis durũq; exhibuerit, ſedulo conatui nõ par reſpõdit ſucceſſus. R. P. Nicolaus Lãcilotus agit in arce Caulã cũ duobus ſociis, moderatúrq; loci illius Collegiũ, quod Cõmorinorũ cõcurſu eſt multò celeberrimũ. Eſt aũt Cõmorin prouincia ſinui maris expoſita, in qua, ac toto illo tractu maximus eſt Chriſtianorũ numerus, & (vt audio) ſupra 60 milliũ. Horũ Neophytorũ fidẽ cõfirmãt: ac cæteris, q̃ vel catechumeni ſunt, vel nõdũ ad

Seilani Inſulæ ambitus. Cinamomum.

Arx Caulan. Collegiũ ſocietati celeberrimum. Cõmorini

fidem

fidē animū adiecerūt, operas ſuas nauant P. Enriquez, fratréſq; alij duo, quib⁹, vt regioni illi maritimę cōmodius hac ratione ſuccurratur, alij duo in auxiliū ſubmittētur. Incolis Chriromandel, quæ regni Biſnagę ciuitas eſt, Euāngeliū annūciauit S. Thom. à quibus extremo quoq; ſupplicio affectus martyrij coronā cōſecutus eſt: cōtráq; opinionē eorū, q corpus Apoſt. trāſlatū credūt, totus fere hic populus illud apud ſe eſſe aſſerit, cuius rei nō obſcura argumēta adferūt. In ſepul. Apoſt. inuentū corpus ſatis amplū, ac procerū, ſuauiſſimū de ſe odorē ſpargit, q̄d magna in hodiernū vſq; diē veneratiōe ab oībus colitur. Sepulchrū verò in ruþe exciſū eſt in q̄ & ſanguineas cernere eſt maculas, & crucē in eo exſcultā, quēadmodū videre eſt in ea, q̄ ad vos miſim⁹, hui⁹ ſepulchri imagine. Huic rei fidē quoq; faciebat ipſe ciuitatis Præfectus, lignū oſtēdēs incredibilis magnitudinis, q̄d Apoſt. dū viueret, è lōginquis regionib. ad locū, in q̄ palatiū Regis extruendū erat (Archio vocāt) mari miraculosè aduexiſſe ferūt: cuius ligni ea eſt vaſtitas: vt ne boū q̄dē copioſa multitudine loco moueri queat. Ex eo ligno (quod hoc ipſum Indi religiosè admodū cōſeruēt ac venerētur) fabricatā ad te crucē ac ciſtellā miſi. In hac ciuitate agit Pater Cyprian⁹ cū altero quodam Societatis fratre, qui ætate iā effęta (60. enim, vt noſti, excedit annum) iuuenilē retinet animum, inuictum ſe præbens ad oēs labores: vt & Indos ad purū Dei cultū traducat, ac in officio retineat Chriſtianos.

Chiromādeli. S. Thomas creditur martyrio coronatus.

sepulchrū S. Thomæ.

Monſtroſum lignū

Malacca

Malacca Malacca vna est ex ciuitatibus regni Mala-
Malagiorum ciuitas. giorum, populosa admodum, quæ cum toto regno paret Imperatori Xantanę, cuius imperio tria alia quoque subiecta sunt regna, nempe Cyon, Patanez, & Achenos. In ea arcem habent Lusitani, ad quam è Iapone, China, aliísque maris Scythici circumiacentibus insulis, necnon è Malucis naues commeantes, appellere solent. Ibi collegium est societatis, in quo magno cum incolarum fructu versantur P. Nicolaus, Franciscus Perez, & alter quidam è nostris fratribus. Ea loca superiori anno complures infestabant barbarorum exercitus; qui cum ipsis hoc anno agatur, nondum accepimus. In insulis Malucis à quibus Garyophilum aduehitur, complura sunt, locísq; munitissimis collocata Christianorum propugnacula, magnúsq; in iis locis Christianorum numerus, apud quos agit P. Ioannes Beyra, cum tribus aliis, quatuórue societatis fratribus, qui se totos iis impendunt. Plurimum eis molestiarum exhibent perpetuæ illius regionis pluuiæ, tum Indorum, Mauro rúmque conatus impij, quibus fratrum nostrorum cœpta subuertere moliuntur. Magna sunt, & stupenda, quæ apud illos edit Deus suæ omnipotentiæ argumenta, quibus & suam gloriam mirum in modum commendat, & dæmonis arrogantem impotentiam reuincit. In Amanguci ciuitate clara insulæ Iaponensis agit P. Cosmas Torrez cum altero quodam è fratribus nostris. Recentius ex ea nihil allatũ est, quàm quod à Patre M. Francisco

Garyophilum in Maluchũ nascitur.

Perpetuæ pluuiæ.

Amãguci.

Franciſco accepimus. De habitantibus in Sina tantum id ſcribo, quod fertur homines eſſe prudentes, iuſtitiæq; cultores, & qui dè veritate, præ cæteris ſibi cognita (vt autumant) plurimum glorientur. Certus ſum in ea regione vrbem eſſe à Iudæis habitatam: num & alios aduenas habeat, mihi adhuc incertũ eſt. Aiunt vna ex parte ad Germaniam vſq; pertingere: verum propter frigoris vehemẽtiam ea loca nulli hactenus ſunt ſatis (quod ſciam) explorata. Negociandi gratia ad vrbes maritimas ſæpè coeunt, reliquarum gentiũ commercia ſpernunt. De cæteris à Patre M. Franciſco certiores fiemus, quanquam nihil magni ab eo hoc anno expectamus: quandoquidem (vt taceam longiſsimam nauigationem) ſex menſium iter illi terra faciendũ eſt, priuſquam ad Regiam Imperatoris Chinæ perueniat. Multę ſunt prouinciæ, quæ operarios deſiderant, quarum incolis magna poſſent Societatis Patres vtilitatem, ſi adeſſent, adferre: ſed deſertæ ſunt (proh dolor) propter operariorum inopiam. Nouit Deus quî angar, quòd æquiſsimis plurimorum petitionibus, quibus non raro nos ſolicitant, ſatisfacere non poſsim, illorum præſertim, apud quos Beati Apoſtoli Thomæ extant haud obſcura Chriſtianæ religionis veſtigia: multi indies defectu euangelizantium pereunt, ſed potiſsimum in inſula Zocotora, quæ non procul à freto maris rubri, quod Dameca dicitur, ſita eſt. Hęc ſunt ferè quę de Patribus Societatis per Indias diſperſis ſcribenda

Chinẽſes, qui & Sinenſes, natura prudentes.

China ad Germaniam vſque vel ſaltem Tartaros dicitur pertingere.

Vtinã nõ idẽ in Europa accideret.

Zocotoræ ſitus.

benda habui,qui aliquot millibus milliariorũ ab inuicẽ diſiuncti, nõ aliter quàm literarum beneficio rerum ſuarum inter ſe communicationem habere poſſunt: verùm Domino Deo cura eſt de nobis,qui qua eſt clementia, animis noſtris tãtas addit vires:vt labores omnes quantũuis graues eius nomine ſuſceptos,pro leuibus ducamus.Goa habet in circuitu 6.miliaria,& qua parte Regnũ Idalſum ſpectat cõtinẽti cõiũgitur,varias habet circũ ſe quib⁹imperat inſulas.Plurimi in ea Chriſtiani noui ſunt.Frequẽs admodũ populo eſt,totiúſq; Indię facilè prima,atq; ideo ſedes Proregis,aliorũq; hui⁹ regiõis adminiſtratorũ, nec nõ ipſius Epiſcopi. Eſt in ea Societatis noſtrę collegiũ, in quo 30.ferè ſcholaſtici Societatis habitant, ac ſacerdotes 4.quorũ duo vnà cũ claſſe Proregis, quã contra Turcas Ormutiũ obſidẽtes inſtruxerat,profecti ſunt non ſine maximo fructu,vt ex literis Filij Proregis cognoui.Nullũ enim tẽpus à cõcionibus,cõfeſſionib⁹,aliis q̃ plurimis,quæ exigebat,locus, tẽpúſq; piis operibus vacuũ illis erat.Prętер hos 30.alios 20. pluréſq; ad diuerſa Collegia dimiſimus,poſt varia humilitatis,& charitatis ipſorum ſumpta experimenta . Sed pauci cùm ſint his in regionibus iis ingenij dotibus præditi , qui ceruicem ſeueriori Chriſtianæ diſciplinæ ſubdere velint:non ita numero fœcundus eſt ſocietatis grex:quod parum idoneos recipi expedire non videtur. Quotquot hîc degunt ex noſtris , paratiſſimi ſunt quibúſuis laboribus,& periculis pro Chriſti no

Goæ deſcriptio.

Idalſum regnum.

Collegiũ Goenſe.

Bellum in Turcas.

Promptitudo laborantibus in vinea Domini neceſſaria eſt.

sti nomine se obiicere, quæ animi ad labores promptitudo,ac alacritas omnibus hîc agentibus imprimis est necessaria.Continuum nobis cum Turcis,Mauris, & Indis bellum est, nulla vnquam pax,nullæ induciæ. Et quoniã hęc regio nõ tyronibus tantum, sed & veteranis plurimum facessit negotij, in quo quanta sit cuiusque virtus, ilico claret,idcirco homines impigros,industrios,ac in multis, magnísque rebus versatos, spectatósque desiderat. Habemus pręter collegium scholas quoque publicas,ad quas promiscuè quosuis admittimus:nec minus discipulorum nostrorum modestia, quàm præceptorum doctrina pueros Indicos iuuari experimur: Benedictus sit Dominus Deus.Nã cum videam ex collegio hoc tanquam ex quodã seminario plurimos,ac maximè idoneos nõ ita multo post tẽpore prodituros fidei disseminatores,quæ mea spes est,& fiducia de bonitate diuina,breui arbitror opus non fore ad has regiones conuertendas ex Europa mitti operarios de nostra societate.Sẽper huic Collegio opus est septẽ,pluriúmue sacerdotũ opera,tantũ est Goę occupationũ,cõfessiones dico,cõciones,inimicitiarũ abolitiones,aliáque sexcenta id generis opera:quæ res faciunt,vt incredibilis sit incolarum erga Societatem propensio,& beneuolentia,summa expectatio,maxima apud omnes patrum, fratrúmqꝫ authoritas. Vtinam illorum de nobis opinioni respõdeamus,atqꝫ tãti nos faciat Deus,quãti hic populus. Ad sacerdotiũ neminẽ nostrũ promo-

Scholæ publicæ.

Seminariũ Indię.

Goensium erga patres spirituales affectus.

promouemus, cuius virtutem, eruditionem, in laboribus perferendis patientiam perſpectam non habeamus. Habitant intra parietes collegij noſtri quamuis diſtincto à fratribus loco pueri circiter 100. indigenæ omnes præter paucos quorundam Luſitanorum filios. Hoc nouum examen (ſic enim appellare lubet) gubernat, ac moderatur P. Paulus, homo laborum, ac moleſtiarum patientiſſimus: duo illi adiuncti ſunt ſocij, cum quibus hanc prouinciam partiatur: curabitur à nobis ſedulò, vt perpetuus ſit hic puerorum numerus, quibus poſt triennium, quo legere, ſcribere, ac piè viuere diſcent, liberum erit quodcunque vitę genus amplecti, illíſq; de idoneis ſuſcepto vitę genere magiſtris à collegij Rectore prouidebitur, qui non prius illorum curã deponẽt, paterna interim erga illos in omnibus pietate, ac ſolicitudine vtentes, quã ad eam ætatem peruenerint, in qua victũ ipſi ſibi, honeſta aliqua ratione parare poſsint.

Nõ quiuis ad ſacerdotium admittẽdus.

Tertiũ collegiũ Goense.

Præterea placet & tertium erigere Collegiũ, in quo alij 70. pueri, ſed orphani alantur, non ſine delectu omnes, ſed in quibus non obſcura virtutis, ingeniíque indoles reluceat. Hos omni diligentia, omníq; ſtudio, primũ virtutis, deinde literarũ tam prophanarũ quàm ſacrarũ cognitione excolemus, vt his præſidiis inſtructi, laboranti Societati auxilio ſint, vel tãquam ſocij, vel tanquã ſubſidiarij: alij vt aduerſus infideles militent, vel vt alia quauis ratione his regionibus ſuccurrant. Nonnullis etiam vbi ſacris initiati fuerint, diuerſas

sas prouincias describemus, vt illarum curam agant, idololatriam exterminent, fidem Christianam inuehant, stabiliántq;. Porrò ad hoc opus Lusitanorum filios potissimum delegemus, ac Indorum eos, quos cæteris ingenij acrimonia præstare cognouerimus, qui in altero illo collegio (cuius proximè meminimus) erudientur. Iam 40. summæ spei adolescentes, qui magno vsui sunt patribus, ac fratribus nostræ Societatis habeo delectos: incedunt cãdidati, cruce rubea pectus insigniti. Cæterũ R.P. vt hæc quidem pro re nata, atq; adeo (vt nobis quidẽ videtur) necessitate excogitauimus: ita quoq; sententiæ tuæ expectamus calculum, quo si institutum nostrum probaueris, diligẽter id obeamus, sin tãquàm minus aptum accõmodatius suggesserit aliud, illi incombamus toti. Thesaurũ illum indulgentiarũ, seu iubilæũ, quem superiori anno à summo Põtif. nobis, atq; his regionibus impetrâras, Goę promulgaui, idẽ cæteri Societ. Patres, ac fratres pIndiã dispersi singuli apud suos factitârũt. Nullã puto vnquàm iubilei promulgationẽ hac fructuosiorẽ fuisse. Totã nãq; ciuitatẽ, atq; adeo Indiã sęua vitiorũ tyrãnide oppressam sic excitauit, & erexit, vt profligatis sublatisq; grauioribus sceleribus, noua huius vrbis facies videatur, tum quę secutæ sunt cõciones ad hanc morũ emendationẽ stabiliendã plurimũ momẽti habuerint. Et quanquã nõ defuerũt, qui operi tã pio sese opponere ausi sint: tamẽ eorũ conatus vsq; adeo nõ obfuit, vt plurimi piis accensi desideriis huius beneficij

Candidati crucis effigie signati.

Iubilei frũctus maximus.

Aethiopiæ Rex Prætoianus.

ficij multò vberrimè participes sint effecti. Scribo ad te R.P. mores, erroréſq; quibus infecti sunt Æthiopes ij, qui Pretoiani imperio parent, omnia quidem quàm fideliſsimè, & vt relatu quorundam Luſitanorum, qui hoc ipſo anno inde venerant, rem ſe habere cognoui. Apud eos noſtrum nomen iam innotuit, per quendam Alexinum, quem ego aliquando in his regionibus commorantem, de rebus fidei pleniſsimè inſtruxi, hic Regi à conſiliis eſt. Dedi ad Regem literas, quibus rogo, vt poteſtatem mihi faciat eundi in Æthiopiam, vt Luſitanis, qui in ea verſantur, aliquam preſentia mea opem feram: quorum, vt eſt, ſi opes ſpectemus, ſplendidiſsima conditio, ita ſi animos vitiis irretitos, æterna manet gehennæ afflictio: quin etiam vltrò illi meam operam obtuli, ad ipſos quoque, ſi illi ita videretur, iuuandos Æthiopes. Aiunt Regem erroribus, qui partim Ethnici, partim Mahometani, partim Iudaici ſunt, valdè addictum: tametſi animo ſit in Luſitanos propenſo admodum, & beneuolo, ſpero ad voluntatem animi reſponſurum. Ad Luſitanos quoque inibi habitantes ſcripſi, ſperare me fore, vt liceat cum ipſis reliquum vitæ meæ tranſigere, quia etiam ſola occaſione futurum dicunt, vt ſine vlla mora non modò Rex me ſit accerſiturus ad ſe, ſed complures ad montes vſque Æthiopiæ obuiam miſſurus, qui me non procul à Mazua portu ſcilicet ad rubrum mare expectabunt. Oro te Reuerende in Chriſto Patre (niſi aliud in Do-

Mixta æthiopum religio.

Mazua portus ma ris rubri.

mino

mino expedire magis videatur) vt mittas mihi succeſſorem, liceátque mihi per te in eas regiones proficiſci, ibíque reliquum meæ ſenectutis exigere. Video enim mercedem non mediocrem, & præmia ampliſsima iis omnibus propoſita, qui circa rem omnium longè difficillimam, ſimul ac laborioſiſsimam (exſtirpationem dico errorum animis Æthiopum inſitorum) deſudabunt. Vitam id genus hominum agit duriſsimam, & adflictionibus corporis aſperrimam, carnibus crudis veſcitur, beluarum in vniuerſum mores non hominũ tenet. Confido tamen vbi ſemel iis purius Euãgelicæ veritatis lumen affulſerit: ad vitã humaniorem, Chriſtianíſque dignam traducendos. Et quandoquidem oblata eſt occaſio mihi proficiſcendi in Iaponiam, & Chinam; præſagit mihi animus Dominum Deum, quadragenariam meam ætatem hiſce regionibus conſeruare, quod ipſum quoq; omnes augurantur fore, vt hoc onus humeris meis imponatur. Ipſe verò penuriam ibi fidelium operariorum, naufragiáque animarum grauiſsima mihi proponẽs, percupio ſanè quibuſuis laboribus, ac ærumnis pro Chriſti nomine me obiicere: det perficere, qui dedit velle: veruntamen in Chriſto Pater tuum conſilium eſto, apud te enim tanquam iumentum factus ſum. Vale. Goæ prid. Id. Ianua. Anno 1553.

Cur labo rioſiſsima in Aethiopia expeditio.

Carnibus crudis veſcuntur Aethiopes.

T. P. Filius indignus Gaſpar.

DESCRIPTIO RITVVM & morum quæ in insula nuper inuenta ad septentrionalem plagam Iapan nuncupata seruantur.

AD Septentrionalem plagam haud procul à China versus Orientem reperierunt Lusitani mercatores Insulam, cui nomen Iapan, eiusdem prope cum Italia altitudinis: fines vero habet amplissimos, qui in longitudinem 1800. in latitudinem 900. miliaria patere dicitur. Qua ex insula Calend. Maij quidam industrius planè vir, ac prouidentissimi hominis præ se ferens personam, ad nos venit, qui vt erat mysteriorum fidei nostræ cognoscẽdorum auidissimus, sic quoq; breuissimo tẽporis interiecto spacio tantos fecit progressus, vt non modò fidem amplecteretur Christianam, sed & in S. fidei collegio Goensi non ita diu agens, legere, ac characteres Occidentalium more, formare didicerit, atq; nonnulla fidei nostræ præcipua capita in maternã trãsfuderit linguam, in quibus perlegendis assiduè versatur. Orationi, & meditationi vacãs, Iesum Christum ardentibus inuocat suspiriis. Tanta probitate insignis est, eáq; morum honestate venerandus, ac suspiciendus: quanta pro dignitate nunquam dici possit. Quo tem-

Lõgitudo, et latitudo Iapaniæ.

pore

pore apud nos fidei rudimenta discebat, interrogatus à me mores, ac patrias leges, vt exponeret, quamuis illorũ superstitionibus non esset imbutus: haud grauatim tamen quę comperta habebat, ita mihi reuelabat, vt ex vulgari hominum sententia magis loqui, quàm ex illorum disciplinis, institutæ narrationis ordinem sumere videbatur. Quia tamen huius narratio multa cognitione dignissima continet: dabo operam, qualiscunq; sit, vt primo quoq; tempore ad te mittatur, donec veritate per P. Franciscũ Xauier explorata, qui Giapan petiit, certius aliquid scribere valeamus. Imprimis itaq; Giapanica Insula, eius est quam prædiximus longitudinis, vnius Regis imperio tantummodo subiecta, viros principes habet simillimos ducibus, comitibusue 14 quorum vno moriẽte, qui primogenitus est, hęreditatem adit cum dignitate: cęteris verò, si qui sunt, fratribus tot cedunt oppida, quot ipsis honestè alendis sufficiant, ita tamen vt semper obedientiam maximo natu præstent fratri, eúmq; velut clientes patronum obseruent. Inter hos principes qui minimus est, decem millia hominum bellatorum conscribere potest, reliqui aut 15. aut 20. aut 30. millia. Rex, illorum lingua, Voo dicitur, qui nobilissima omnium familia progenitus, suam stirpem cum aliis gentilitatibus non sinit permisceri. Hic Voo, quod nobis Pontifex Max. esse videtur: propterea quòd non in religiosos solùm, deorúmq; ministerio dicatas personas, quorum in illis partibus ingens est numerus,

Iapaniæ vni regi sub 14. ducib⁹ paret.

Minimus prìncipũ decẽ milia bellatorum cõscribere potest.

Voo Rex, & Pontifex.

merus, verùm etiam in populares, profanósque homines potestatem exerceat. Quamuis autem absolutam retineat authoritatem, meróque polleat imperio: nunquam tamen per se bellum gerit, nec in facinorosos alioqui homines animaduertit. Omnem rerum eiusmodi curam Gozo cuidam (sic enim illis, qui apud nos Imperator est, appellatur) committit, qui totius insulæ gubernacula, & imperium administrat. Dum Gozo Regem inuisit, altero in terram genu flexo, caput ad dimidium tibiæ Voo in signum reuerentiæ, atque honoris admouens submittit. Gozo hic, cui & belli gerendi, & iustitiæ administrandę cura mandata est, magna nobilium virorum turba, ducum exercitus, & armatorum multitudine stipatus est. Huius etiam tanta est potentia, vt Voo tum imperio, ac dignitate, tum etiam vita (si facinus admissum talem mereatur animaduersionem) priuari possit.

Imperator Gozo, subest Pōtifici.

Diligentissimè minores obediũt maioribus, eósque obseruant religiosè obiustitiam quam summam exercent. Peccata æqualia esse opinantur, parique pœna adfligitur is, qui decem basaruchos subripuit cum eo qui ducatorum aliquot sublegit millia. Porrò quod ad potentissimi Regis Voo genus viuendi pertinet: id ferè sic sese habet. Vnicam matrimonio sibi mulierem iungit, crescentísque lunæ initio ab vxore seiunctus, cibis abstinere incipit ad quindecim continuos dies: semel de die idque moderatè admodum cibum sumit: lectioni, contemplationi, & orationi intentus, vestitu albo,

Iniqua lex.

Voonis mira viuendi ratio.

albo, ingentiq; corona redimitus, perfectũ lu
nę incrementũ operitur. Vbi decrescere luna
cœperit: ad consuetam viuendi rationem re-
siduis 15. diebus redit, atque vxori cohabitat,
quo tempore venationibus, aliisque voluptа-
tibus vacat. Si verò coniunx antequàm trice
simum expleuerit annum vitam ad mortem
commutauerit: aliam in eius locum ducere
potest. Quòd si tricesimum annum excesse- *Vidualis*
rit: toto reliquo vitæ suæ tempore castè, ac *castitas gẽ*
religiosè viuere debet, nec priusquam vxorẽ *tilis pœna*
duxerit, aut illa superstite cum alia consuetu- *tificis.*
dinem habet. In illo hominum genere præ-
ter 14. illos quos dixi principes, sunt eque-
stris dignitatis viri innumerabiles, quemad-
modum apud nos mercatores, cæterorúmq;
hominum multiplices dignitates, & ordines.
Vnica plerumq; contenta sunt vxore, quæ si
cum altero deprehendatur in adulterio: mo- Pœna a-
rem hunc atque legem mordicus seruãt, vter- *dulterij.*
que simul vt perimatur. Nam si alterutro vi-
uente alter fuerit trucidatus, viro in ius vo-
cato, mortis sententiam in illum pronunci
ant. Si neutrum interemerit, ignominiæ sibi
maritus notam inurit sempiternam. Præte-
rea mulier si in criminis suspicionem veniat,
nec tamen rea peragi possit, à marito in pa-
ternam domum remittitur sine vlla viri in- *Infamatæ*
famia, qui aliam deinde ducens, priorem mu *ignomi-*
lierẽ ea relinquit turpitudinis infamia nota- *nia.*
tam, nemo vt eam matrimonio velit digna-
ri. Illustres illius insulę viri filios suos, vbi ad
septimum vel 8. peruenerint suę ętatis annũ,

coenobiis includunt ad septimum decimum aut vicesimum vsque annum, quibus in locis legere, characteres formare, atque etiam diuinas res edocentur, vt sic bonis imbuti artibus, & ad alendam familiam, gubernandámq; rẽpublicam reddantur aptiores. In illa insula tria religiosorum hominum genera reperiũtur, qui in coenobiis monachorum nostrorũ more habitant, nonnulli in ciuitatibus, alij etiam ruri, aut in pagis. Qui in ciuitatibus versantur, nunquam vxores ducunt, ex eleemosinis viuunt, comam, & barbam radunt, vestibus oblongis, laxísque manicis vtuntur. Hyemis tempore cucullum gestant, reliquo anni spacio nudo capite incedunt, vno in loco omnes comedunt, crebra statáq; per annũ habent ieiunia. Religiosi isti animalibus nullis vescuntur, hoc se facere asseuerantes: vt corpore macrescente peccandi voluntatem funditus eradicent: quod abstinentiæ genus religiosorum omnium illius insulæ cõmune est, intempesta nocte somnum abrumpentes, ad dimidiatæ horulæ spaciũ psalmodiæ, ac precibus incumbunt: quo transacto lectum repetunt, quiescentes vsque ad lunæ horam, tunc iterum de lectulis surgentes varias recitant orationes, quod ipsum etiam oriente sole, & meridie, & vespertino tempore obseruant religiosæ, & vt nos, ad Angelicam salutationẽ, dum signum datur, vniuersa multitudo ad genua prouoluta leuatis in cœlum manibus (vt etiam apud Christianos fieri consueuit) suas preces fundunt. Sæpenumerò ad populũ ingenti

Illustrium filij in monasteriis Instituũtur.

Monachi Gentiles.

Videntur olim fuisse christiani.

Cucullati.

Ieiunia.

A carnib⁹ abstinent.

Media nocte orant.

Æris soni vt ad orationem excitant.

Genu flexio.

ingenti confluentem multitudine concionã-
tur:quem etiam,sui ploratus exemplo, ad la-
chrymas prouocant. Vnum Deum creatorẽ,
ac conseruatorem rerum omnium prædicãt:
Purgatorium quoq;,infernum, & paradisum
confitentur,aiúntq; tam bonos, quàm facino
rosos locum pœnarum , id est purgatorium
subire:sic tamen vt ab inuicem seiunctos,bo-
nos quidem locum,vbi Deus sit,petere, ma-
los, ac perditos in tartara demersos cum dæ-
mone habitare arbitrentur,quem vt in malos
animaduerteret,Deus misit in hunc mũdum.
Huiusmodi religiosi honestissimè viuere di-
cuntur,hoc vno dẽpto,quòd ob multos pue-
ros,quos in monasteriis instituunt execrandi
cuiusdam vitij insimulentur , quamuis casti-
tatẽ publicè summis efferentes laudibus gra-
uissimum illud scelus esse confirment. Om-
nes ad talos vsque nigras vestes habent de-
missas,nullum admittunt,qui nõ vel medio-
criter in virtutibus sit exercitatus . Est &
quoddam sacerdotum genus , quod vestibus
cinericij coloris amictum,magnis se præcin-
git funibus , vxores non ducit , quibusdam
etiam fœminis veluti monachabus eodem
habitu cœnobia parat , contiguis prope-
modum ædificiis . Ait plebs istiusmodi sa-
cerdotes monialibus istis consuescere,nec ta-
men proles procreare:quòd remediis conce-
ptum impedientibus vtantur.Hi licet impe-
riti sint,atq; à trecentis extiterint annis:pre-
ces tamen fermè cæterorũ more fundũt, nisi
quòd mares vnum teneãt templi latus,alterũ
verò

Vnũ Deũ Paradisũ infernum & purgatoriũ credunt.

Dæmones tortores malorum credunt.

Castitas.

Aliud genus sacerdotum.

verò moniales, certáque ferant ieiunia.

Tertiũ genus ostendit de ditum.

Tertium genus est eorum qui nigris indu ti vestibus, grauissimis pœnis sese torquent: ter oraut, mane, vesperi, & sub mediam noctẽ.

Imagines

Omnes istorum omnium religiosorum preces simillimæ sunt. Idolis vtuntur ligneis, ac deauratis, imaginibus quoque depictis, quas habent in pariete.

Vnum Deum colũt.

Vnum Deum vniuersi adorant, quem Doniche patrio sermone nũcupant: aliquando vnum corpus formantes, tribus capitibus insigniunt, tunc Cogi nomi nant.

Trinitas.

Non ignorare videntur Doniche, & Cogi idem esse quod apud Christianos Deum, ac Trinitatem. Narratur insuper iucunda de homine, qui apud illos sanctus habetur, historia: aiunt enim trans Chinam Occidentem versus, regionem esse Cegnico vulgò dictam, in

Origo religionis Iaganum

qua Rex erat Gioibondarnus, cui vxor fuit nomine Magabonina. Regi dormienti, per somnum visum est, puerum clamantem se audire, ac verba hæc sępius iterantẽ: Rex vxoris ventrem ingredi debes. Rex vniuersa cõiugi prout gesta fuerant, aperit: mirantur, & obstupent, quo factum est, vt amplius vnà nõ versarentur. Circa id ferè temporis Regina

Xagua propheta gentilis.

cum nullo mortalium, vt credebatur, rehabita, grauida fit: post nouem menses puerum, cui nomen Xagua in hanc lucem edidit, vitalem, sed matri in ipso partu exitialem. Quãobrem Rex infantem Reginæ sorori educandum tradit. Postquam infantem Regina enixa fuisset, inusitatæ magnitudinis serpentes isque alati, super puerulum volutasse, supérq;

eum

eum ex ore aquæ magnam vim effudisse ferunt. Post trimestre spacium erigens se puer, & stans, tres passus progressus est, & altera in cœlum elata manu, altera ad terram depressa, sic fatus est: Ego vnicus in cœlo, vnicus sum in terra. Hic annum natus decimumnonũ, cùm vel inuitum pater ad matrimonium compellere vellet, humanę conditionis miseriamper pendens, ac secum diligentius examinans, vxori noluit commisceri, sed clam de nocte arrepta fuga, montem altissimum, desertúmque conscendit. Quo in monte postquam in asperrimo vitæ genere perduraſſet sexennium: descendit tandem, & magno animi ardore, nec minore cum eloquentia plurimas ad Ethnicos habuit conciones. Tantæ sibi integritatis, & virtutis breui tempore conquisiuerat nomen: vt & perres ipsum esset abolitas dissuetudine leges reuocare, & nouam adorandi Dei rationem commonstrare. Discipulorum, qui ipsius erant sectatores doctrinæ, eiúsque viuendi institutum sequebantur, ad octo millia habuit. Horum aliqui Chinam ingressi leges, & colendi Dei modum incolis proponebant, quos & dicto citius propter magistri celebritatem in suam sententiam pertraxerunt, vt & omnia idola confringerent, & Pagodos (quos vocant) quibus sacrificare consueuerant, contererent prorsus.

Xaguano uas leges condit.

Idola demolitur Xagua.

Inde progressi, postquam in Iapanicam insulam peruenerunt, eadem quæ dixi designant, effectàque reddunt, vt etiam

etiam nunc apud Sinas,& Iapanes videre sit, haud secus quàm Romæ cõfractorum signorum partes. Xagua iste vnum Deum fabricatorem omnium esse docuit, atque eo quo iam diximus modo exsculpsit trũcum tribus capitibus insignem. Idem quinque præcepta seruanda præscripsit: Primum, non occidendum: Secundum, non furãdum: Tertium, nõ fornicandum: Quartum, vt non iis de rebus soliciti sint, moestitiáque conficiantur, quibus nullum potest remedium adferri: Quintum, iniurias condonandas. Multa alia deviratibus, & vitiis, atque moribus, quibus homines cuiuslibet conditionis prædíti esse debent, volumina conscripsit. Sæpius ieiunandum esse præcepit, multúmque Deo corporis afflictiones gratas esse contendit, & seruandis peccatoribus perneceſſarias. Interrogatus, num in eiusmodi prouincia aliquo venerentur baptismatis genere: respondit, infantes vt primum in hunc lucem prodierint, exemplo Xaguæ lauari, quem (vt superius diximus) serpentes natum lauerunt. Si quis verò nõ lotus decesserit: grauissimè peccasse infantuli parentes credunt: affirmant insuper religiosos, quos dixi, viros ægrotantes inuisere, consolari, ac vt testamento extremam volũtatem declarent hortari. Quod si periclitari de vita decũbens coeperit, alterius vitę bona in memoriã reuocãt: de terrenis rebus anxius ne sit monent: quandoquidem vana esse omnia conspiciat. Vbi extremum claudserit ægrotus diem, supplicatione instructa, psal-

Quinque præcepta.

Ieiunia. Afflictio corporis

Baptismi gentilium

Ægrotorum visitatio, & ad mortẽ præparãdi modus.

pſallentes funus in monaſterij cortem depo-
nunt, continenter à Deo, vt peccata ei cõdo-
net, precantes. Pauperes, ac diuites ſine diſcri-
mine gratis & officiosè ſepeliunt, imò igno-
miniæ ſibi notã inureret ſempiternã, qui vel
minimũ quid mercedis nomine acceptaret.
Quòd ſi defunctorũ parentes aliquid eleemo-
ſynæ nomine offerant, non recuſant. Vſurpãt
præterea in iſta Iapanenſiũ regione afflictio-
nis eiuſmodi genus, nimirũ quòd poſt centũ
dierum à cibis, & re vxoria abſtinentiam, va
ſtas ſyluas, horridáque nemora ingrediuntur,
multis referta Pagodorum delubris religio-
nis cauſa, quæ ab aliquibus etiam aſperrimæ
vitæ Eremitis incoluntur. Multi his in locis
clamores, multæ voces exaudiuntur, multi
quoq; videntur ardentes ignes. In huiuſmo-
di ſylua viginti quinque dies commorantur,
nec plus orizæ, qua vitam tolerent, ſumunt,
quàm vola manus continere poſsint ter, &
quidem aquam bibunt tantummodo. Poſt 25.
dierum ſpacium qui per loca deſerta magno
numero vagantur (vt facilè etiam millena-
rium expleant numerum) vnum in locum
conuenientes, coram Pagodo aliquo, totius
anteactæ vitæ crimina, alta voce, illorum v-
nuſquiſque flexis genibus confitetur, reliquis
omnibus miro ſilentio auſcultantibus. Vbi
confeſsiones fecerint, manu Pagodo admo-
ta, ſe omnes ſacramento, & iureiurando a-
ſtringunt, nulli vnquàm mortalium quæ au-
dierint, patefacturos ſe eſſe, deſerta illa loca
cùm primum reliquerint. Toto pœnitentiæ
tempo-

Mortui ſepeliuntur gratis.

Corporis afflictio horrenda

Eremitæ aſperrimæ vitæ.

Dæmonũ illuſiones.

Confeſsio totius vitæ publica.

tempore,neque dormiunt,neque veſtes exuunt. Lineis autem veſtibus aſperioribus vtũtur,arctius præcincti abſque calceis,nudo capite incedunt,nunquam penè quieſcunt , eo quòd totos dies in nemore circùm montem oberrantes ſupplicationis in morem conſumãt.Cùm ad deſtinata ſua loca peruenerint: aliquantulum quieſcunt , ingentem pyram conſtruunt corpus calefacturi.Præceptorem habent à quo tum in oratione tum afflictionibus ſuſpiciendis inſtituuntur . Quietis tempore ſi quis neceſsitate ſuperatus obdormire cœperit,à magiſtro bis fuſte percuſſus excitatur.Si quis lãguore correptus proſequi neQuiuerit iter cum reliquis,à ſociis derelinquitur,omni ope deſtitutus cæteris pergentibus,diſperire cogitur. Quòd ſi extremũ ante alios diem illorum aliquis clauſerit,obruunt cadauer lapidibus.Schedulam affigunt baculo in terram defixo,in qua ſcriptum eſt.

Religioſa crudelitas

Epitaphia mortuorũ

Hic iacet N. ciuitate vel oppido . N.oriundus. Tabellam vnuſquiſque de collo dependentem geſtat,in quo nomen tum hominis, tum patriæ exaratum continetur . Dum per iſta loca deſerta vagantur:monſtra quamplurima,lemuréſq; cernunt,ſuæ peregrinationis comites duntaxat,vt cùm centum fæpenumerò ſint,ducenti interdum videantur , nuDemones merentùrq;.Tunc eos omnes intuens magiſodales. ſter,vt videt nonnullos tabulam è collo depẽdentem non habere:ſubſiſtere omnes contiDonichus nuò iubet,ac ad Doniche,qui ipſis Deus eſt, Deus. orationem conuertens , petit à tali ſocietate

ſe ſuꝑ

se suôsque liberari, quam credunt esse dęmoniorum, qui hominibus se familiariter adiũgentes, ita hominis imaginem præ se ferunt, vt adolescens vnus, duo appareant, & vnus Petrus, duo, absque vlla vnius ab altero differentia. Postquam verò orare incipiunt iuxta præscriptam sibi à præceptore formam: omnia omnino euanescunt dęmonia. Homines isti, postquam tempus afflictionis expleuerint, sic macie confecti remanent, vt & propter coloris pallorem mortem ipsam præ se ferant. Quòd verò vestes non exuant, neque hoc tempore corpora lauent, pro comperto habetur. Domum, plurimis oppidanis, qui & illorum vestes magna cum veneratione deosculantur, redeunt comitati. Sunt in istis regionibus multi venefici, & sagæ, qui licet apud simplices magno sint in precio: nihilominus tamen apud prudentiores vilissima eorum est existimatio. Maximi quoque inter hos fiunt Astrologi, quòd plurima rectè prędicunt. Annales more nostro conscribit istud hominum genus, quod vt in moribus, & ingenij acumine quàm simillimum est nobis, sic & nostram in multis viuendi rationẽ & consuetudinem imitatur. Vir hic qui mihi harum rerum iam scriptarum est auctor, si quis alius, præstantissimo, acerrimôque est ingenio. Opere, verbisque confirmat se odio habere peccatorum varietatem, quam inter Christianos esse deprehendit.

Venefici.

Astrologi

Annales.

Ingeniosi, vt Europæi.

Existimat Iapanenses vniuersos libentissimè Christianam fidem amplexaturos esse,

Prophetia Iapanensium.

esse, si qui ad illos venirent Christiani: quod scriptum suis in libris habeant, vnam omnium mortalium legem aliquando futuram, quam etiam hoc nomine tanquàm perfectiorem expectant ad se deferendam. Cùm autem fide nostra meliorem aliam inuenire possit nemo (vt etiam libenter agnoscit, & confitetur Iapanensis hic) fit vt maxima se affici delicat voluptate, quod arbitretur, in maximis Dei donis illud reponendum esse, posse videlicet modum excogitari, per quem Christianæ legis præcones in Iapaniam transmittantur. Quanuis autem vxori alligatus sit: comitem se tamen Patrum, qui eò profecturi sunt, futurum pollicetur ad duos, quatuorue annos: imò eis semper se ad futurum affirmat, donec Christianæ fidei optima iecerint fundamenta in illa prouincia, atque idoma perdidicerint. Regionem illam saluberrimam esse

Tēperies Iapaniæ.

confirmat, sed ventosam adeo, & nonnunquā terremotibus tātis obnoxiam, vt prosternantur in terram homines.

Alimentis abundat.

Fructibus cuiusuis generis abundat, nec minus auibus, & metallis affluit, quàm Europa. Rari ibi serpentes. Syluestrium animalium ferocissima est natura, cuiusmodi sunt Cerui, Apri, Lepores &c. Vino carent, verùm Zitum ex Oriza

Zitum potus.

conficiunt, vt Belgę ceruisiam quam vocant. In syluis facilè vuæ syluestres, & abundè reperiuntur, quibus vesci consueuerunt. Orizā cum brassica comedunt, & pisces: panis vsum habent nullum, sed eius vicem Oriza subit, vt etiam in India. Tritici granum vtcunque suppetit.

suppetit. Gallinæ non desunt, nullum tamen animal domi enutriunt. Refert in illa prouincia ducem quendam esse in cuius vexillo depicta cernitur ingens crux, & hoc illi suæ familiæ peculiare insigne est, quod vsurpari ab aliis est capitale. Vniuersum Iapanensium genus antiquo more receptum habet suas preces fundere, vt pij quidam faciunt Christiani, coronis (quas vocam?) & rosariis, quique legere norunt, preces horarias secum habent, nostris persimiles. Qui coronam tenentes orant, ad vnumquodq; signorum orationem recitant, duplo nostra dominicali prolixiorem. Illorum corona 108. spherulas continet. Rationem numeri spherularum interrogatus: respondit à doctis viris affirmari, homines centum & octo modis peccare. Quare ad singulorum expiationem peccatorum orationem quam non intelligant (quòd peregrina lingua scripta sit) recitant, vt nos latinè oramus. Matutino tempore dum surgunt, nouem proferũt verba, ac duobus dextræ digitis elatis (vt Christiani facere solemus, cùm nos signo crucis munire volumus) nouem se crucibus signant, quæ Beati Andreæ crucis similes sunt, quibus propugnari se à dęmonibus credunt. Eorum religiosi castitatem, paupertatem, & obediẽtiam vouẽt, ac profitentur, qui antequam recipiantur in familias huiusmodi, in humilioribus officiis, operibúsque exercentur. Isti populi, quòd sub eodem quo nos constituti sint tertę quasi cingulo, colore etiam sunt albo, eiusdem nobiscũ

Gallinæ.

Vexillum crucis habent Iapanenses.

Spherulis precariis suas preces numerant.

Ratio huiusmodi precum.

Orant lingua peregrina.

Signant se signo crucis D. Andreæ.

Vouent religiosi castitatem, paupertatem & obedientiã.

Humilitas

Naturæ & mores legesq; Iapaponensium.

proceritatis, prudentes, nobiles, virtutis amatores, disciplinarum studiosi, doctos maximoperè venerantur, & suspiciunt. Quod ad pacis in repub. conseruandæ, bellíque gerendi rationem pertinet, nostri persimiles sunt, & in familia gubernanda: in hoc tamen vno dissimiles, quòd ius verbis, non libellis dicant. Itaque expedita apud illos, & seuera est iustitia, adeo vt famulus Dominum afficiens cõtumelia, vel alia quauis leui iniuria lacessens, ab illo possit ilicò trucidari, nec vicissim vlla ratione in herum animaduertatur. Amplissimum verò dignitatis gradum, primogenitus hæreditario iure sibi vendicat. Si liberos ex vxore non susceperit, proximus succedit agnatus, quod cæteri quoque istius prouinciæ principes facere consueuerunt: Tyrannidem in subditos principes non exercẽt. Quòd si bello inuicem contendere cœperint, nec in gratiam mutuam sponte redierint, Gozo authoritatem suam interponit, pacémque conciliat. Si verò pertinax aliquis iubenti Gozoni non obedierit, conscripto milite, eiusmodi principem aggreditur, priuat imperio, atque interdum etiam vita: non tamen ob id illius sibi dignitatem vel bona vsurpat, quin potius illi concedit, cui iure obtigisset, si princeps ille communi morte defunctus fuisset. Infamis est, qui cùm vxorem habeat, ad aliam quamuis mulierem accedit. Orant Iapanenses, eleemosynas erogant, peregrinantur, à cibis abstinent vt veniam peccatorum cùm viuis tum mortuis consequantur,

Ius scriptum reijcunt.

Ius iniquũ infamulos

Primogeniti ius.

Gozonis authoritas in principes dissidentes.

Adulter.

Orationes

Eleemosynæ.

Peregrinationes.

quantur, idque in anno sæpius: de die prandent circa meridiem, vt nos, quorum tamen abstinentia multò est nostra grauior.

Preces pro defunctis.

Religiosorum opes, & mores.

In istius insulæ monte 5. millia religiosorũ virorum habitant, qui & ditissimi sunt, & famulis abundant, optimisque domibus, ac indumentis. Castimoniam sic tuentur, vt ad tertium lapidem nec mulier, nec aliud fœminini generis possit accedere. Mulier vbi peperit, dierum 15. spacio neminem attingit: 40. verò diebus abstinet â templis. Ancillæ parturientes, ab aliis alia in domo seiunctæ habitant, quod etiam faciunt menstrui tempore. Qui illas toto illo tempore contigerit, immundus creditur, debétque lauari iuxta legem Mosaicis contentam libris. Mulieres tenuioris fortunæ, si multos procreauerint ex se filios, occidere consueuerunt natu posteriores, ne calamitosam eos vitam ducere videant, quod scelus animaduersione apud illos caret.

Mulier ad partu immunda.

Immensa crudelitas in proprios infantes.

Aiebat ante quingentos annos (alij plures etiam addebant) idola fuisse comminuta, cùm in regno Cegnicensi, ex quo per Chinam, & Tartaum Iapaniam venitur, tum in insula ipsa Iapanensi, idque doctrina Xaguæ illius præscribente. Infernum esse credunt, quo impiæ peruenientes animæ variis cruciatibus, vt perpetuo igne, aliisque tormentorum generibus torquentur, excruciantúrque: hoc etiam illis qui in purgatorio constituti sunt vsu venire contendunt, quòd in hac vita dignam sceleribus pœniten-

Infernum.

Purgatorium.

tiam non egerint, nec inde exituras adseue-
rant, quoadusq; ab omnibus maculis ex pur-
gatæ subuolent in cœlum. Cœlorum indige-
nas Angelos esse volunt, qui ex alia quadam
elementorum materia constantes diuinæ ma
iestatis contemplationi vacent, quos insuper
hominum custodes esse affirmant, cuius in
rei testimonium depictas Angelorum ima-
gines de collo appensas gestant. Prolixas in
Dei laudem preces fundunt, contemplatio-
nis omnes, sed præcipuè Religiosi auidi sunt,
qui toto quo Dei laudes cantant tempore, al-
tare circumeunt, campanis populum conuo-
cant ad conciones audiendas, peragenda sa-
cra, communes preces fundendas. Aliquo ex
hac vita migrante, funus candelis accensis co-
mitantur, donec aut sepeliant, aut in rogum
coniiciant. Leges ac libri peregrina lingua, &
à communi multum discrepante, conscripti
sunt, vt latino apud nos. Interrogatus num
sacrificiis vterentur, respondit, certis quibus-
dam diebus sacerdotes sacris operari, præser-
tim tamen illorum præsulem, qui certis ve-
stibus indutus templum petit, actum præ-
sente vniuersa multitudine thus adurit super
aram, cum foliis, è quibus suauis odor exha-
lat, atque simul orationes decantat. Horum
templa criminis alicuius reus si salutis causa
ingrediatur, inde à lictoribus extrahi non
potest, quantumcunque graue sit ac exe-
crandum admissum facinus: fures tamen
nequaquam ibi sunt turi. Multis sanctos-
rum, sanctarúmque imaginibus sculptis, de-
pictísque

Cœlum.
Angelorũ materia.
Angeli Deum contẽplantur.
Angeli custodes.
Contemplatiui.
Altaria.
Cãpanę.
Candelarũ vsus in curãdo fu nere.
Thuris incensum.
Templa ad silum.
Pœna furtum.

pictisq; diademate superposito, atque micantibus radijs eorum abundant templa. Quanuis autem vnum Deum adorent omnium, quæ extant, rerum fabricatorem, sanctos nihilominus deprecantur, qui pro sua salute intercedant. Mulierem insuper depingere solent infantulum intra brachia tenentem, quã vocant Quaneuoa: ad hanc tanquam patronam communem in omnibus calamitatibus, confugiunt, quo pacto Christiani beatæ virginis auxilium inuocant. Nullam historiæ, aut viræ huius suæ sanctæ mulieris rationem reddere hic homo potuit. Cibis quibuslibet hoc genus hominum vescitur, nec circuncidituR. Quare verisimile est illi regioni Euangelicæ veritatis lumen olim affulsisse, & vel propter peccatorum tenebras extinctum esse, vel per impostorem aliquem, qualis Mahometus veritati tenebras esse offusas. Porrò dum huic exarandæ epistolæ intentus sum, venit ad me Episcopus quidam Armeniorum, qui his in regionibus quadraginta annis versatus est, ac retulit Armenos in ipsis nascentis Ecclesiæ primordiis disseminaturos Euangelicam fidem, Chinam ingressos fuisse, ac ad Christum conuertisse. Quantò præclarius mererentur illi de Ecclesia Dei, qui pro hominum salute nullos refugientes labores, vastam in hanc plagam fidei lumen inferrent, quàm qui per vniuersam Europam in sacerdotiis (vt metuendum est) luxuriantes talento quod à Christo acceperunt, in terrã defosso, neq; suç, neq; aliorũ cõsulunt sa-

Imagines sanctorũ. Vnum Deum colũt, sanctos honorant & inuocant.

Imago virginis.

Patronæ peccantissimum.

NB. Peccata, lumen Euangelij in his regionibus delenisse per impostorẽ videntur.

Multi in Europa talenta sua in terra defodiunt.

Paulus Sã ſtdius hui⁹ narratio⁹ is author

luti? Meſsis ſanè copioſiſsima eſt, ſed idoneis deſtituta operariis. Neminem terrere debeat diſtantia, qui etiam ſibi mandatam eſſe proximi curam, & ſalutem intelligit. Quamuis enim Roma Iapanam vſque iter ſit 8. millium leucarum, ſalutis tamen animarum gratia labores, & pericula pro Eccleſia Dei adita quiuis delitias eſſe perſuaſum habere debet. Si Deus voluerit, Franciſcus vnà cum Paulo huius narrationis authore, aliiſq; duobus Iapanenſibus Chriſtianis, & tribus Societatis noſtræ fratribus, circa Aprilis initium ſe ad Iapanenſem nauigationem accingent. Poſt biennium intelliget R. T. omnia quæ in ea inſula ad gloriam Dei perfici poterunt, fauente Chriſto Domino noſtro, qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum. AMEN.

NONNVLLA EXCERPTA ex epiſtola Reuerendi P. Magiſtri Franciſci Xauieri præsbyteri Societatis Ieſu in India Præpoſiti Prouincialis, ād Reuerendum P. noſtrum Magiſt. Ignatiū de Loiola, Præpoſitū eiuſdem Societatis generalem. Anno 1553.

Gratia

Gratia, & pax. & cæt.



ITERIS menſe Februario à me miſsis Reuerende in Chriſto Pater, certior factus es de meo ex Iapponia reditu in Indiam, déque relictis Amanguci nobili illius inſulæ ciuitate, Patre Coſma Torres, ac altero quodam fratre noſtro in gratiam, tam eorum qui recenter ad Chriſti fidem venerant, quàm aliorum plurimorum, qui ad eandem indies acceſſuri videbãtur. In ea vrbe quæ à Goa quidem 400. à Roma autẽ vt nauigatione cõficitur amplius 6. millibus leucarũ abeſt, iam (Dei gratia) domus eſt Societati noſtræ deſtinata. Sexto ab hinc die tres Societatis fratres Goa proficiſcentes iter verſus Sinar, Regiam vrbẽ ingredientur, Regio eſt ampliſsima, incolas alit ingenioſos admodum, literis deditos, & in his probè (vt accepimus) verſatos. Nobilitatem doctrina metiuntur, qua, qui plurimum pollet, inter eos nobiliſsimus eſt, ac præcipuæ apud omnes authoritatis. Præſagit nobis animus fore, vt Chriſti cultus per vniuerſam Chinam (ſic enim Sinarum regionem vocãt) propagetur, magnámque omnes de diuina erga hunc populum miſericordia ſpem conceſimus. Habe quæſo (reuerende Pater) tã in Iapania relictos fratres, q̃ nos qui in Chinã profectionẽ paramus, apud Deũ in tuis orationibus commendatos. Duo imprimis neceſſaria ſũt patribus qui in Iapõ ad inſtruẽdos in fide chriſtiana incolas mittẽtur, ac iis potiſsimũ q

Amanguci ab vrbe Roma diſtat ſex millibus leucarum.

Sinar Regia vrbs Sinarum.

Quid requiratur ad Iaponẽ ſuũ cõuerſionem.

ad ſtudiorum altrices vrbes ituri ſunt: vnum eſt vt hominum iniurias negligant, ad eáſque perferendas longa patientia earum animus quaſi obcalluerit, & in ſui cognitione verſati ſint; denique in omni virtutum genere excellant. Nam vt taceam inſulæ frigora, maxima eſt etiam frugum, ac aliorum vitæ ſubſidiorũ penuria. Non conſueuerunt in lectis ſomnũ capere. Alienigenas pro nihilo ducunt, eos præſertim qui pium, ac ſyncerum Dei cultum inuehunt, idque tantiſper dum ex tenebris (quibus inuoluti ſunt) emergant. Graues illis ſuſcitabunt moleſtias, ſuperſtitionis ac idololatriæ propugnatores, quos patrio vocabulo Bonzos vocant. Alterum eſt, vt ſint egregiè eruditi. Sic enim crebris Iapo-

Frigus ingens.

Alimentorum, & lectorũ inopia.

Bonzi.

Dialectica opus eſt.

nenſium interrogationibus facile ſatisfaciẽt: proderitque plurimum, ſi in Dialecticorum præceptis ſint diligenter verſati. Nam Iapo-nenſes nihil ita malè habet, nec iniquius ferũt quicquam, quàm ſi repugnãtia in diſputationum congreſsibus renunciantur admiſiſſe, in quas anguſtias argumentorum vi facilè compellet is, qui mediocriter duntaxat Dialecticis præceptis eſt imbutus. Iuuabit etiã Aſtrologiæ ac naturalis ſcientiæ partes habere cognitas. Etenim de cœleſtium orbium motu, de ſolis Eclypſi, de incremento ac decremento Lunæ, de generatione aquæ, niuis, pluuiæ, grãdinis, tonitrui, fulguris, cometarum, multa ex nobis anxiè inquirunt, quorum explicatio magnum habet momentum ad animos vulgi conciliandos. Eſſent meo quidem iu-

Aſtrologia.

dicio

dicio regionibus his vtiliſsimi,tũ Flandri,tũ Germani,quorum in itinere hoc eorum eſſe debet ſtudium , vt Hiſpanicam linguam ſeu Luſitanicam ita percipiant,vt rectè pronunciare diſcant,nec id illis erit difficile,quandoquidem ne duorum quidem annorum ſpatio iter illud confecerint. Aiunt è China in Heruſalem pedeſtri itinere poſſe tranſiri , quod ſi ita eſſe comperio,ſtatim perſcribam,tèque accuratè,& de itineris longitudine , & de tẽpore intra quod confici poſsit, certiorem faciam.&c. Anno 1553.

Germani & Flãdri apti iudicantur ad conuertẽdos Iapanenſes. Quãto tẽpore iter in Iapaniam conficitur.

¶ P. IGNATIO ALOIOla, Generali Societatis Ieſu, .1554.

Fœlix B.P. Frãciſci mors, *miracula & quorundã clara narrantur martyria.*

Pax Chriſti.& c.



VPERIORI menſe Ianuario anni Domini 1554. de ſtatu rerum Indicarum, item de iis quæ diuina bonitas,per ſocietatis alũnos, his in locis operata ſit, ad T.R.dedi literas:nunc verò ex multis pauca perſtringam,quæ inſpiratione Dei ſingulari contigerunt Indis,ex quo tempore M.Gaſpari,piæ memoriæ loco , Indiæ partem adminiſtro.Sed priuſquam inſtitutam narrationem aggrediar,facturus mihi

operæ

operæpretium videor, si prius nonnulla de præclaro M. Francisci obitu describam. Cùm igitur esset in portu quodam, cui nomen San Choam, conuenit cum quodam nauta Chinẽ si, vt nauigio in ciuitatem Cantaniam veheretur, qui trecẽtorum aureorum pyper, quòd eleemosinæ nomine acceperat, pro naulo erat numeraturus. Fecit id quidem libenter atque mercatori vniuersum pyper trãscripsit, ob præsentissimum in quo ambo versabãtur, cuique sese obiiciebant, vitæ discrimen.

P. Francisco 300. aureos numerat p naulo ad Sinas vehendus.

Lege enim apud illos cautum est, vt hominũ quisquis inuexisset externum, mulctaretur morte. Verùm tanta erat huius Patris charitas ac pius animarum zelus, vt tametsi compertissimum haberet sibi subeundos esse vel perpetuos carceres, ærumnas, captiuitates, vel exquisita dęmum mortis supplicia: tamẽ hęc ipsa pro nihilo duceret, modò destinato sibi frui posset, fine, & ex amplissimo Chinensi regno nonnullos ex tyrannide diaboli Christianæ posset adferre libertati. Neque diuina illi defuit bonitas. Nam pro ingenti quem gerebat spiritu, per mille pericula, & labores progressum dedit Deus Opt. Ma. vt vel nõnulla frumenti grana Chinæ solo commissa tandem aliquando, qui ipsum essent secuturi, patribus fructum darent centesimum & millesimum: neque minus ipsius mors fuit clara, gloriéque plena, quàm fuit ipsius vita propter raram pietatem suspicienda. Etenim in portu adhuc, & naui existens, cùm intelligeret resolutionis iam suæ instare tempus: in cubi-

Dira Sinarum lex in externos.

claramors Francisci Xauier.

cubiculum ſecedens, tota ſe ibi die, ac nocte precibus duntaxat intentus continuit. Crebra erant ſuſpiria, vocaléſque (quas vocant) orationes aſsiduæ ab iis, qui ante fores præſtolabantur, auditæ. Totum hunc in modum, ſolus cum Deo ſolo diem, noctèmque conſumens. Poſtero die affectum ſe admodum valetudine eſſe declarauit, & nec tum quicquã ſumere volebat cibi aut potus. Tertio à morbo die, cùm & admodum ingraueſceret, nihil præter pia ad Deum colloquia, & vota liceb at audire: ſub mediam noctem ipſo Diuę Biblianæ feſto, quod in ſecundum Decembris inciderat, poſt legittimum vſque ad finem certamen beatum creatori ſuo reddidit ſpiritum. Luſitani autem, qui tunc aderant, corpus opertum calce plurima feretro impoſuerunt, & non procul à mari veſtitum atque ornatum ſuperpellitio, & ſtola manibus in crucis formam compoſitis ſepelierunt. Exacto verò trimeſtri, duabuſque hebdomadis, cùm nauis eadem Malaccam rediret, Luſitani pro pio in eum affectu captantes conſilium, ſepulchrum inuiſere, ac corpus ſi grauis non obſtaret odor, Malaccam tranſportare conſtituerunt, vt in Chriſtianorum templo ſæpeliretur: viſunt igitur ſepulchrum, atque corpus ab omni corruptione adeo integrum inuenerunt, vt etiam ipſa facie præ ſe haud obſcura ferret vitæ ſignа, atque olfactui gratum ſpiraret odorem, tantum abeſt, vt quicquam vel arroſum ſit de corpore, vel (quod præ cæteris humanis

Calce operitus ſepeliturꝰ

Miraculoſa admodũ corporis conſeruatio.

manis vſu venire ſolet corporibus) vllã redderet graueolentiam, præter eam quæ naturalis eſt calci. Si quis odor afflabat, ſolius calcis is erat. Verum, vt certius adhuc illis de rei euentu conſtaret, vulnuſculum brachio quod inſtar viuentis carnis, quódque grati erat odoris, infligunt: quin & veſtes quibus S. P. inuolutus erat, ne tantillum quidem ſenſerunt corruptionis. Obſtupefacti autem rei nouitatem, vel miraculo potius, Malaccã, ybi tum tẽporis, qui Societatis eſſet, nullus agebat, Sacrum corpus detulerũt, quod & ſummis plauſibus celebritatéq; exceptum eſt, ab iis præſertim, qui dũ viueret, impenſè illi fauebant. Verùm (ſiue id rei ignorantia factũ ſit, ſiue vt illuſtrius Sanctiſsimi huius patris ἀκόλουθον σιῶ cõſtaret omnib⁹, adeóq; præ cæteris vrbis Præfecto, qui eius ſummus aduerſarius habebatur) exanimum corpus in exiguum tumulum coniectum, ſæua Malaccenſiũ conſuetudine, piſtillis eo modo contuſum eſt, vt altero genu & gutture confracto leſiones nõ exiguę capiti infligerẽtur, quarũ etiamnũ hodie nõnulla cernere eſt veſtigia. Sed eũ in locũ cũ poſt menſiũ aliquod ſpaciũ Societatis noſtræ quidã Emanuel de Thauora, veniſſet, cui præceptũ erat vt priuſquã in Indiã rediret, tũ Chinẽſes, tũ Iapanẽſes viſitaret: hortatu quorũdã amicorũ corpus è ſepulchro eduxit, omni ex parte planè integrũ: tãetſi cõtuſionis vulneribus conſauciatũ, etiã ſuo cruore locũ cõſperſiſſet, acſi recẽs planè foret ſanguis. Magna ergo (vt par erat) veneratiõe, ad-

Corp⁹ gra ſumſpirat odorem.

Veſtes nec caro ſenſere calcis vim.

iuncto

functo sibi quodã ex nostris socio, qui quindecim ante diebus è Iapania (quò amandatus fuerat propagatæ iã sibi Christianitatis cognoscendę causa) redierat, Goam deportatur in loculo quẽ legatus Proregis Indię ad Regẽ Chinæ missus, fieri pro suo quo erga P. F. ferebatur studio, mandârat. Loculus verò erat tũ intus, tũ foris purpura obtectus, peristroma quoq; addiderat aureũ, eiusdémq; materiæ puluinar capiti subiectũ. Mox vbi intelleximus nauẽ quæ corpus ipsum deferebat Goæ proximã esse, in lembũ deponi iussi: vt eò citius, quòd tardiusculè ferretur nauis, ad littus appelleret, idipsum exẽplo Thomę Apostoli prouocatus, vt & viderẽ, & palparẽ, contractarémq; manibus, quod in vulgus de ipso ferebatur. Nã si nos in admirationẽ duxit id quod passim spargebatur, an nõ longè amplius nos id cõmouit quod vidimus? Quãuis aũt mẽses quindecim mortuũ fuerat corpus calce opertũ, & in terra defossum, tamen perseuerabat adhuc delicata, ac mollis caro, eodémq; vigore citra omnẽ corruptionẽ, qua vel à calce, terra, aut etiã vermibus nunquam non contrahitur permanens, odorẽ spirabat suauissimũ. Demũ die Veneris ante Dominicã Oliuarũ, qui fuit 16. Martij, Goã appulimus, vbi in littore Prorex cũ tota Indię nobilitate, clero, societate, quam vocãt misericordię, ac vniuerso populo, nostrũ expectabat aduentũ. Postquã aũt è naui depositum est, nos, qui è societate eramus sacerdotes, humeris subeuntes in eodem loculo ad monu-

Honor S. corpori ex hibitus.

Corp⁹ sub terra calce opertũ 15. mensibus incorruptũ gratiq; permãsit odoris.

mentum

Veneratio sancti corporis.

mentum à noſtris ad id comparatum ſublimiori in loco, quo omnibus magis eſſet cõſpicuum, deportabamus: vbi verò ad templũ ventum eſſet, Prorex ad genua pronus ſe deuoluit, & loculum exoſculatus eſt: deinde eodem venerationis officio totus populus corpus ſanctum eſt proſequutus. Quantum mihi coniectura conſequi licebat, videbantur eſſe in templo ſupra quinque aut ſex hominum millia, qui ita pio adficiebantur deſyderio, vt relicto templo non prius ſe auelli paterentur à ſepulchro, quàm ipſis corpus ſpectandũ propoſuiſſemus. Neceſsitati igitur cedentes oſtẽſum eſt corpus: tanta verò extitit deuotio, religióque huius populi, & admiratio, vt nihil vnquam me vidiſſe meminerim, quod tãtopere ad gratiarũ actionẽ nos inflãmaret. Alij flebãt, alij pectus tundebãt à Deo veniam peccatorum poſtulantes, alij tanto molimine nitebantur ſuis roſariis corpus contingere, vt etiam templi cancellos frangerent, nullum pedes ipſius exoſculandi finem facientes. Sanè eò ſpectare populi pietas videbatur, vt niſi in re præſenti nos adfuiſſemus, metuendum foret, ne corpore in minutiſsimas particulas diſcerpto, ſibi quiſque aliquid raperet, quod reliquiarum loco aſſeruaret, neque ante diei Dominicæ noctem media, præ nimia populi frequentia, in monumento illo potuit collocari, aut templum claudi. Die ſabbati religioſi duo Frãciſcani templum noſtrum adeunt, & ſacrificium Miſſæ, non tanquam defuncto Requi-

Populi erga S. corp. pietas.

Memorabilis frãciſcanorũ erga defunctum religio.

em

em precaturi,sed honorem exhibituri, gratiásque acturi Domino Deo, de beata Virgine cecinerũt. Die porrò Veneris,qui hoc sabbatum proximè antecedebat, summi templi Canonici de sancta Cruce solennia fecerant Missarum , suo testimonio comprobantes, quod quemadmodum M. Franciscus his in locis illustria crucis statuerat trophæa , ita per eandem cœlos conscendisset,vnde sacræ cruci meritos etiam deferebant honores. Neque miror populum vna voce sanctum corpus conclamasse,quia etsi vita, virtutúmque magnitudo argumentum spiritussancti gratiæ in eo abundantis ostenderent , videre tamen humanum corpus , natura sua præ reliquis animantibus obnoxium corruptioni immersum calci , quæ carnem exedit , & ossa vi sua comminuit , non labefactatum esse, non conuulsum , aut dissipatum , neque vel tantillum odoris tetri totis quindecim mensibus contraxisse, vniuersum proculdubiò naturæ ordinem , & vires superabat.

Canonicorum de defuncto testimonium.

Plurima de eo post mortem innotuerunt, quæ dum viueret,occulta manebant . Religiosus quidam instituti diui Francisci Pater Ioannes Derius, vir integerrimæ vitæ , qui nonnunquam Patrem Franciscum comitatus fuerat , antequam religioni se mancipasset : vbi tanta gloria fulgere ipsius corpus vidit , dicere cœpit : Quandoquidem diuina bonitas Magistri Francisci sanctitatem palam mundo ostendit,volo & ipse aperire, quæ nulli vnquam mortalium con-

Sancti post mortẽ clarent.

P. Ioannis Derij Franciscani de P. Francisco testimonium.

mus

municaui. Erat (inquit) piæ memoriæ Franciscus dono propetiæ donatus: nam cùm aliquando piis cogitationibus quibusdam immersus essem, eásque ne illi quidem reuelarẽ, omnes mihi sigillatim per occultam Dei inspirationẽ cum lachrymis religiosus P. edisserebat. Vicarius item S. Thomæ, apud quem M. Francisc. hyemauerat, mihi, & cunctis aliis dixit se id certo scire, virginitatis dono ornatum eum esse, quod cùm ipsi à secretis abditissimis fuisset, potuit asseuerare: multi quoque eum constanti sermone affirmabant in Commorin promontorio mortuum quendam ad vitam excitasse. Ad hæc frater Pauli Sanfidij Iapanensis mihi pro re verissima adfirmauit, qui sæpius patri comes itineris fuit, quòd cæco lumen restituisset, reliqua breuitatis studio prolixius scribere supersedendũ duco: quòd Proregis consilium sit ipsius gesta integrę seruare historiæ, atque ad Regem mittere, cuius rei negotium, Vicario generali commissum est. O beatum patrem, & benedicta vestigia itineris, periculorum, laborum, quæ subiit: quandoquidem non solùm id est promeritus, vt animus gloriæ æternæ foelicitatem consequeretur, sed etiam in corpore idem eluceſcat, tot signis anteactæ vitæ integritatem, & innocentiam comprobantibus. Speramus, quòd tametsi ille dux noster, & antesignanus in Chinæ ingressu obierit: non tamen futurum ob hoc, vt pedem inde referamus, quin potius nos suo exemplo erigeat, & animabit, ac diuino iuuante numine, si

Vaticinãdi spiritu prædit⁹ fuisse videstur pater Frãciscus

Mortuum ad vitam dicitur reuocasse

Cæco lumen restituit.

R.T.

R. T. in hanc prouinciam operarios nonnullos ad eam rem perficiendam accommodos mittat, nos quoque, Deo dante, pari animi robore rem vt difficillimam, ita & præclarissimam prosequamur. Etenim si Dominus tãto præmio affecit eum, qui tenebatur solùm ingrediendi Chinam desyderio, cùm non sit ingressus: non minori eos successu, præmióque dignabitur, qui penetrârunt, modò digna extiterint diuinæ bonitatis instrumenta. Quapropter necesse est, vt huc veniant alii qui spiritu magno præditi, qui perruptis regni repagulis, nobis sint adiutores, ad subiugandum fidei Euangelióque agrestem planè, ac ferocem inimicorum fidei Christianæ, refertam regionem. Spes est vt fructus amplissimi, ita labores periculis coniuncti subeundi sunt plurimi, siquidem in hislocis conuersionis principium multis est difficultatibus obnoxium, quod ante nos M. Franc. in Iapania expertus est, qui, quæ erat eius humilitas, hæc pericula semper celauit. Iste ager adeo est ad cultum aptus, vt potius ad colligendos ipsius fructus, quàm nostra industria parandos, adesse videamur. Rex etenim Amaguccensis apud quem est P. Cosmas Torres, & Eduardus Syluius: item Rex Bógensis, cui vt fidem persuadeat, operam dat P. Baltazar Gagus, & Ioannes Fernandes: item Dux Firandensis ad Dominum Alphonsum Proregem præterito mense Aprilis literas dederunt, se iam demum veritatem agnoscere, & probare, legẽ scilicet conditoris vniuersi, quã nostri ex

Reges, principesq; ad fidem nostram propensi.

Rex Bonganus. vltimis terræ finibus aduenientes ipſis denũciârunt. Rex autem Bonganus facile Regum Iapaniæ opulentiſsimus ad Proregem legatum cum literis, & muneribus miſit, quibus declarauit ſe teneri deſiderio, tum vt Chriſtianus efficiatur, tum vt amicitia cum Rege Luſitaniæ potentiſsimo iungatur. Arbitratur enim nullius gentis adeo eſſe nobilem Regem, ac Chriſtianorum, vt qui & virtutibus ſit illuſtriſsimus, & opibus, ſi eas ſpectemus, longè potentiſsimus. Quãobrẽ & ſe beatum ſperabat fore, ſi cum eo ſibi fœdera amicitiæ conſtarent. Fatetur ſe non longè abeſſe à regno Dei, ac ſe vno tantum impedimento retineri, ſcilicet timoris humani, quem ſubiecta ſibi incutit nobilitas, quæ ſuo abſque conſenſu nefas eſſe arbitratur, Regi nouam admittere religionem, recipit in ſe nullam fore moram ſimulatque Principum aliqui Chriſtianorum ſacris fuerint initiati. Iapanenſes adeo ſunt bona indole, & ingenio præditi, vt nonnunquam audierim ex M. Franc. ſe in toto orbe nuſquam inueniſſe homines magis rationi obſequentes. Qui ad Chriſtianiſmum

Iapanẽſes rationi obſequentiſſimi.

ſeſe conferunt, quorum ſupra quadraginta millia exiſtit numerus, neque vllius compendij ratione, neque vt militiæ præfectis ſint commendatiores inducuntur, multò minus vi aliqua compelluntur. ſed vltro, & cum recto rationis iudicio, ad veram cognitionẽ legis Domini noſtri Ieſu Chriſti veniunt, quorum animos gratia ſua Dominus ornat, vt verbum ſuum audiant, & Dei ſapientiam

qua

quæ illis nunciatur per Patres Societatis intelligant. Rationes, & argumenta rerum optimè capiunt, & respondent interrogationibus sibi propositis ingeniosè, si qua de re addubitent, cum modestia rationibus additis instituí se desyderant. Iam verò postquam euidentibus argumentis edocti sunt; falsas esse opiniones, & errores diabolicos, in quibus hactenus versati sunt, & contrà legem Christi esse conformem omnino legi naturali, haud inuitos patiuntur se ad Christi fidem traduci. Cùm verò sacro abluti sunt baptismate: ita gratia Christi in eis redundat, vt maximo feruore aduersus Ethnicos parentes suos, & familiaritate iunctos disputent, euincántque ipsorum fidem falsam esse, & fictam, nostram autem veram, & synceram. Sunt nonnulli qui cùm non possint nostram fidem rationibus tueri, ab armis (nisi à nostris prohiberentur) non abstinerent. Audiui sæpenumerò ex M. Francisco eo se nomine solari, & plurimum se operæprecij percipere, quod nouorum in Iapania Christianorum is sit fidei feruor, vt si res ita postularet, citius certè oppeterent mortem, quàm Christi legem deserent.

Nobiles plerique, & omnino ex primariis plurimi fidem Christianam suscipiunt, & quò quisque est maiori intelligentiæ acumine præditus, hoc ad fidem (quòd ea gens sit dicendi cupidissima, ac libenter bonis cedat rationibus) cõuertitur facilius. Rex, qui in Bũgis imperat, Societati areã assignauit ampliſsi-

Ingeniosi Iapanẽſes

Feruor ipsorum, & studium in christianis mos

Constãtia christianorũ

Rex Bungi in Societatem liberalitas, ac pietas

mam planè, edificandis domibus, Ecclesia, hortis, aliisque rebus necessariis accommodatissimam, cui & id concessit priuilegij, vt nullus eo in loco capite plecti, nec quidem in vinculis coniici possit. Præterea liberam fecit omnibus citra noxam ad nostram religionẽ conuolandi potestatem, seueras addens comminationes suppliciorum iis, qui patribus nostris legem veritatis nunciantibus perrexerint esse molesti: vel qui sua sponte ad Christianismum sese conferunt, sint impedimẽto. Eadem priuilegia Rex Amangucensis iã commemorati Regis frater, cõcessit, quibus, quàm latè suum patet regnũ, vtamur. His, ac aliis de causis sunt quidã ex nostris Sacerdotes in Iapaniam profecti, vt his de rebus certius aliquid cognoscerent: & si quis defectus esset operariorum in tam ampla messis copia, suam quoque ibi operam nauarent, id quod nos, cum plerisque rebus aliis, quas breuitatis studio prætermitto, incredibile est quantum ad profectionem in Iapaniam suscipiendam inflammabat, eóque magis, quòd paulò antè inuulgari cœptum fuerat propter insperatam M. Francisci mortem, de feruore populi, nec non Ethnicorum cõuersione plurimum remitti. Sed alia ex parte me interitus M. Gaspa ris, & Emanuelis Moralis, & P. Vrbani detinebat, cùm fidem in India iam floreſcentem necesse quoque erat ad maturitatem perduci. Præterea, quamuis non longius abeundum esse videbatur, quoad diuina clementia suæ voluntatis aperiret sententiam de profectione in

Priuilegia cõcedit collegijs Societ.

Regis Amãgucensis in religionẽ animus.

ne in Iapaniam instituenda, & vbinam locorum maior fructus sperandus esset, aliquot tamen rationes euangelizandi Iapanensibus me ad illud iter ingrediendum incitârunt. Patrum omnium mens, & voluntas M. Francisci nostri Prouincialis ea erat, vt ego in Iapaniam concederem, existimantis in literis eruditionem plus adiumenti & vtilitatis Iapanẽsibus, quàm Goanis allaturã, quòd talis sit populus, qui de rebus singulis rationes poscat. Deinde exemplum Ducis præeuntis, & superioris nostri M. Francisci me quodammodò ad id impulit, qui cùm potuisset Goę cum fauore, & beneuolentia Principum in otio quiescere: fugit tamen, labores potius, quàm quietem: pericula, quàm securitatem: & crucem quàm delitias amplexans, inuisendo 12. annorum spatio, quibus in India fuit, Comorinum, S. Thomam, Maluccum, Amboinum, insulas Diomorinas, Iapaniam, Chinam, mihi verò cui (tametsi inutili, & indigno suum onus imposuit) cùm non viderer officio meo satisfacere, quo erga diuinum honorem quærendum, & pro Societatis nostræ instituto, ad salutem proximorum promouendam, obstrictus sum, si Goæ manerem maximè, cùm illi sit ita prospectum, vt mihi persuadeam neminem illic salutis suæ (cùm per præconum Euangelij istic locorum abundantiam populus non infœliciter sit institutus) iacturam facere posse. Veruntamen licet me occultis quibusdam stimulis à Deo illic vocari sentiebam; attamen non nimium mihi sus-

Otium fugiendũ, labor vero crucis amplectendus est.

Duodecim annis Pat. Frãc. Indis conuertẽdis desudauit.

Nemo sibi fidat facile.

mens, aut plus æquo confidens, quò maiori securitate, animíque tranquillitate negocium à me attentari posset, quid fieri conueniret, iudicio P. Pauli, & M. Baltazaris Diazij, & quorundam aliorum commissi, per quos mihi Dominus (vt sperabam) suam declarauit voluntatem, dum meum propositum ab omnibus, etiam Prorege, qui mihi viaticum subministrauit, vnanimi probatur consensu. In Iapaniam igitur læto animo, populo Goensi profectionem comprobante, quòd sperarent ei genti in magnum salutis commodum cessuram, me accingo. Accedit eò quòd Dominus Deus animum impulit familiaris cuiusdam M. Franciſci, qui Ferdinandus Montis maioris dicitur. Is quum in bonis decem aureorum millia haberet, die Dominico, quo Euangelium est de bono pastore, diebus octo ante nostrum in Iapaniam discessum, cùm forte fortuna ad heremitorium quoddam properarem B. Virgini à gratiis consecratum, se mihi comitem adiunxit, Beatæ Virgini quinquaginta aureos oblaturus in erectionem ædis sacræ. Virgo autem sacratissima, veluti mater misericordiæ, tam vberem à filio suo illi gratiam impetrauit, quũ de Deo, rebúsque spiritualibus, mira deuotionis, charitatísque feruore vnà colloqueremur: vt voto se ibidem obstringeret (quantumuis temeritatem veritus, ne ea ratione faceret, prohiberem) ad corpus, animam, fortunásque omnes, ipsam denique vitam in Dei gloriam, proximorúmque salutem libenter impenden-

Contẽpt' diuitiarũ propter euãgelium.

pendenda. Vir est submissi admodum animi & cui, vti confidimus, diuina bonitas amplissima gratiarum dona tribuet.

De rebus suis ita disposuit, vt sororibus fratribúsque germanis in Lusitania commorantibus duo aureorum millia miserit, reliquam pecuniæ summam in eleemosynas erogauerit. Existimo enim eum in Iapaniæ profectionem amplius quatuor millibus expendisse, tum vt munera quædam emeret, quibus beneuolentiam, & amicitiam Regum ac Principum aucuparemur, tum vt in præcipua Iapanię ciuitate templum, in quo honor, & amplitudo diuinæ maiestatis in sublime tollatur, & crescat, erigamus. Cúmq; in notitiã Regis Iapanię peruenerit, eò quòd in ipsius ditione, & China 14. annis mercaturæ operam dederit, legationem Proregis Indiæ nomine ad Regem Bungensem obit: ad quem & præciosissima munera habet nomine Regis Lusitaniæ, qui non parum, vt speramus, erit adiumento in profectione ista susceptra. Ferdinandum hunc Mendezium nobilium adhuc in morem purpuratum, quòd legatione fungatur ad Iapanię Reges, quibuscum ipsi de grauissimis rebus tractandi incumbit cura, Reuer. tua Christo Domino commendare non cessabit, etiam hoc nomine, quòd in sodalitium nostrum, ac inter fratres Societatis sit admissus. Admirationi profectò futurus est multis, quando non solùm verbo, sed etiam exemplo vitæ, certamen cum, quem aliquando beatum propter

Regis Lusitaniæ legatus ad reges Iapaniæ.

opes prædicauerant, contemptum mundi ostendere, ac nudum Christum nudè sequi, qui paulò antè mollibus vestiebatur, vt vel sic intelligant maleuoli, nos nihil præter Dei honorem, ac lucrum animarum quærere.

Qui in Iapaniam proficiscimur, sumus duo sacerdotes, P. Gasparus Vilella, & ego: item quinque studiosi, Melchior Diaz, Antonius Diaz, Ludouicus Fruys, Stephanus Gois, & frater noster Ferdinandus Mendezius, Hos enim elegimus, qui vt virtute maiori cæteris præstant, ita magis idonei ad discendam linguam Iapanensem videbantur. Abducimus quoque quinque ex iis orphanis, qui Goæ curæ nostræ subsunt: commodum enim videbatur Proregi, & Patribus nostris, vt edocti linguam Iapanensem possent esse loco interpretum nostris, qui Roma ad Gentilium cõuersionem, & amplissimorum Iapaniæ regnorum sunt aduenturi. Patet verò in lõgum vniuersa Iapania 600. leucas. Ex his adolescentibus delectum quoque fecimus talem, vt eos potissimum adsumeremus administros, qui virtutum iudicióque naturalis præsidio ad recipiẽda diuina charismata specimen illustrius præ se ferrent, & ad institutũ quod aggredimur, magis idonei viderentur. Illud profectò admiratione dignum, quódque homines ad Deum laudandum prouocet, cernere scilicet alacritatem, & promptitudinem horum omnium, quos nobiscum abducimus, & alia ex parte eorum qui in nostro, & orphanorum Collegio relinquuntur, la-

Vastitas Iapaniæ.

chry-

chrymas intueri,quod laborum, & discrimi-
num non possent esse socij. Ex primariis
quoque ciuibus plurimi vnà congredi expe-
tebant,mundi delicias,Christi seruitio, post-
habentes. Atque adeo tantus erat eorum fer-
uor,vt tantum non vi illata, nos compelle-
rent,ipsos in Euangelij expeditionem admit
tere. Quidam soluisse nos aduertens,Celooi è
vestigio cõsequens, in nauim cõscendit sum-
mis contendit,ne à nobis in continentem re-
mitteretur. Nonnullæ præterea antiquæ
matronæ virtute,& generis nobilitate clarę:
mihi ante discessum supra modum impor-
tunæ extiterunt,vt sinernm & ipsas nobiscũ
in Iapaniam nauigare,suam optantes operã
mulieribus In Iapania couertendis impende-
re. Ex Goa prçcipui nobiles cùm cernerẽt
planè sibi per nostros in Iapaniam traiici-
endi negatam iri potestatem,muneribus ex-
pugnari nos attentabant, quibus Regum,
Dominorúmque gratiam tum nobis, tum
nouis ad fidem nostram conuersis deme-
remur,vt vel beneuolentiæ signis minus a-
uersarentur fidem Christianam. Deus Op-
timus Maxímus verum illis lumen concedat,
vt impuro Deorum cultu repudiato,verita-
tem agnoscentes in Iesum Christum Dei fili-
um credant. Cæterùm(quod fortè prius dictũ
oportuit)cùm Goę nos ad portum conferre-
mus,plerique ciues omnes nos deduxerunt,
quibus simul cum valedictione mutua,ingẽs
obortus est lachrymarum imber, sed priuś-
quàm conscenderemus ad Beatam Virginis

Choa-

Laboris, & discriminis pro noĕ Christi desiderium.

Matronarum animus ad euangelizãdum suo sexui.

Choanam ibamus omnes: vbi ſacris peractis cum innouatione votorum Deo ab omnibus agebantur gratiæ, ac proſperitas in ſuſcepta iam peregrinatione petebatur. Porrò quemadmodum hoc primo die diuina ipſius bonitas nos haud vulgari ſuauitate conſolationis, & ſpei refecit: ita ſperamus futurũ deinceps, vt ad maius meritum multis nos obiiciat difficultatibus, ferréque pro ſuo nomine labores plurimos, ac ſub iunipero ſanctæ Crucis tribuat quietem: nam in periculis ſecuritas, in laboribus quies, in miſeriis gloria, in conuerſione infidelium verum Chriſti obſequium inuenitur, idque citra omnem inanem gloriam, fauorem, lucrúmue humanum. Etenim hîc purus diuini honoris amor, & ſalutis animarum deſiderium exercetur. Hîc tribulationes, & labores non permittunt in obliuionem venire iuſtitiæ, bonitatíſque diuinæ, hîc infidelium contradictiones, fidei, ſpei, & zeli diuini faciunt incrementum: hîc certa ſpes præmij, & coronę, & vberrimus animarum fructus: hîc poſtremò quò magis deſunt humanæ conſolationes, & præſidia, hoc copioſius ille nobis adeſt conſolator ſanctiſsimus. Ac demum ſi his in locis Deus martyrij gloriam non quærentibus tribuit, quanto magis expetentibus eam eſt conceſſurus. Germanum fratrem noſtri fratris Ferdinandi Mendez, cùm cœpiſſent Mauri regni Gurtani, quod eſt vltra Malaccam, neque poſſent blanditiis, & pollicitationibus inducere, vt Maurus fieret, vaciis

Quid ſibi proponere debet euangelizans.

Vbi verũ Chriſti obſequium.

Martyriũ Mendezij.

riis tormentorum pœnis attentârunt, si quid haberent virium compellendi. Principio alligatum arbori tormenta bellica ter, aut quater in eũ exonerauerũt frustrà, cùm illum ne attingerent quidem. Neque idcirco finem fecerunt suæ crudelitatis, quin potius in eum Beatæ Virginis præsidium inclamantem, nõ antè destiterunt sęuire, donec machina bellica medium traiiçerent, glorioſúmque martyrem propter constantem fidei professionem constituerent. Iam verò in Tantana, quæ est vltra Malaccam, qua etiam nobis iter faciendum est, cùm Mauri Lusitanum ceperint, neque eorum hortatu, ac impulsu vellet Christi religionem abnegare, eligens potius mori, quàm propriam salutem cum fide deserere, illi amplissimos obtulerunt honores, & copias, si Maurorum sequax esset religionis. Quem cùm viderunt ea esse animi cõstantia, vt non posset istis honorum, & fortunæ ludibriis commoueri, neque latum quidem vnguem à sua sententia transuersum agi: illum ex arbore in quosdam palos acutos, humi defixos præcipitem dederunt, quibus infixus nomen Iesu continenter inuocabat. Impij verò à confossi facie pellem detraxerunt, manus pedésque vnguibus spoliârunt: neque ea crudelitate exatiati, gladio quoque illi viscera aperuerunt, & eduxerunt, quibus tormenti generibus tridui spacio crudeles recreati carnifices, Lusitanus nihil præter suauissimum nomen IESV ingeminabat. Erubesce Sidon, ait, mare. Alij sunt

Aliud martyriũ crudelissimũ.

etiam

Alij plures martyres.

etiam plurimi hic martyres, qui fortè dũ nõ martyrium quærunt, tamen dignatur Deus. Quid igitur agimus, quid moramur? veniunt ab Oriente, & Occidẽte, & ſedent in regno Dei cum Abraham. Quid nos detinet, quamobrem tam illuſtres victorias, atque triumphos nobis eripi patiamur. Hîc oues Ieſu Chriſti vagæ feruntur, quòd non ſunt paſtores, qui in vnum ouile cogãt. Venite Patres, & fratres chariſsimi, vel tanquã paſtores, vel tanq̃ mercenarij: quia merces ampliſsima eſt iis propoſita, qui aucto ouiũ grege, ſic in vnũ ouile cõpellunt, vt vnum eundémq; cognoſcant paſtorem. Expendite queſo quàm vaſta ſint Iapaniæ regna. Conſiderate quàm ampla ſit Chinenſis ditio, vt quæ amplitudine Chriſtianum ſuperet orbem.

Exhortatio ad martyrium.

Chinæ regnum ampliſsimũ.

Hanc meritorum in eos coronam benignus Deus Societatis noſtræ Patribus videtur reſeruaſſe, vt qui obedientiæ ſacramento eò miſsi fuerunt, illos in fidei explicatione erudiant, atque iis de rebus, quas humana mens neque intelligere, neque comprehendere poteſt, informent, vt verbum vitæ æternæ audientes, in Chriſtum credant, & credentes gloriam æternam finem noſtræ creationis conſequantur. Verendum patres, & fratres mei, ne ſæuerè hac de re ſit Deus à nobis exacturus rationem, niſi magna diligentia ſuccurratur illis animis pereuntibus, quos CHRISTVS ſuo ſanguine redemit, præſertim cùm nobis nulla non offeratur benemerendi de illis occaſio.

Cauete

Cauete igitur vobis vera desit charitas quę ad id salutis negotium cumprimis est necessaria. Euoluite animo, fratres mei quale officium Deus nobis in terram degentibus commisit, certè augustissimum: quid enim esse potest augustius, atque illustrius, quàm animas Christo lucrifacere, & aberrantes oues ad suum pastorem reducere, cùm de hoc genere officij gaudio incredibili Angeli afficiantur in cœlo. Certè lege Christianæ charitatis obstricti sumus iis opem ferre, quos sibi Dominus in his Iapaniæ, Chinæque finibus delegit. In Iapania verò, & China, nulla memoria, nulla extat cognitio Domini nostri Iesu Christi. Offeramus nos ipsos Iesu instrumenta diuini sui obsequij, vt tandem sua dignatione sonus, & vox Euangelij in terram Chinarum, & Iapanensium eat, & feratur. At necesse est vt insignes eò milites concedamus, vbi dux, & antesignanus noster occubuit, ne à victoria degeneres repellamur. Ab vrbe Roma, atque etiam ex Lusitania opus est veniant milites ad spiritalem pugnam ita instructi, vt post præclaras victorias illustria quoq; statuere possint trophęa. Tales eos esse opto, quales extiterũt Gedeonis milites, vt pauci sint, sed fortes, & in bello acres, atq; ex alto stantes bibant quantum satis est, ne animi affectum in res fluxas, & caducas, terrámque abiiciant, neque etiam vereantur sua vasa fictilia ad terram illidere, nõ magni hanc vitam ducentes pro salute proximi. Militia autem, quia nocturno fit tempo-

Officium Societatis aliorumq; & cleri.

Francisc⁹ Xauier euangelizãtium in India antessignanus.

Iudicũ. 7.

tempore lucernæ accendendæ sunt fidei, & charitatis, quòd periculo non careat bellum, citra lucem suscipere. Afferant tubas sapientiæ, verbíque diuini, vt ante ipsos cuncti hostes visibiles, atque inuisibiles, procumbant, & comminuantur idola, fugentur dæmones, tollantur errores, & idololatriæ superstitiones euertantur, nomen verò Domini nostri Iesu Christi illustre fiat, honori ducatur, ac in sublime tollatur, cui soli honor, & gloria per secula seculorum. Amen.

Anno. 1554

Filius indignus Melchior.

¶ LITERÆ PATRIS Antonij Quadri ad Patrem Magistrum Miro; nem.

Agit de populi magno affectu erga B. Franciscum de eiusdem virtutibus, pietate, sanctitate, immẽsis laboribus & periculis, quibus se ob Christi nomen exposuit, de felicissima eius morte, & corporis ad littus in calce ad aliquot menses miraculosa cõseruatione, aliísque stupendis, de Magistri Gaspari Zelandi virtutibus, sudoribus & mortis occasione, Summa de quorundam martyrio & afflictionibus propter Euangelium Christi. 1555.

Gra;

Gratia, & pax Christi &c,



X literis ad Conimbricenſes miſsis T. R. facilè intelliget noſtri itineris rationem. Nũc iis de rebus te certiorem faciam, quæ, ni vehementer erram, cùm propter voluptatem quam adferunt multiplicem, tum etiam conſolationem, quam afflictis animis ſubminiſtrant incredibilem, digniſsima erunt cognitione. Igitur cum Præfecto claſsis eadem vehebamur naui in Goenſem vrbem 9. Nouemb. appulimus: quæ res ciuibus tantæ fuit lætitię, vt nos non ſecus, quàm ſalutis ſuę acciperent authores, & ſtudio, obſeruantiáque proſequerentur ſingulari. Sanè (vt ingenuè fatear) adeo corroboratur in fide hic populus, ex Patrum Societatis laboribus qui huc cõmigrârunt, vt mirari deſinam, ſi quæ de nobis habetur opinio, & exiſtimatio, rantum eam vincat, ſuperétque, quæ alibi eſt, quantum labores, & difficultates his in locis maiori cum fructu exiſtunt, quibus deſudantur, gratiores. Nam beatus Magiſter Franciſcus in hac prouincia moratus eſt, cuius virtus, & opera tanta, & etiam labores quos pertulit, tanti extiterunt, vt ſim neſcius, poſsítne quiſpiam labefactare, & euertere, quod Deus Op. Ma. per ipſum ſtatuit, ac erexit. Nam beati hu ius P. tanta in hiſce partibus viguit virtutum omnium præſtantia, támque præclara operum merita, laborúmq; exantlatorũ ſudores, vt neſcius ſim planè de ipſius in Deum pie-

B. P. Frãciſci Xauierũ labores eximũ, & virtutes.

tate

tate,atq; religione, quæ mihi comperta sunt, sicut & varij,multitudinéque innumerabiles labores si inuulgarentur, non dubitem complures in summum stuporem coniiciendos. Etenim pedibus in Iapaniam cùm iter faceret, atque meditationibus mente in Deum adeo eleuata,vt haud infrequenter contingeret in truncos grauiter impingere, sic vt etiam vestium suarum partes laceratæ adhærerent.Semel in horto nostro dum inambularet,atque à fratre quodam domestico, quid rerum ageret obseruatus, in Deum esse deprehendebatur raptus:sed ad se rediens veritus ne à quoquàm cerneretur, manu admota pectori dicebat:Domine sit satis,nihil quæso amplius.Cõstat etiam multorum fidè dignorum sermone, quicq; domesticam cum eo habuerunt consuetudinem, eum etiam somni tempore, cui parum tribuebat, crebra edere suspiria eiusmodi:O bone Iesu,ô Domine,ô Creator mi:ac eius generis pia, variaq; vota. Quanto tempore in nostro versatus est collegio,se tota nocte in secretiorem locum oraturus recipere solebat, ex quo venerabile sacramentum conspici poterat. Interdiu cùm nobiscum versaretur, sæpenumerò diuino gratię sensu abundare visus est,& coelitus demissa recreari consolatione,vt secedere interdum,ne id fratres perciperent,cogeretur. Ab oratione semel egressus, lætus fratribus quibusdam vaticinando dixit:anno sequenti tristia ad nos è Lusitania adferentur nuncia, quemadmodum & euentus comprobauit.

Raptus in Deum.

Eucharistiæ veneratio.

Diuina eõ solatio.

Tanto-

Tantoperè animo collectus, & apud se erat, vt etiamsi cum hominibus familiariter admodum versaretur, déq; rebus humanis promiscuè sæpè tractaret: nihilominus in eo tantam inesse spiritus vim sentiebat, vix vt vllus in faciem eius oculos coniicere obseruationis ergo, qua cum prosequebantur, auderet. Germanus frater meus mihi nunciauit, qui frequenter terra, marique cum eo longissima emensus est itinera, se vidisse in naui ab hora noctis prima, vsq; ad diei crepusculum semper ipsum orationi iustitisse. In æde D. Thomæ cui addictissimus erat, certò scimus cum diuino numine afflatum totas noctes nonnunquã insomnes duxisse. Dæmon pro sua petulantia, cùm semel in illum irruens fustibus percussisset: haud tamen valuit abrumpere ipsius orationem, quoniam diuina fruebatur consolatione, dæmon verò superatus turpiter abiret. Demum tantam in oratione, munere, ac cõcessu diuino cœlestis gratiæ lętitiam sensit, vt non infrequenter exclamaret: Domine plus satis animi voluptatũ. Neque enim in carne tantas consolationes expetebat diuinas, sed malebat in futuram vitã eas prorogari. Erumnas, & labores tam vehementi affectabat desiderio, vt prædicaret se nunquàm maiora dulcedinis experimenta percepisse, quàm Malucci, vbi humano, diuinóq; destitutus erat subsidio. In difficultatibus verò constitutus cùm esset, vnicè à Deo contendere solebat, ne iis eriperetur, nisi se fortè in maiores, & grauiores trãsferre digna-

Pernoctauit in oratione.

A dæmone impugnatur.

Laboris et afflictionis desiderium.

retur. Sed & diuina bonitas pio eius morem gerens desyderio, eum in graues multiplicésque passus est venire calamitates, quæ si accuratè scribendæ forent omnes, dies, chartáque me citius, quàm materia destituat scribendi. Quo tempore ad Comorinum promontorium sese cõferebat, assiduis affligebatur pœnis. Siquidem ex itineris, quem habebat, comite, certo mihi constat certius, quòd interdiu, noctúque minimum temporis quieti, somnóque tribuebat, cùm ab occupationibus, laboribúsque præter duas, trésue horas nihil temporis supereresset. Quod ad victum pertinet, bidui spacio vix duorum denariorum conlumebat panem. In mediis versabatur periculis mortis propter gentiles, qui eum ad necem exquirebant: verùm nocturnis Christianorum excubiis plerumque fuit seruatus. Quid? quòd semel totam noctem in arbore consedens, cùm iugulum ipsius peterent, ac minimo minus confodissent, ipsorum tyrãnidem effugit? Grauibus etiam, & permultis cumulatus fuit laboribus, quos Malaccæ (quò quater concesit) Amboini item, & Malucci, & in Morinis insulis Christi nomine pertulit, dum promiscuè adultos, imò & pueros, quos æris sonitu quotidie conuocabat, partim concionibus, partim doctrina Christiana instituit. Audiendis insuper confessionibus, colloquio á peccato auocandis, infirmis in xenodochio curandis, tum spirituali colloquio eos iolans, aut iis opem ferens, qui in extrema cum morte versentur lucta, incredibile dictu est, quàm

Vigiliæ.

Abstinentia.

Pericula mortis.

Exercitia spiritualia eiusdẽ in populo conuersẽdo.

quàm illi laborum omniũ moleſtię citra defa tigationem fuerint iucundæ. Et in hunc mo dum toto die laboribus inſumpto, ſub ve ſperam ad xenodochia iterum ſuam impen ſurus operam ſe conferre ſolebat, vbi mul ta obſeruatione compertum eſt, non antè eum ab oratione deſtitiſſe, quàm obrepen te ſomno, terræ allideretur, ſicque humi ſtratus, paululum ſomno indulſiſſe, qui eti am tum ea erat leuitate, vt vel ad mini mum ægrotantium excitaretur, eis opem laturus, gemitum.

In nauigationibus, terreſtribúſque itine ribus ab eo emenſis, graues, & permultos labores non abſque periculis, ex inclementia cœli, tempeſtatum procellis obortis, ſuſti nuit, cùm etiam ſemel propter longiſsimam, tenuémque maris profunditatem vadum ad tria prope miliaria nauis adfricaretur clauo, donec in portum ſubiret. Ter in mari Maluc cenſi naufragium fecit, triduana in tabula na tatione euaſit: ſed in terram cùm appuliſſet, certius etiam mortis imminebat à Mauris, qui ipſi inſidias tendebant, diſcrimen, niſi ſe in paluſtribus locis abdens, Maurorum ſanguinarias manus declinaſſet. Ad hæc mul tis ſæpe diebus in ſumma rerum omnium periclitabatur egeſtate, aut ſi quid fortè con tingeret, nihil erat ſecurum à ſuſpicione vea neni, vel à grauiſsimis, quæ apud Iapanenſes plurima ſunt, tormentorum generibus.

Ter naufragiũ paſſus.

Egeſtate magna preſſus.

His tamen non deterritus, quocunque ten debat locorum, tamerſi plerunq; vti potue

rit equorum opera: nudis pedibus quamuis frigore tumorem contraxerant, incedere gaudebat. Illud fortasse etiam scriptura non fuerit indignum, quòd in Iapaniam cùm nauigaret, Deus illum non absque singulari miraculo à telis quibus aliquoties ab infidelibus impetebatur, incolumem seruârit. Tandem omnium suorum laborum finis extitit mors felicissima, prope Cantanam, quæ Chinensium est ciuitas, contigit. Ante mortem verò Deus ita ipsum solatus est, tantûmque æternæ beatitudinis, Deíque videndi desiderium immisit, vt paululum ante mortem scriberet: quamuis hactenus me vitæ longioris tenuerit cupiditas; tum vt Christo seruirem, nomémque suum apud infideles illustrius redderem, tum hos ipsos ad veri Dei cognitionem traducerem: tamen Christi desiderio ardenti huiusmodi affectus iam emortui sunt, & extincti. Dominabantur enim in B.P. illi, quibus in Deum, vt coram tandem aliquando cerneret, ferebatur. Paupertatem semper studiosissimè est sequutus, cùm & in collegio adhuc agens, non secus atque mendicus cibi paululum sibi dari rogaret. Neque vnquam nauim alio apparatu instructus conscendit, quàm veste, breuiario, & pio libello quodam contentus. Quod cùm cernerent milites (durum alioqui genus hominum) Christi amore commiseratione permoti, & indusium, & calceos, aliáque id genus necessaria suppeditabant. Neque adeo abiectum illud paupertatis specimen ipsum viliorem, contemptibilio-

Telis impetitur.

Cantanæ moritur P. Francisc⁹.

Paupertatis amor.

rémque

c

stmque vectoribus effecit, vt ab omnibus maiori reuerentia, obseruationéq; coleretur, ac optimus, primúsq; locus illi decerneretur. Vt autem superioribus suis fuit semper obsequẽtissimus: ita etiam pari religionis submissione non solum Episcopos, suósque Vicarios summè etiam ad terram prouolutus, veneratus est, verùm etiam pietate conspicuos viros, ac aliorũ ordinũ religiosos obseruauit: quod & ab aliis nostræ Societatis hominibus obseruari voluit. Erga plebem sic sese cõparauit, Christi insistens vestigiis, vt proximorum saluti concionãdo totum diẽ, nocte verò orationibus vacans tribueret omnipotenti Deo. Id sanè vt gloriosissimè, ita & verissimè prædicari potest, cum in rebus agendis cum hominibus, concionibúsque ita valuisse, vt in altero horum plus valuerit ad profligãdas peccatorum consuetudines haud facile sit periudicare. Receptum etiam consuetudine, cùm in hac vrbe moraretur, habebat, vt pueros, & vtriusque sexus captiuos magno numero in templum nolæ pulsu conuocatos, Christianæ religionis imbueret rudimentis. Porrò quod ad Lusitanos, Indósque pertinet, multarum concubinarum (quas libidinis explendæ gratia alebant) nomine suspectos, hũc ferè in modum ad saniorem studebat reuocare mentem. Nam quos resciuerat tres aut quatuor alere, eos orabat, obsecrabátque, vt vel vnam saltem relinquerent, quòd reliquæ voluptati explendæ sufficerent abundè. Quare non difficulter impetrata, post decem, aut

Honorata paupertas bonorum.

Obedientia Episcopis debetur.

Dies integras proximo, noctes orationi impendit.

duodecim dierum interiectum ſpacium, rurſus eos conuenit, vt vna adhuc repudiata, ſaltem periculum facerent, paucioribúſne conſueſcere poſſent. Id quod toties cum illis tentauit, dum exoſi turpem, illicitámque omnem immundiciam, remotis à ſe concubinis omnibus, caſtam planè ducerent vitam: in quorum numero vnus erat, qui ſe plus minus nouem oblectabat concubinis.

Graues peccatores conuertendi modus optimus.

Cùm deprehendiſſet quempiam enormi peccato eſſe inuolutum, & immerſum, vt illius ſaluti conſuleret, ſe primum illi conſuetudine admodum facili, & domeſtica, nihil diuinarum rerum attingens, coniungebat. At verò vbi parta erat amicitia, & quæ nonnullius patiẽs foret admonitionis, tunc opportunè, & importunè à ſcelere, & turpitudine vitæ abducere, & ad meliorem viuendi rationem reuocare contendebat: dixiſſes illud D. Pauli in eum veriſsimè quadrare: omnibus omnia factus ſum: militibus miles. Ea valebat dexteritate cuiuſuis ſeſe accommodans ingenio, citra pietatis, & religionis iacturam in conuertendis enormibus peccatoribus. De perpetratis per eum diuina gratia miraculis cõſtanti ſpectatorum virorum ſermone ferebatur, qui cum eo ad Commorinũ promontorium nauigabant, quàmplurimos priſtinæ ſanitati reſtituerit: depulerit item ab obſeſsis dæmones, quódq; raro admodũ oratione dominicam ſupra ægrũ orârit, quin eũ quoq; eadem oratione curârit. Malaccæ cùm ęgrotus decũberet, vaticinãdi ſpiritu afflatus

Qui omnibus omnia factus ſit.

Donũ ſanandi ægros.

Lyſita-

Lusitanos de infidelibus victoria potituros prænunciauit, priusquam tamen militum aduentu, pugnáque fœlici quicquam esset intellectum. Præterea quendam sibi amicum quo die in insula Amboina apud superstites esse desierat, in nostro templo precibus auditorum animæ ipsius salutem commendauit. Iã etiam illud constat, quòd mortuum ad vitam excitârit. Accepi & à viro Iapanensi oculato teste, quòd ediderit tria miracula admodum celebria. Vnum erat, quòd muto, & paralytico loquendi, & gradiendi facultatem cum virium integritate restituerit. Alterum quòd surdo auditum reddiderit, tertium quòd muto linguæ vsum donarit. Idémque affirmabat eum hoc nomine in Iapania pluris fieri, quàm totius Europæ quenquam. De ipso & illud ferebatur, non esse reliquos Societatis Patres huic similes, ac pares, sed longo post illum interuallo relinqui: cæteri enim vnius tantum interrogationi respondere poterant: hic verò etiam 10. vel 12. diuersa interim quærentibus vna cum ratione satisfaciebat. Atq; illi hoc genus respondendi non erat infrequens, & inusitatum, quod procul dubiò Dei munus erat amplissimum. Ad hæc vir quidam cùm exularet, prauisque conscientiæ stimulis in varia impelleretur facinora, mihi narrauit se ad P. Franciscum tandem concessisse, cui cum suas miserias detexisset, suámque salutem commendasset, in Xenodochio à P. excipitur hospitio, vbi persuasus, vt octauo quoque die confiteretur, & sacram

Vaticinatur.

Mortuum suscitauit.

Paralyticum, surdumq; sanauit.

Donũ linguarum.

sumeret Eucharistiam,dicto citius ad melio-
rem vitæ normam,& frugem peruenit, pacẽ
inter ipsum,partésque aduersas cõposuit: po-
stea verò suasit, in Lusitaniam proficiscere-
tur,illud vnum enixè commendãs,vt frequẽ-
ti confessione tanquam amoris erga se argu-
mento conscientiæ maculis elueretur, ídque
sibi pro impenso pietatis officio abundè fa-
ctis fore.Is quidem omnino se id facturum re-
cepit, sed promissorum securus in Indiam
post, biennio omni confessionis vsu post-
habito P. N.Francisco in Bassano degens sa-
lutandi gratia occurrit,cui mox obiecit eum
nihil minus quàm fidem præstitisse, imò ne
semel quidem ex quo discessisset,sacramenta-
li confessione conscientiam exoneraſſe. Hæc
sanè P.Franciscus nulla potuit humana ratio-
ne,sed inspiratione duntaxat diuina cognos-
cere:quod toto biennio longo admodum lo
corum interuallo disiuncti fuissent.Cũ igitur
salutandi gratia P.Franciscum adisset : nulla,
inquit,constabit mihi tecum consuetudo , ni
prius peccatorum confessione irato tibi Deo
reconcilies.Paruit ilicò salubriter monẽti, ac
etiam sequenti die venerabili communicauit
corpori Dominico,nec sine magno scelerum
suorumdolore.Sed quorsum hæc?Sanè,vt in-
telligas hæc ad maiestatem diuinam celebrã-
dam,quæ omnium bonorum est author , &
conseruator,plurimum pertinere,& huncM.
Franc.dum viueret,virum insigni sanctitate
clarum fuisse,quique semper sui contemptũ,
laboréque magno studio consectaretur, in

primis

primis verò diuini nominis celebritatem, amplitudinémque quærebat: quamobrem voluit etiam Deus vicissim gratiæ, & honoris aliquid ei in terris tribuere, absentiúmque facta etiam secreta pandere: vt omittam, quòd licet in terra longo tempore cum calce humatus fuerit (quod industria quorundã amicorum factum est, statim vt caro exesa, ipsiúsque ossa possent commodius eruta asseruari) non siuit tamen Deus, vt vel minima circa corpus facta commutatione, pars eius aliqua à calce arrosa consumeretur, vt vel ad eum modum corporis integritatem præmio quodam ante tempus contra ordinem naturæ ornaret. Cùm autem in hanc vrbem delatus esset, quantumuis iam diu vita defũctus, adeo tamẽ recens aparuit, & viuidus, succóque plenus, ac si iam primùm obiisset. Quare biduo sic postulante populo in templo iacuit, quò factus est longè maximus pietatis ergo concursus, quod cõtestabantur, dum nullum finem eius corpori rosaria sua admouendo, pedes exosculando, faciebant. Tantáque fuit Ecclesia consolatione perfusa, vt nullus siue sacerdos, siue religiosus, siue etiam plebeius potuerit lachrymas temperare. Et quod propè præterieram. Contigit nauigium, quo Corpus Malacca veheretur, vada in impactũ adeo hęsisse, substitisséque, vt nulla humana vi vel latum quidem vnguem loco dimoueri posset.

Cur in calce sepultꝰ Xauier.

Quod vbi nautæ persensérunt, neque ad eam rem vllum subsídium agnoscerent: impio-

rato

rato ſancti,cui⁹ corpus vehebãt,auxilio,ſe,na uímq; ei cõmendárunt,vnde cõſecutũ eſt,vt cõfeſtim poſt vota,precéſq; nautarũ cũ oim admiratiõe naui ſe vadoſo tollẽte loco adop-
Miraculũ. tatũ traiecerĩt portũ.Sanè ea morũ probitate illuſtre fuit oĩb⁹ exẽplũ,& declinãdi peccata, & faciẽdi bona,vt mirandũ nõ ſit magnope-re Societatẽ noſtrã hic locorũ prẽcipua quadã veneratiõe coli,obſeruaríq;.Sũt & alij Patres fratres in India,quos pro viriliac Patris huius veſtigiis hęſiſſe poſsim confirmare. Etenim M.Gaſparus vir cùm priſcis etiã ſanctis con mittẽdus, perpetua laude vel hoc nomine di
M.Gaſpar zelandus- gniſsimus eſt,quòd quadã ſancta,& facili cõ uerſatione , & morũ ſuauitate immẽſum po pulũ ad Deũ pertraxit. Ad hæc laborũ eius, quos hîc breuiquidẽ,quo vixit,tẽpore ptulit, tãtus eſt numer⁹,eaq; magnitudo,vt illud Sa lomonis ei planè cõpetere videatur: Cõſum-matus in breui,expleuit tẽpora multa.Sex e-nim vel ſeptẽ annos dũtaxat in India vixit,
6. annis in Indiaeuan gelizauit Gaſpar. tres in inſula Ormutina,quæ ita torretur ſo-lis ardorib⁹,vt neceſſe habeãt hoiẽs in aquis viuere,ſeſéq; nõnihil refocillare.Bis nihilomi nus,vel ter hebdomadis ſingulis,ęſtib⁹ nõ ob ſtãtibus cõcionabatur,necnõ quotidie pueros,
Ingentes ardores Ormuzii. & captiuos in doctrina Chriſtiana edocebat. Mercatores verò nõ pigebat etiã indies in ca ſibus ſine difficultatibus quíq; nunq; nõ oc-currũt cõſcientię diligẽter informare, vt hac ratione in cõtractibus & cõmuni vita iuſti-
Gaſparis ingẽtes labores. tiæ,ęquitatiſq; eſſent obſeruatiores.Nullãprę-termittebat hebdomadã,quin cũ Mauris , &

infidelibus disputaret. In cõfessiõibus potissimũ Lusitanorũ audiẽdis assidu⁹ erat. Quin etiã hoc cõmemorãt, ꝙ toto illo tẽpore, quo apud eos fuit, propter frequentẽ sacramẽti pœnitẽtię iterationẽ tẽpus ipsis quadragesimale videbatur. Multas lites cõposuit, plurimos à sceleribus ad piã vitã abduxit. Inuisere quoq; pro sua cõsuetudine pauperes in xenodochio degentes non obliuiscebatur, tis suã impẽdẽs operã. Veruntñ licet se totũ proximorũ saluti deuouisse oĩbus videri poterat, haud paruã tñ suę in pietatis profectu habuit rationem, quippe qui oratiõibus insisteret, variis pœnitentiæ operibus qualia sunt ieiunia, flagellationes, humi cubatiões, aliáq; id genus adfligẽdę carnis operib⁹ vacaret. Tres dũtaxat horas plerũq; dormiebat, & ꝙd per naturã vix possibile est, duobus integris mẽsibus per singulos dies horã tantũ somno tribuebat. Dies etiã integros absq; cibo nõnunq̃ traduxit, vt cõfessionibus excipiẽdis, quę tũ fiebãt creberrimè, accurrente magna Lusitanorũ militũ frequẽtia, q paulò post bellũ cõtra infideles cõmissuri erãt, liberius vacaret. Referrur & inter ipsius industrię officia, ꝙ occupatiõibus cõpulsus, eodẽ ex loco duo pietatis opa pfecerit: dũ vnius cõfessionẽ audiẽdo, eadẽ opera alterũ agentẽ animã, adhortatiõibus adiuuit, vt facilius ex hac vita migraret. His misericordiæ operibus, quibus & summos, & infimos sibi demerebatur, tantã cõtraxit apud oẽs gratiã, & fauorem, vt ab omnibus patris loco quod ipsius opera, ministerioque diuina bo-

Per duos menses horam vnam quotidie somno tribuebat.

na benignitas ac clementia eos de peccatorũ cœno eduxisset, coleretur, ac obseruaretur.

Plurimæ, & ingentes restitutiones.

Vsurarios, plurimõsque alios in distrahendis mercibus ad restitutionem triginta milliũ aureorum induxit, quæ pecuniæ tum in nuptias pauperculârum virginum, tum in subleuãda priuatorum, seu domesticorum pauperum egestate, tum in Ecclesiæ vsus cesserunt.

Donũ cõuertendi proximos eximium.

Miro zelo, & ardore salutem proximi sitiebant: vnde factum est, vt munere, & concessu diuino ea polleret gratia, qua paruo admodũ negotio, quod vix alij magno perficiunt molimine, homines planè perditos, deploratósque in viam reuocaret Christianè viuendi.

Sed & si quis vitio alicui ita implicitus erat, vt nullas audiret admonitiones: pecunia eos ad saniorem mentem traducere studebat. Etenim cùm semel quidam planè obstinato perseueraret animo, nec vllis parére vellet bonis rationibus ad deserendum peccatum: illi plus minus 20. aureis datis (quas eleemosynæ nomine receperat) hominem perduxit in odium, fugámque peccati.

Notatu digna industria ad cõuertẽdum proximum breui occidendum.

Euenit etiam fortè fortuna, cùm quendam confessionem refugientem, ad eam obeundã studeret inducere, neque tantillum quidẽ proficeret, vt sancto quodam æstu hominem circumueniret, ac quod volebat impetraret. Nã cùm verborum blanditiis hominem in domum suam pertraxisset, eique ingresso ostiũ occludens dixisset, se nequaquã permissurum domo egrediatur, nisi peccatorum omnium fecerit exomologesin: ille quasi ineuitabilis

foret

foret neceſsitas, ita ſe compoſuit, vt & liben-
ter, vt ſyncerè vulnera detegeret conſcientiæ,
ac gremio reſtitueretur Eccleſiæ, quod illi
comprimis ſalutare fuit, nam paucis pòſt die-
bus in militiam profectus occubuit. Videri
non immeritò poterat Dominus Deus per
huius Patris ſolertiam, militi vim adferre vo
luiſſe, ad leuandum ipſum peccatorum mole,
quem ſciebat nõ longa huius lucis vſura frui-
turum. Dum Goæ ageret, plurimum ſuo
exemplo ciues inſtruxit, quia tam ſacrarum,
quàm prophanarum rerum mira cum dexte-
ritate gerebat. In templo noſtro hebdoma-
dis ſingulis ſemel, in aliis verò quinquies, in-
terdum ſepties concionabatur, quod munus
tanta hominum frequentia, deuotionéq; obi-
bat, vt res ſanè digna videretur, quam omnes
admirarentur. His accidit, quod in audiendis
confeſsionibus, atque miſericordiæ impendẽ-
dis operibus tam erat aſsiduus, vt de die ſu-
mendi cibi facultas eſſet adempta. Hinc fie-
bat, vt media plerunque de nocte cibum ſu-
meret, & in lętalem incideret morbum, cuius
alia non extitit cauſa, quàm quòd ſupra hu-
manas vires immenſos forti, infractóque ani
mo ſuſtineret labores. Tãta autem fuit penè
ciuium omnium mœſtitia ex huius Patris
deceſſu: vt eum planctu, & lachrymis tan-
quam optimum, pientiſsimúmque paren-
tem omnium proſequerentur.

Labores graues, & continui mortẽ attulere Goaſparo.

Sunt etiam in Amboina inſula ex noſtris
aliqui, quos magiſter Franciſcus ad Magi-
ſtrum Chriſtophorum Riberum eò aman-
dârat,

Amboinæ inſulæ accerbitas.

darat,qui postquã in ea Insula plurimos ad fidem Christianam conuerterat, solus ipse inter eos cum Lusitanorum quodam remansit, qui sua ipsius deuotione incitatus,voluit Patri nostro adesse, cùm tamen non esset illic alia viuendi ratio quàm quæ eius regionis incolis vernacula est, dura, & perdifficilis.

Stupendũ charitatis exemplũ.

Vnde & humi cubare necessum illi erat, ac tam dura,acerbáque pati:vt propter laborũ pondera pedibus vix consisteret.Et quòd rarę charitatis exemplum est, in ea corporis infirmitate iubebat se in stragulo ad Christianorum ædes deferri,vt vel moribundus illos visitaret, erigeret, & doctrina catholica iuuaret.Atque in hanc sancta functione, legitimóque certamine tamdiu animi perstitit constantia, quoad animam, à quo acceperat, Deo redderet omnipotenti.

Malacca.

Malaccæ est Pater Alphonsus à Castro,cuius vita,cùm propter integritatem sanctitatis,tũ propter morum innocentiam, qui velut delitiæ sunt illi populo,existit gratissima. In Morinis insulis,in quibus multi sunt nostrorum Christiani,P.Ioannes Beira cum tribus fratribus habitat,qui omnes vehementer afliguntur propter loci nimiã sterilitatẽ.Quare &Magister Franciscus pia amœnitate spiritus,qua abũdabat,gratia Dei ex re nata,quæ ibi est corpori ingrata, spiritui verò vegeta, eas potius nuncupandas dicebat esse insulas diuiuæ gratiæ,& sperandi in Deum, quàm Morinas.

Mori insularum sterilitas.

Etenim cùm præter labores graues,& pericu-

la plu-

la plurima, etiam rerum temporalium, & victus neceſſarij ſumma ibi viguerat egeſtas: maxima ſeſe offert in Deum conuertendi occaſio, cuius in obliuionem deliciæ, rerúmque affluentia inducit. Hinc pro more habebat Magiſter Franciſcus eos laudibus efferre, qui tum Malucci, tum in Morinis inſulis morabantur, propter aſperrimum, quod ibi tolerandum erat, vitæ genus.

Inter cæteros, qui Malaccæ habitârunt, ac exemplo vitæ inſignes athletæ fuerunt, haud poſtremus extitit P. Franciſcus Perezius, qui magnoperè illius loci incolas vita ſua inſtruxit, confirmauitq; , ac propter perpetuos exantlatos labores iam ferè exhauſtus eſt, quos cùm in plures potuiſſet diſtribuere, vnus ſtudio ſalutis proximorum conſtanter obiuit. Habitauit annos tres Cocini, vbi bis, téruę hebdomadis ſingulis cõcionem ad populum habebat, vt alia pietatis officia quæ, vt erat mira dulcedine, & morum ſuauitate prędituſ, quibus erudiebat populum, omittam. In promontorio Commorino plurima, præſtantiſſimáque opera Deus effecit, eſtque ibidẽ frequentior, quàm alibi Chriſtianorum numerus. Ferunt enim hîc eſſe vltra trecenta Chriſtianorum millia, quanquam non ſine difficultatibus ad Chriſtianiſmum fuerunt perducti, conſeruatique.

Primus omnium hoc opus adgreſſus eſt Magiſter Franciſcus, quem poſtea ſex vel ſeptem ſecuti ſunt, in quorum humeros toc tam illam prouinciam Magiſter Franciſcus

In Cõmorinotercẽtũ, aut eo amplius hominummil lia Chriſtũ induerũt.

sic distribuit, vt cuilibet certa quædam oppida, & vrbes conuertendas assignaret. P. verò Criminalis mensibus singulis totam prouinciam percurrebat, considerando, & rationem exigendo quid quisque in promouenda, & administranda Christiana fide profeciſſet. Cuius mors, quàm fuerit voluntaria, atq; ideo gloriosa, quantáque charitate ornata, nisi vestrũ plerisque constare arbitrarer, prolixius de ea non pigeret exarare. Nam cùm posset mortẽ effugere (iam enim aduentantibus hostibus nauim conscenderat) non potuit tamen nõ ad suas oues redire, metuens ne pueri reliquíq; homines magno numero in littore sine duce, & pastore consistentes, si in Maurorum excidissent manus, Christi Domini fidem abnegarent. Primum charitate incensus è naui prosiliit, quoscunque potuit ad naues adducens, mori potius eligens, & lanceis confodi (vt paulò pòst accidit) quàm teneros illos, ac rudes Christianorum animos in salutis discrimine deserere: satius ducens salutem corporis perdere, quàm tot animas in dispendium salutis venire. Tandem enim occurrentibus in via militibus lancea confixus, dein ad templum vt erat læsus, vbi multi Christiani suppererant, se contulit, in quo ante altare orans capite truncatus martyrij optata laurea promeruit post tot labores coronari. Cuius sanè vita digna fuit tam fœlici exitu, quòd præreliquis Societatis Patribus qui in his locis egerunt, admodum in pietate effulserit.

Criminalis martyrium.

Qui tametsi plurimis virtutum generibus es-

fet

set ornatus: hęc tamen vna in eo elucebat maximè, quòd diebus singulis se ad orationem trigesies ad genua prouolueret, secutus in eo D. Bartholomęum, qui centesies quotidie orabat. Reliqui eius collegæ, qui & laborum socij, & profectionum comites fuerunt, nonnulli vinculis detenti, alij infidelibus vęnũdati, alij verbera ab iisdem experti fuerunt. E sociis quos B. M. Franciscus habuit vnus fuit Henricus Henriquez egregia admodum virtute, qui in huius Patris demortui locum suffectus est, curam, & administrationem omnium in promontorio Commorino Christianorũ gerens. Quantum porrò ipsius charitas, prudentia, mansuetudo, atque labores in ea Christianitate effecerint, testatur abundè amplissimus Christianorũ numerus, qui ipsius curæ subsunt. Aduersa ab infidelibus plurima expertus est, propter eos quos recens à tenebris, ad fidei lumen traduxit. Socium habuit P. Paulum Valleum, qui etiam egregiè suam operam illi Christianitati impendit, linguæ patriæ cognitionem breui tempore cõsequutus. De quo etiã M. Franciscus affirmabat virum esse magnę perfectionis, & sanctimonię, quod ex eo etiam liqueat, quod ab infidelibus captus & carceribus totum mensem mancipatus, compedibúsque vinctus, sola Oriza arida, puróque fonte alitur: qui tandem confectus ætate, post plenitudinẽ bonorũ operũ, & laborũ, in Domino obdormiuit. Rex quidã gentilis aliũ è nostro sodalitio ad supplicium rapuit, quod diẽ Dominicũ celebrari cu-

Trigesies in die orabat.

B. Francisci discipuli.

Alius inedia consumptus.

raret,atque infideles,qui inter Christianos adhuc versabãtur,ad fidẽ nostrã amplectendam solicitaret: sed hic tandem Deo volente liberauasit, alius verò è fratribus eadẽ scilicet de causa,quòd Christianos erudiret, ab infidelibus qui venerant bellũ illaturi Christianis,occisus est. Demũ cũctis pro Christi vinea excolenda his in locis absumptus, remansit præter Patrem Henricum Henriquez,& alium fratrem,nemo qui feris obsisteret: qui tandẽ & ipsi capti,& vinculis arctè adeo constricti sunt,vt Patri manus ac pedes intumescerent, ipsum tamen in honore habuerunt ob sanctitatis opinionem, tandémq; fuit redemptus:alter verò ad quasdã naues nostrates ad 3.mil. distãtes effugit.Itaq; labores,angustię, mors deniq; ipsa Patrũ,& fratrũ nostrorum magnos fructus his in locis peperêre. Pater Nicolaus Lancilottus Italus,cui propter singularẽ virtutẽ,& prudentiã M.Frãciscussumma curã Cõmorini promontorij cõmisit:tãetsi admodũ sit debilis,& imbecillis, nihilominus eius opera Dñs in administratiõe collegij Caulanensis vtitur,quod P.Francisci studio & diligẽtia erectũ est,in quo sunt 40,vel 50.pueri Christiani Primatũ Cõmorinensis promontorij,quos fidei rudimẽta,bonósque mores edocet,& in literis humanioribus instituit curat.M. Paulus duos annos Mozãbicę nõ sine fruge illius populi, eóq; amplissimo famáq; vitę ad Indiã vsq; delata,exegit.Iã annus est decimus,vel duodecimus, quòd Goæ habitat,spiritualẽ curã Christianorũ eiusdem vrbis.

Alius martyrio afficitur.

Alij iuuat ęgrati.

Collegium Caulanense.

vrbis,& potiſsimũ catechumenorũ gerens,vt iij in fide catholica bene inſtructi, poſtmodũ baptizentur. Valetudinarium,quod hodie appellamus,in gratiam infirmorum erexit, vbi iiſdem magna cum charitate inſeruit. Ac præter hæc munia illi etiam incumbit centum puerorum ad fidem conuerſorum inſtitutio, qui quidem ſunt in collegio, ſed à noſtris ſeiuncti. Neque ob hæc omiſit confeſsiones admodũ frequentes excipere. Verè ſtrenuus eſt, ac illuſtris Dei operarius.

Pauli cura inſidã ſtudium & labores.

Valetudinario erecto aegris inſeruit.

Pater Emanuel Morales, Ceilani, & Goæ: Pater Antonius Eredia Cochin: M. Gonſalus Ormuzij, & Bazaini: Pater Baltazar Diaz Goæ omnes vineę Domini egregiã operam impendunt, magno populi applauſu: imprimis quòd patres noſtri tanta cum alacritate in exteras has,& longè ſemotas,barbaráſque terras,veluti Ormuzium proficiſcantur: quo in loco cùm quis noſtrûm quinque ſéxue annos in ſolitis,qui ibi ſummi eſſe ſolent,laboribus vixerit, naturaliter diutius protrahere vitam poſſe negant. His accedit, quòd qui in India eſt populus,vno ore affirmet, nũquam frenum potuiſſe Chriſtianis, qui ex Europa aduenerunt,iniici, & rectam viuendi normã dari,niſi poſtquam Societas in has partes aduenit. Ad nos proinde ſuperioribus diebus venit quidam Religioſus Pater inſtituti D. Franciſci(qui ordo his in locis nobis eſt coniunctiſsimus,& familiariſsimus)referens, ea de cauſa ſe ad nos amandum impelli, quòd videret nuſquam ita nomen Ieſu coli, & in

Franciſcani in India ſocietati maxime fauent.

veneratione haberi, quemadmodum iis in locis in quibus Societas vigeret.

Quis aũt fructus, & honor diuinus ex hoc puerorum collegio manat, qui nostræ curę, & iustitutioni parent, ex parte hinc cognoscetur, quòd quidam puerorum è collegio hoc fuga elapsi cũm in infidelium potestatem venissent, cogerẽntque ad fidem Christianã abnegandã, & Maurorũ impietatẽ amplectendã idq; intentata morte: nihil tamen promouerunt, quamobrem Iesu Christi fidẽ deserendã putarent. Verum ipsi licet captiui tenerẽtur: quæ res ipsorum poterat labefactare animos à fidei constantia: tamẽ vinctos tamen infideles, quàm reliquos Christianos hortabantur, ne Mauris vnquã fide iungerentur, adeo vt in pueris, & adolescentibus firmius fidei donum impressum videatur, quam adultis, & iam ætate prouectis.

Pueri bene instituti maiores in fide firmant.

Annus est, & amplius, quòd nauim quandam Turcæ depredati sunt, in qua permultos Lusitanos in captiuitatem abduxerunt, cum triginta aloleſcentibus Indis: quorum qui minimus erat, nouem annos habebat: maximus natu decimũ sextũ nondũ excesserat: quos importunè, vt Turcicã legẽ susciperent, nũc blãditiis, nũc minis, flagellisq; adhibitis solicitarũt. Neq; tñ cùm exquisitis suppliciis, crudelitateq; ue summa in quorundam vibices laridũ accẽsum guttatim instillassent (quod vsitatũ est apud eos genus tormenti) quenquam à fide Iesu Christi potuerunt dimouere. Quare indignati Mauri, vi eorum vnum circunci-

30. *Adolescentes capti a Turcis.*

Adolescẽtum Indorum inter tormenta in fide cõstantia.

derunt

derunt, cui cùm Maurorum pueruli acclamarent, eum tandem Maurum esse: quod circũcisus esset, illis iste respondit, se cùm vi circũcisus sit, non voluntate: Christianum se verè adhuc esse.

Chiora insulatus.

In quadam insula Chiora nuncupata, quæ à Goa ciuitate sesquimiliari distat, multi ad Christianam se conuertunt fidem, Patrũ huius collegij Societatis ministerio: quia templum ibidem erexerunt, vbi quidam insigni probitate, & virtute habitat, institutioni Christianorum vacans. Eò Dominicis, festísque diebus Goa sacerdos vnus proficiscitur, tum vt sacrum faciat, tum vt concionem ad populum habeat. Vt autem vnum in locum cogi possint, qui ibidem agunt, festis, Dominicísque diebus, ac aliis ad doctrinæ Christianæ explicationem, quæ fit in templo, conductus est quidam veluti præco mercede, cuius opera in euocandis, cogendísque in vnum hominibus vtimur.

Præco ad doctrinã christianã plebẽ conuocat.

Est & alius vir insigni probitate venerandus, qui illis omnibus præest, veluti Christianorum eo in loco degentium pater gubernator, & iudex in controuersiis componendis, aliisque in rebus, dum res ita postulare videtur.

Petrus Mazcaregnas Prorex.

Prorex D. Petrus Mazcaregnas ad obsequium amplexandum diuinum, voluit tres in partes Goensem insulam distribuere, sic vt pars vna religiosis viris instituti Diui Dominici, altera Patribus Diui Franciſci, tertia nostris assignaretur. In qualibet autem parte vnus est protector constitutus, qui incolas

Dominicani Fr̃anciscani

tueatur,ac iisdem de rebus necessariis prospiciat.Cuius etiam officium est,vt iudicet , & corrigat,cùm ratio idipsum exigit.In istavrbe Goensi nõ paruus fructus ex doctrinę Christianę apud pueros expositione colligitur,qui Dei beneficio summa deuotione,& studio eam & discunt, & memoriæ cõmendatã pronunciant.Sub noctem domi eam alta voce recitantes,domesticos docent. Quæ res adeo Proregem erexit,consolatáque est , cùm id audiret,vt aperto capite,iunctísque, & in cœlũ leuatis manibus Deo gratias ageret,quòd ipsius nomen tantoperè apud infideles clarũ, & illustre fieret . Quamuis autem doctrina Christiana diebus singulispriuatim doceatur, publicè tamen Dominicis,ac festis diebus primò in templo nostro, deinde in carceribus, tum aliis in locis huius vrbis explicatur.

Pueri domesticos suos docẽt doctrinã Christianam.

Confessio admodum frequens. Ioannes Flander.

Confessionum occupationes sunt admodum frequentes,ac inter Patres reliquos M. Ioannes Flander plus cæteris in ea functione versatur,quippe qui de more habet ab aurora vsque ad vesperam vacare hominum confessionibus audiendis,ne ocio quidem cibi sumendi relicto. Pater Emanuel ad infirmos, qui sunt in diuersis ædibus plurimi , solet se conferre,tum vt quosdam soletur, tum vt alios qui moriuntur,iuuet, nonnunquam etiam concionatur. Alius verò Patrum dum præsens est,quatuor horis diebus singulis docet:concionatur item Dominicis festisq; diebus:vacat etiam confessionibus audiẽdis, atque ita neque huic desunt occupationes,quibus

bus aliquid conferat in communem vtilitatem proximorum. Tandem Dei Optimi Maximi munere, omnes vt rectè valemus, ita quisque habet etiam plus satis in quibus occupetur. Optaremus nobis plures adesse cooperarios, quò messi, quæ apud nos est copiosissima, paulò commodius sufficiat colligendæ. Nam ex defectu Patrum societatis nostræ obtigit cuiusdam negotij iactura quod ad diuinum honorem, & multorum in populo Chinensi ampliſsimo conuersionem spectabat. Dum enim ad regem Chinensem nepotem suum veluti legatum ablegaret D. Petrus Prorex, simúlque expeteret, vt de nostris vnus comes congrederetur itineris, non factum est ipsius desiderio satis, quòd nullus supereſſet, quo absque huius gentis dispendio carere possimus.

Præterea non ita pridem de iis, qui in sinu Persico versantur, quendam nuncium accepimus, quemadmodum Christianam fidem profiteantur, quam D. Ioanni Euangelistæ ferunt acceptam, qui ibidem Christi fidem promulgauit. Deus nos sua gratia dignetur, vt & horũ quoque desideriis satisfacere possimus. Mihi enim nunciatum est, eos vehementer expetere rectam in Christianismo informationem, atque à viris probis, & religiosis visitari.

Christianì D. Ioannis Euangelistæ tẽporibus.

In continentis vrbibus quæ iam imperio Regis Lusitaniæ subduntur (quod velit Deus sua pace firmare) poterit quoque non exiguus percipi fructus. Tantum illud reli-

quum est, vt T.R. ad nos homines industrios, & his obeundis muneribus accommodos, necnon ad diuinum Iesu Christi honorem amplificandum oportunos mittat, qui pro suæ bonitate, ac in has gentes misericordia nobis etiam largiatur gratiam, vt hîc ipsius voluntatem sanctissimam intelligentes, eandem perfectè exequamur.

Goæ 8. Decemb. Anno 1555.

Seruus in Christo
Antonius Quadrus.

¶ EXCERPTA EX LIteris P. Michaelis Baruli, Goæ scriptis ad eos qui sunt de Societate nominis Iesu in Lusitania.

Agit de miraculosa corporis B. Francisci cõseruatione, quibusdam miraculis & quorundam erga itineris sui comites insigni pietate, quibuscum maluêre fame interire, quàm morientibus deesse. Item de Christianis à S. Ioannis temporibus, & Turcarum in eosdem crudelitate.

DIGNATA est diuina bonitas miraculis quibusdam editis, B. P. Francisci Xauierij sanctitatem & confir-,

mare

mare, & illustriorem reddere. Accepi enim mulierem quandam in oppido Coccino inter cæteras hominum turbas, vt sacrum corpus, quod tum illac nauigio Goam transferebatur, cerneret accurrisse, nec minus importunè quàm obnixè rogitasse nautas, vt aliquid è corpore dicti Patris sibi daretur, post multas tandem preces, cinguli quo B. P. vti consueuerat, particulam obtinuit, quam illa religiosè argento affabrè exsculpto includẽdam curauit: ad cuius contactum qui vel febri, vel alia corporis ægritudine laborabant, adeo miraculosè pristinam consequebantur sanitatem, vt infirmitatis deinceps nullũ remaneret vestigium.

Cingulum P. Francisci, ægrotos sanat.

Huius sacrum corpus, ad euitandum ingẽtem hominum cõcursum, vidimus ea nocte, quæ proximè diem vndecim virginum milibus sacrum antecedit. nec enim quispiam hac tota in vrbe defuisset, qui non alacri animo, singularíque deuotione aduolasset, si de die ostendissemus. Non potuerunt non summopere infinitam Dei bonitatem extollere, nec singulari religione & deuotione perfundi, qui sacrum corpus etiam tum integrum, & incorruptum conspexerunt. Existimabant quidem religiosi Patres nonnulli exenteratum illud, & balsamo cõditum fuisse, sed Proprex veritatis intelligendæ percupidus, corpus aperiendum curauit, quo facto, compertum est, non solùm balsamo non fuisse inunctum, verùm etiam sanguis admodum recens inuentus est. Sed hęc vt animos nostros erexẽre, ita

Integritas corp. P. Franc.

Sãguis recens.

re,ita non parum nos solicitos reddit, quòd iam aliquot diebus P. Cõsaluum Pasqualem, & Germanum, qui nauem quandam ad nos venturi conscenderant, expectauerimus, sedulò eos Deo commendantes, ignari in quãtum vitæ discrimen incidissent. Appulit tandem huc dictæ nauis Præfectus cum nautis quibusdam cimba vectus, qui nobis retulit noctu se cum iisdem Patribus in paruam insulam impegisse,& naufragium feciſſe,quæ nec herbas,nec arbores, nec aliud quicquam vsui humanæ vitæ accommodum habebat, præter scaturiginem aquæ non satis potabilis. Est autem hic locus non ita multum disitus ab insulis Maldiuæ, quæ licet plurimę sunt,paucos tamen habent incolas. Hoc audito nuncio profectæ sunt Goa naues aliquę, vt iis qui in insula remanserant, opem ferrent. Obuios illi habuerunt 40. viros, qui ratem ex partibus collisæ nauis sibi parauerant, referebántque iam quinque, vt minimum,vel sex dies euolutos esse, ex quo nihil cibi sumpserint, vix enim exiguum quid panis nautici biscocti,aliarũmque escarum nullius momenti à naufragio superfuit. Mirificè Patrum nostrorum factum populum Goensem recreauit, quòd nimirum quantumuis rogati,induci non potuerint, vt vel cum nauarcho schapham, vel cum aliis ratem conscenderent, sed statuissent potius cum aliis in loco deserto mori,quàm in extremo positos periculo destituere.

Ingens insularũ Maldiuæ numerus.

Quorundã charitas.

Diebus elapsis in hanc vrbem aduenit Christia-

Christianus quidam ex eorum numero, qui D. Ioanni Euangelistæ suam conuersionem acceptam ferunt, puerum quendam apud nos agentem sanguine sibi coniunctum visurus: retulit is nobis, id Christianorum genus sanctæ Romanæ Ecclesiæ subesse, atque omnia sacramenta, eorúmque cæremonias adhuc inuiolatas obseruare, quibus tamen cùm necesse est Armeniæ patriarcha Episcopos constituit. Parent hi Regi cuidam Mauro, qui eos & habere templa, & tremendum altaris sacrificium offerre permittit, quanuis nonnunquam Turcæ in eos irruant, templa solo adæquando, vt non raro cogantur ad montes, aliáque Turcis loca inaccessa, vt missas celebrare citra molestias possint, confugere. *Mauri Turcæ crudeliores.*

Asserebat item in regno Bassora nûncupato ad quadraginta Christianorum millia cum suis vxoribus, & familiis habitare. Sit benedictus Deus Dominus noster.

Goæ, hoc anno ~~1556~~

¶ EX EPISTOLA PA-

tris Ludouici Frois, Anni 1559.

Tractat de summo proregis in rebus fidei promouẽdis studio, solẽnia baptismata celebrandi ratione, oppidorum quorundam & multorum etiam nobilium virorum & doctorum, imò & Regum ad Christũ conuersione, inter quos Brachmanum quidam paternarum legum ~~inter~~ studiosiss. De Veaco propheta, disputationibus cum gentilibus habitis, & paganorum superstitione. Postremo quędam non indigna cognitu refert, de gentilium superstitione & ad mortem pręparandi modo, idolorũ ruina, & miraculosa victoria, Christi vexillo parta.

Pax Christi. & cęt.



Vperioribus literis Patres charissimi, cõsuetudinem nostram vobis significaui, in vocandis, alliciendisque ad fidẽ catholicam Ethnicis, iisdémque postea conseruandis, ac promouendis. Nunc verò Christianorum miram frequentiam in hac Goensi peninsula (quos indies suprà quàm dici posset, multiplicari animaduertimus) describam, ex quibus magnum gaudium, & in Domino consolationem percipietis, cùm præsertim hoc anno copiosiorem Christianorum segetem, quam superioribus in horreum Dominicum reposuerimus. Præcipua verò huius messis causa post diuinum, vt intelligo, auxilium, illibata fuére sacrificia, ac ardentes illæ orationes, quas hac potissimum ratione fundi per

Goæ amplæ Christianorum seges.

Orationes pro infidelium ad fidẽ conuersione.

omnia

omnia Europæ collegia certò mihi perſuadeo. Accedit huc fauor, & amor quo Prorex nouorum Chriſtianorũ cauſas eſt amplexus. Argumentum certè conſtantiæ, & deſiderij, quo Chriſtiani nominis propagationem in hiſce nouis mundi partibus vehementer exoptat, vel hoc eſt certiſsimum, quòd nec obmurmurationibus, nec quærelis à tam honeſto ſtudio, nec vafris dæmonum machinationibus, quæ in ipſo ſtatim principio per ſuos miniſtros moliri ſatagebat, pium illud animi propoſitum abiiceret, ſed ne tantillum quidem de eo remitteret: quin etiam cùm à præcipuis regni adminiſtratoribus, ſuiſque conſiliariis admoneretur, quòd Regia vectigalia (quæ ipſi diuino honore, & gloria habebant chariora) non paruam iacturam aliquando acceptura eſſent, ſi tantis impenſis Chriſtianorum conuerſioni intendere vellet: ille, vt Principem Chriſtianum decebat, reſpondit. Plus ad Regni ſtatum amplificãdum, ac Regis mei ſplendorem conducit, vel vnius abiectiſsimi mancipij in hac inſula conuerſio, quàm diuitiarum immenſa copia, vel naues pipere, aliiſque aromatum generibus pleniſsimæ. Firmiter enim hoc apud ſe ſtatuerat, omnia ſua in diſcrimen adducturum, pro vnius animæ conuerſione, & incolumitate. Et quamuis alia huiuſmodi illius animi propoſito contraria penè indies obiicerentur: non ille tamen vel conſilium mutare, vel de ſententia potuit dimoueri.

Proregis in promouenda conuerſiõe gẽtilium cõſtantia.

Auaritia idolorum ſeruitus.

Vere Chriſtiani principis reſponſo.

Diuinũ in Principe animi propoſitum.

Tandem intellexêre, ni aduerſarium Pro-

regem

regem experiri vellent, sibi idem circa gentiſ lium conuerſionem eſſe nitendum, iiſdémque ſtudiis cum eo inuigilandum, quod (Deo laus) fieri videmus. Nam cùm antea Brachmanibus, aliiſque Ethnicis non admodum reluctarentur: nunc manibus, pedibúſque adnituntur, vt eos conuertant, ac in fide conſtabiliant. Et ſi fortè nõnulli ſint qui huic operi minus fauere videntur, cauent tamen ne aliqua ratione Prorex reſciſcat. His acceſsit & aliud multis laudibus efferendum Proregis facinus, quòd Brachmanes omnes, cæteroſque Ethnicos ab aula ſua repulerit, etiam eos qui antea ipſis ciuitatibus primariis familiariores eſſe ſolebant: in eorum verò locum Chriſtianos ſubſtituit, quos etiam arcibus variis in locis præfecit, munera ciuilia, & dignitates, quibus antea Ethnici fungebantur, Chriſtianis commiſit. Bonam diei partem cum Mauris, Ethnicíſque conſumit ad ſe ob varia negocia confluentibus, quibuſcum de diuinis, & ſacram noſtram fidem concernentibus capitibus agit: nec facile eius labor, & zelus fruſtratur, cùm haud infrequenter nullo ferè negocio quod intendit, obtineat. Quibus rebus pro voto geſtis, famulum aliquem ad nos mittit, vt à noſtris fidei rudimenta percipiant, donec ſolenni baptiſmate cum aliis abluantur, cui plerumque ſolet adeſſe, necnon ſine magna animi lætitia Patris initialis vt plurimum fungitur vice. Non æſtus, non imbres illum deterrent, quò minus in Chioranam inſulam, aut ad trium Magorum templũ (quod octauo

Brachmanes honoribus ſolitis, ciuilibuſq; adminiſtrationibus priuãtur.

Prorex euangelizat.

Pater initialis.

Chiora inſula.

Franciſcani. Dominicani.

octauo hinc distat miliari) proficiscatur vbi Franciscani habitant : aut ad Diuæ Barbaræ, vbi Dominicani commorantur : præsertim si ibi celebrandum Baptisma incellexerit. Brachmanes isti ac nobiles Ethnici antea in aula Indica, ac Proregis domo primum dignitatis gradum obtinebant, Christiani verò noui in abiectis, sordidisque versabantur operibus, & tanquàm infames, abiectissimique serui in stabulis nunquam non hærebant, vt sæpè necesse fuerit Ethnicorum auxilium implorare, & illos sibi tanquam patronos asciscere ad sua conficienda negotia. Nunc verò Dei miserantis benignitate, & clementia effectum est, vt Brachmanes ipsi, cæteriq; infideles si Proregi loqui velint, & fortè in porticu ad mare spectante obambulet, in litore sese constituant, æstui, imbribúsque exposiri, attentè obseruantes, donec in illos oculos conuertat. Quod vbi animaduersum est, in obedientiæ, honorísque testimonium, supplices libellos offerentes genua flectunt, donec signo dato ad se venire iusserit. At noui Christiani, vt animati in spem erigantur, per amplas aulas, spacioſáque atria, nobilium more obambulant, magni beneficij loco ducentes, comedenti Proregi astare posse, holoserico, purpuráque ornari, & gladiis deauratis accingi, ac per se negocia cum Prorege tractare. Interdum P. Petrum Dalmeida, quem tenerrimè diligit, quòd ardeat Christianitatis promouendæ desiderio, ad se vocare solet, &, vt est faceti ingenij, quídnam muneris pro

Miseram olim cõditio Christianorum.

Nullã prætermittit occasionẽ Prorex, qua Indos ad fidem allicere possit.

pro læto nuncio sibi polliceatur, interrogat, si qui de nobilitate Christiani fieri velint, nec rarò ad ea quæ Ethnicorum conuersionem concernunt, illum accendit. Pater verò vt parem Proregi vicem rependat, vbi ipse in fide Christiana aliquos informauit, hos ex Patris Prouincialis mandato ad ipsum adducit, vt eius erga se amoris argumenta certissima inistiandi intelligant. Nam omnes amplectitur, omnes sub suo patrocinio, & defensione suscipit, omnem denique illis beneuolentiæ significationem exhibet, omnémque operam promittit. Ex hisce iactis fundamentis facilè coniectura colligi licebit huius tam diuini negotij conuersionis animarum sacrosancto Christi sanguine redemptarum successu, quas nunc in sanctæ matris Ecclesiæ sinũ: vt Christum creatorem, redemptorémque veneren-tur, & adorent, traductas cernimus.

Integra oppida ad fidem conuertuntur

Cùm igitur immenso Christi beneficio in ipso iam limine tam copiosa, & frequens sit Christianorum conuersio, non est iam sicut antea fuerat, necessarium remotiora loca petere, vel ad ea nimis anxiè aspirare. Etenim singulis penè diebus ad Superiorem Collegij sustinet ianitor idem illi semper nuncians, nimirum iam 8. deinde 10. interdum 30. nonnũ quàm 60. (vt tunc accidit, cùm integra oppida ad fidẽ nostrã Christianã amplectendã cõuertuntur) esse præ foribus, qui sacrum baptisma petant, quos oẽs pro nostra facultate beni gnè suscipimus. Viros quidem, vt in nostro Collegio fidei percipiant rudimenta, mulie-

res verò cum paruulis ad huius ciuitatis xenodochium remittimus, ibidem instituẽdas. Si quæ verò sint nobiliores: honestioribus cohabitant matronis, à quibus in baptismate suscipiuntur. Nolim tamen vos arbitrari, temerè nos, aut indiscreta facilitate omnes ad tam excelsa mysteria admittere, nedum cogere: antequam satis exploratum sit, longáq; mora discussum firmum, & constans animi propositum: atque adeo multos bis, térque in suam patriam remeare iubemus, meditatéque considerare, quod susceperturi sunt vitæ sanctioris institutum: iubentes, vt post diligentem voluntatis suæ explorationem redeant, quò hac ratione nobis certius constet de illorum seria, constantíque baptismatis petitione. Alia ratione fidei differimus sacramẽtum, nimirũ datur eis id negocij, vt propinquiores, & familiariores suos huc adducant, qui pro illis spondeat: interea temporis catechismum addiscunt. Si verò interim solenne baptisma celebretur, mœrore vultus quàm auidè baptisma appetant, haud obscurè declarãt. Hæc scribo, vt intelligatis, charissimi Fratres, ad eum finem nobis comparandum, quem proposuimus, conuersionis scilicet, & salutis animarum, commodiorem locum reperiri non posse, in quo frequentior Christianorum existat numerus, quàm hic noster est: intra domesticos enim parietes id quod cupimus, obtinemus. Nam Frater ipse qui operibus præest, & cum ipsis fabris lignariis versatur, sic de diuinis rebus illos alloquitur, vt tandem

Non facile ad baptisma admittũtur, præsertim Gentiles Mauri.

argumentis ſuperati Chriſtiani fiant. Quid multa? nullus domi noſtræ tam abiectæ conditionis, ſordidíque officij eſt miniſter, qui non familiaribus colloquiis ſuæ artis homines ad ſynceram fidem à Paganiſsimo reuocet: non faber, non ſartor, non coquus, nõ lotor: omnes deniq; Chriſtum, quem intus cõceperunt, ſpirant, & pariunt. Ij autem qui ad fidem conuerſi ſunt, ne ſoli ipſi gemmã quã reperêre, poſsidere videantur, vxores, liberos & agnatos Deo lucrãtur, & ad nos deducunt. Alij honore, qui nouis Chriſtianis defertur, capti, ſeipſos nobis committunt, variis modis Deo quos ſibi elegit ineſcante. Itaq; hęc frequens, & cõtinua videri poteſt ſpiritalis animarũ venatio. Vtinã eundẽ Euãgelij curſum atq; ſucceſſum mundus videret in tot prouinciis, & regnis, quę crudeliſsimę tyrãnidi antiqui ſerpentis, omnis boni exoſoris, ſubiacẽt: ad maiorẽ diuinę maieſtatis gloriam, totiúſq; inferni luctum. Brachmanes hi antiqui Satrapæ, & regionis huius olim Domini, tantum animi dolorem concipiunt, quòd hoc D. Pauli collegium eorum ritibus, & cæremoniis vehementer aduerſetur, vt vix oratione explicari queant: hinc enim idola contrita dolent, ſolennia feſta abrogari lugent, corruptionem morum ſuorum exterminari, peruerſitatem omnem, & diabolicam abominationem funditus extirpari fruſtrà lamentãtur. Noſtri enim Sacerdotes medullitus illorum penetrauerunt ſuperſtitiones, nequitiáſque, neque diutius eorum verſutas calli-

Fabri, ſartores, lotores & cæ. Euangelizant ſuæ ſortis hominibus.

Brachmanes olim Satrapæ, & regionis Domini.

ditates Deus passus est latere. Vix animo aliquid concipiunt cõtra Christianos ad idololatriam tuendam, quin consilio dictum factũ patefacto, non solum quod cupierant, nõ perficiunt: sed potius in illos, si res exigit, grauiter animaduertetur, quamuis dissimulatores sint astutissimi. Iam eò tandem miseri deuenêre: vt festorum, & voluptatum celebritatẽ, quam media luce peragebant antea, in tenebras, & noctis obscuritatem transtulerint. Nã si conuiuia paranda, vxores ducendæ, & idolorum dies festi celebrandi: non nisi intempestiua nocte, ne ab aliis deprehendantur, tale quippiam aggrediuntur. Quòd si fortè vicini Christiani, vel affines id intellexerint, festinantes ad Collegium eos defe-runt: vt ipsorum solennitates impediantur. Tum Fratres nõnulli cum nouis quibusdam Christianis illos accedentes, nefandas cæremonias ipsorum violant, idola (si quæ sint) cõminuunt: ita vt sæpè extrema gaudij luctus occupet. Verùm ne singulis commemorandis immorer, ad alia me grauiora conferam. Et primò quidem solennia baptismata, quo ordine in nostris ædibus sint celebrata, quàm potero paucissimis recensebo. Et ne cæremoniarum solennia in singulis repetere cogar: modum quem in omnibus baptismatibus tenemus, explicabo: vt ex vnius ordine, & celebritate reliqua æstimentur.

De baptismatum solennitate.

Imprimis iustum colligimus catechumenorum numerum, qui baptismati solenni sufficiat, qui posteaquam in mystu-

Veste candidatorũ

Templi ornatus.

Platearũ apparatus

Ediũ vnde baptizãdi procedunt cultus.

Prorex baptizandorum chorũ sua præsentia ornat.

steriis nostræ fidei satis fæliciter fuerint instructi, tum P. Petrus Dalmeida, ex prouincialis mandato, vestes pro cuiusque dignitate confici curat, certúsq; baptismatis dies (per concionatorem) indicitur, vt quisque quando oporteat conuenire sciat: & qui catechumenos domi habent, eodem deducãt. Templum precioſis peristromatis, aliísque ornamentis adornatur, reliqua omnia virentibus ramis, herbísque redolentibus sternuntur. Iuxta sacrum Baptismi fontem, altare, insigni ad pietatem prouocante imagine adornatum erigitur, candelabris argenteis, sacróque Chrismatis oleo superpositio. Præ foribus templi hinc inde pulcherrimę humi figuntur arbores, palmis ferè similes, & frondosæ, gratissimóque virore, miro modo recreant spectantium oculos. Viæ præterea variis asperguntur frondibus, vexillis, Ducúmque insigniis expansis, crucis effigies iuxta scholas collocata, decoratur. Quoniam autem frequenter ex ciuis alicuius domo supplicatio prodit: ille feneſtras precioſis pannis, vexillísque exornat, ædium verò limina, & viam floribus, virentibúsque ramis, iuncísque sternit. Quæ omnia Proregi significant, quo in loco ipsi sit sistendum. Inquem vbi venerit cum reliqua nobilium multitudine sistens, supplicationem expectat. Cùm primùm omnia scitè parata videntur, pueri è collegio nostro prodeũt, vexillo Crucis præeunte, albáque manica insigniti, & sertis circum tempora cincti, ramos manibus gestantes, a campanæ sonitum procedunt, tin-

tinna-

tinnabulis item, tubísque, & variis Musices instrumentis perstrepentibus. In primo autem supplicationis loco Pater Patriarcha, cũ Patre Prouinciali reliquísque Societatis Fratribus procedit. Vbi autem ad locum ventum est, in quo hærent baptizandi, nonnihil supplicatio subsistit, donec alij Christiani, Christianæq; domo egressi pulchro ordine supplicationem instruunt, magnáque animi consolatione, & lętitia templum adeunt, pueris semper præcedentibus, & psalmos modulantibus. Simulatque in templum ventum est, è sacrario prodeunt Patres, qui eos baptizare debent, Fratribus comitati, qui sacrum oleum in magnis argenteis lancibus ad altare portant. Toto illo tempore quo cæremoniæ ante tẽpli ingressum fieri solẽt, cum Patriarcha Prorex erecto semper astat corpore. Templum deinde ingressi, iuxta sacrum fontem ambo sedent: eo autem ex loco Prorex permultos è sacro fonte leuat, quibus nomina imponit, idem faciunt nobiles Proregi astantes. Toto illo baptísmatis tempore Musicè pias quasdam cantiones ex superiori chori parte decantant pueri, quibus tubæ, tympana, cytharę, cornua, aliáque Musices instrumenta alternatim respondent. Duo autem Fratres eorum qui baptizati sunt, nomina in tabulas referunt, quò baptizatorum numerus sciri possit. Vbi viros, puerósq; baptizauerimus (mulieres enim cum infantibus ob maiores commoditates plærumque vltimæ sunt) signum crucis cum pueris præcedit, & versus Colle-

Patriarcha cũ fratribus Societatis.

Musici. Cytharœdi, &c.

In catalogum referuntur baptizati.

gium læti noui Christiani, vtpote in Christo regenerati,, accensas candelas manibus gestãtes progrediuntur, quos Patriarcha cũ Prorege, & reliqua populi caterua, subsequitur, & cùm in Collegio Deo omnipotenti voce, variisque Musices instrumentis gratias egerũt, ad templum reditur, & ibi coram venerabili Eucharistiæ sacramento, flexis humi genibus, gratiæ Christo Opt. Max. ob tam singularem clementiam, plurimáque beneficia collata agãtur. Cùm iam Prorex Patriarchæ, aliisq; Patribus valedixisset: nos Christianos nouos in Collegij horum ducimus, stratisq; accumbunt mensis, quibus Fratres in Domino lætissimi qua possunt maxima amoris significatione ministrant. Interim in templo baptizantur mulieres, quæ res in multã noctem vsque, vt plerunque contingit, extenditur, ac tum in huius ciuitatis xenodochium sese nouæ Christianæ recipiunt, quibus ibidem lectissimæ quædam mulieres, & gaudentes, dum accumbunt, sedulò inseruiũt. Proxima inde luce, ad sacrũ audiendum, in ecclesiam nostram neophyti conueniunt, quo audito, tum multis amplexibus, aliisq; beneuolentiæ, & amoris signis, ex syncera charitate procedentibus discedẽdi ipsis, patriámq; repetendi faciunt potestatem. Horum plurimi adeo sunt accensi, & feruore pleni, vt nullam vnquam partem capiant quietis, donec in eum statum alios pertraxerint, in quo sese diuina bonitate, & misericordia constitutos esse gaudent. Nos enim priusquam rece-

Gratiarũ actio.

Epulæ instruũtur.

Veræ conuersiõis signum est, alios studiosè conuertere.

recedant, hoc muneris illis iniungimus, vt ad vitæ æternæ ſpem, eundémque in quo ipſi ſunt, ſtatum, quantum in ſe erit, alios adducere nitantur. Hoc ordine deſcripto, quem vt plurimum in ſolennibus baptiſmatis obſeruare conſueuimus. Iam ad Chriſtianorum numerum explicandum me accingam.

Numerus baptizatorum anno 1558.

Vndecima Decembris, ſuperioris anni qui fuit 1558. in hoc Diui Pauli collegio 125. baptizauimus.
Prima Ianuarij, anni ſequentis, 50.
Vigeſimaquinta eiuſdem 129.
Vigeſimaſeptima Februarij 132.
Secundo Aprilis cùm ex oppugnatione Damani rediiſſet Prorex, 214.
Quarto Maij ipſo die Aſcenſionis, 120. 14. eiuſdem menſis ipſo Pentecoſtes, aliud hoc quo iam dicã modo baptiſma celebrauimus.

Macadanus quid. Celeberrimi pictoris ad fidẽ noſtrã cõuerſio.

Conſueuêre Mauri, Ethnicíq; in ſingulis opificiorum tribubus, vnum aliquem delectum virum præficere, quem Macadanum vocant, nos Superintendentem, vel Præfectum diceremus: cui reliqui eiuſdẽ artis parére debent. Ex his vnus qui pictoribus præerat, cõuerſus eſt Goç, quẽ omnes tam gubernatores Goenſis Reipublicæ, quàm Indiæ Proreges multis modis ſæpè ad fidẽ adducere conati fuerãt, tũ quòd eſſet in ſua arte excellentiſsimus, præſertim in picturis iis, quæ vultus liniamẽta ad viuũ exprimũt tũ q; Indiça ferè oĩa tépla venuſtiſsimis imaginibus rari cuiuſdã artificij exornaſſet. Res certè hæc admiratione, paritérque dolore erat digniſsima, tã pias, támq; ex-

cultas imagines ab impio, & idololatra, atq; à vero Dei cultu alieno videre formatas. Sæpè huius conuersionem tentauêre nostri: imò verò assiduè (quòd vicinus noster esset) opportunè importunè institêre, si qua ratione mitescere posset ipsius animus, inflectíque ad agnitionem Christi, durus tamen semper, & obstinatus agens permansit, licet alioqui animo demisso, mansuetóque ingenio, & facili præditus esset, adeo, vt sine magno labore quiduis illi præter fidem nostram, veritatémque Euangelicam persuaderi potuisset.

Diuinis inspirationibus obtemperandum.

Is tandem (Deo Opt. Max. sic volente) cùm ex graui decumberet morbo, Patrem Ioannẽ Brauum Ecclesiæ Præfectum, qui illi erat familiarissimus, accersíri iubet, & quæ ipsi in somnis apparuerant, enarrat. Quæ cùm Pater audiîsset, statim intellexit hominẽ à Deo intus esse commotum, eúmq; hortari cœpit, ne diuinis inspirationibus vel vltrò resisteret, vel surdas aures præberet: præcipuè cùm de re non exigui momenti, sed quæ æternam salutem attingeret, tota deliberatio ineunda foret. Placuit itaque Deo tantum verbis serui sui addere virium, vt durities cordis statim in eo subsideret, & emolliretur, fidémque nostram amplecti proponeret, atque in eius rei signum annulum Patri dedit. Quæ subita cõmutatio tantoperè nos exhilarauit (quòd magni præsidij huius esset futura conuersio) vt diuinæ bonitati gratias agendi vix vlla nos caperet satietas, præsertim cùm ex huius salute aliorum multorum dependeret incolumitas,

tas,quos huius exemplo,& opera Dominico gregi adiunctum iri speramus: statim igitur Proregem certiorem fecimus, tunc temporis in Damana commorantem:is re noua lætus, præcepit nostris, ne vlla ratione, se absente baptizaretur, cupere enim se in sacro fonte eius esse onomastam,& baptismatis pompam instruere,quod & ipso Pentecostes die perfecit,tanta rerum omnium applausu,& exornatione,vt inter alia quæ per nostros celebrata fuerãt hoc in Collegio Baptismata,hoc ipsum arbitrer fuisse celeberrimum, maximóq; apparatu confectum: vnum illud excipio, quo Mealij filia Christo nomen dedit, quod vel eo nomine hoc magnificentius fuit,quoniam à Patre Patriarcha, qui alteri non interfuit, peractum fuit.

Celeberrimum picturis baptismum.

Prorex autem Patri Consaluo nunciauit sibi gratissimum fore, si qua ratione fieri posset,vt omnia denuò, quæ ipso Resurrectionis die facta fuissent,in hoc baptismo renouaret.Quare triumphales arcus in ipsa via erexímus ita collocatos, vt ex aduerso haberent valuas templi,per quas erat ingressurus, quas & celebri artificio incisa charta ornauimus, apposuimúsque hinc inde virentes arbores,palmis non absimiles:ad hęc multis insignibus,figuris,ac tabulis, quæ non tam arte, quàm variis coloribus erant gratissimæ, vias, ac templum decorauimus.

Pompa baptismi

Huius fenis conuersio in summo templo, aliisque omnibus in quibus Societatis Iesu Patres concionari solent, publicè procla-

mata

mata est in eum finem, vt omnes post ve-
spertinas preces ad Collegium nostrum con-
fluentes ipsam supplicationem, quæ ad eum
cum vxore, liberisque excipiendum à no-
bis prodibat, celebriorem redderent: cui
Patriarcha quoque cum Prorege, multís-
que Indiæ magnatibus, ac turba plurima,
sua præsentia multum honorem addide-
runt. Spectaculo huic Mauri plurimi in-
terfuerunt, item Ethnici, ac pictoris huius
consanguinei non pauci: processit ipse tan-
dem ex vicini nostri domo, vestem seri-
cam indutus, quæ gallico more (nam sic
Prorex eum vestiri iusserat) confecta erat,
torquem aureum habens è collo, tibiásque
croceis ocreis euinctas, cui hic omnis orna-
tus, mirum dictu, quàm venustè, & splen-
didè quadraret: nam corpore erat bene
constituto, & facie liberali.

Prorex ad latus ingrediebatur, iuxta quem
vxor erat in preciosissimis vestibus, Lusi-
tanum morem exprimentibus, ei nobilis,
ac primaria quædam matrona iungebatur, à
qua in baptismate suscepta est. Cingebant
hinc inde filij, quorum natu maximus no-
uem, aut decem annorum, ob elegantem
formam omnium in se oculos, conuerterat.
In ipsa supplicatione sex vel septem cho-
reæ ducebantur: has mixtim interpositi pue-
ri nobiles auro, & argento supra modum
ornati honestabant. Nullum deerat instru-
menti musici genus, quod ad aures demul-
cendas faceret: omnia tantam harmoniam,

campanarúmque concentum tam egregium suis numeris explectebant, vt lætitiam adferrent maximam, & animos ad omnem pietatem excitarent.

Prorex viro Constantini de Breganza, vxori Eugeniæ nomen imposuit. Natu maximum filium Theotonium, reliquos verò Fulgentium, Ioannem, & Vincentium appellauit.

Matrimonij renouatio.

Baptismate absoluto, matrimonium ex integro solenni ritu, vt fieri solet, renouârunt, ipséque Prorex, aliíque nobiles qui aderant, vsque ad lectissimæ cuiusdam mulieris ædes, quæ istos in baptismate susceperat, totam familiam prosecuti sunt. In quibus cùm biduum hæsissent, domum suam repetierunt. De donis autem, & muneribus vltrò liberaliter oblatis quid attinet dicere? quæ & plurima erant, & maximi sumptus,

Sosolastæ

Arcis Sophalæ Præfectus, sericos pannos, vndulatósque, & alij generis, ac coloris varij dedit, ex quibus sibi, coniugi, liberísque vestes conficeret. Huius nunc peculiarem nos curam gerimus, nec immeritò: nam si eum, cùm adhuc Ethnicus esset, propter honestatem, grauitatémque morum, & familiaritatem quam nobiscum habebat, amauimus: Nunc profectò, cùm se pium, probúmque Christianum re ipsa profiteretur, longè debet esse commendatissimus: fit enim, vt eius exemplo commoti, eiusdem artis homines sese CHRISTO non solum

arspib

lum dedere familiarius incipiunt, verùm etiam iam minimè pauci in matris Ecclesiæ gremium se sua sponte transtulerint.

Octauum baptisma.

Octauo baptismate quod celebratum fuit, 28. Mai, 85. baptizauimus.

Nobilis Brachmanis cũ multis aliis cõuersio.

Vigesimoquinto Iunij 198. Vigesima octaua Iulij Brachmanum quendam baptizauimus nobilem virum, & prædiuitem, cum coniuge, liberis, & domesticis, eo (quo iam dictum est) ordine: quem Prorex in baptismate suscipiens, Theodosium de Breganza nuncupauit. Huius deinde opera multi Ethnici sunt conuersi, quod eos ad hoc sedulò hortari non destiterit.

Sexta Augusti, baptizauimus 315.

Socro fonti admouimus.

Decima verò septima eiusdem mensis, in hoc eodem collegio magnis cæremoniis, & solẽni pompa Macadanũ aurificem, qui præ cæteris suę artis longè nobilissimus esse, ingenióque mirabili prędítus existimatur. Placuit autem Deo Opt. Max. vt eo die, eius patruelis vna ad fidem Christianam accederet: ipse verò Macadanus quàm potuit amplissimè vestitus, ad domus limen cum peruenisset, vnde à supplicatione excipiendus erat, chartam foliis aureis, & argenteis plenam, vt

Aurificum præfectus fonte baptis. abluitur.

lætitiam animi, aurique contemptum ostenderet, quod tanto studio plærique quærunt, in astantem populum effudit. Mox cum vxore, aliisque quatuor baptismum accepit. Perstrepebat eo tempore aurificum vicus, quem peculiarem, propriũmque possident, ingenti hominum multitudine, obumbratus multis diuer-

diuersarum arborum ramis, ac frondibus, ve xillis item, & tropheis vt variis, ita aspectu iucundis, quibus suum Macadanum honorabāt.

Aurifices suū imitantur antestē gnanum.

Accidit post huius conuersionem, vt alii eiusdem artis magistri non pauci nomina Christo dederint.

Est insula quædam Cioranæ, quæ duobus hinc distat miliaribus, in qua templum etiā habemus, nomen ei impositum est Beatæ Mariæ Virginis à Gratiis. Hæc insula, vt credibile est, eiusdem Deiparæ Virginis precibus, vberrimam, & fœliciſsimam messem dedit, & salutari fonte baptismatis multos è suis ablui vidit. Nolebat enim pia virgo inter tot oppida Euangelij fœcundissima hoc vnum sterile, & infrugiferum permanere, in quo magna cum religione ipsa præsideret, quin potius tristitiam, & ploratum (nam hoc Cioran insulę nomen significat) in lætitiam, & interiorem spiritus consolationem conuerti voluit. Res autem sic se habet, cùm Ethnici de factis, nescio quibus cæremoniis contra edictum Regium, præscriptáque viuendi consuetudine violata accusarentur, idque ipse Prorex ægrè tulisset visum est Patribus nostris tentare, si timore pœnæ quam incurrerant, in commissi contra Deum sceleris dolorem, ad cognitionem venire possent. Erāt 300. vel 400. fortassis, qui in castello quodam satis amplo, quod inter palmas non longè ab æde sacra Beati Virginis situm est, habitabant. Ad hoc igitur explorandum cum Patre Dal-

Ciorā quid ſignificet.

meida

ma benignitas, ipſemet intereſſe voluit. Intererant etiam non pauci Brachmanes, qui & in Inſulæ parte alia ſeparatim vitam degunt, & cum cæteris accuſati non erant: ſed tamen conſcientia ſcelerum perſtricti, conſciique ſibi malarum rerum, cùm vererentur, ne Prorex in inſulam aduentus poſt baptiſma in ipſorum perniciem redundaret, plurimi ex iis clam noctu propriis ædibus, omnibúſque pro derelicto habitis ex inſula in continentē fugere decreuerant, quod feciſſent, niſi quorundam diligenti ſtudio præuenti, Regio inſuper edicto prohibiti fuiſſent, ne quoquàm extra inſulam pedem efferrent, alioqui copias, & opes vniuerſas perdituros eſſe. Placuit tandem diuinæ bonitati, vt 30. ferè ex his fidem noſtram amplecterentur, quos cum aliis baptizauimus. Rebus igitur ad eum modum bene compoſitis, venit Prorex magna ſuorum multitudine ſtipatus, huic in littore gratulabundi occurrere debebant, qui paulò poſt ad baptiſmum accederent, numero ferè 507. quos P. Antonius Quadros cum aliis nonnullis Fratribus in ordinem, & modum conuenientè digeſſerat. Tandem erecto crucis vexillo, vt fit Chriſtiano more, tympanóque pulſato, viam qua Prorex venturus erat, ingrediuntur, vt illi obſequium, & honorem pro merito deferrent. Viros, mulieres ſubſequuntur, proles quæque ſuas aut ſinu geſtantes, aut ducentes manibus. Vbi ad Proregem omnes peruenirent, ad eius ſe genua prouoluunt, & vt quiſque nouerat, ac poterat, Proregem officio-

30. Brachmanes baptiſmum petunt.

Quingenti & 7. baptiſma amplectuntur.

officiosissimè salutãt. Manus cum lachrymis extendunt, amplecti, & hærere eius vestigiis, amorem, & beneuolentiam ostendere, denique facere cuncta quibus animi lætitiam immodicam declararent. Ille humaniter ac benignè omnes vlnis amplexus patrio, ac pari amore (vt charitas, Christianáque religio suadebat) erexit, ac cõsolatus est. Ex illo loco simili deinde ordine in templum itum est, aderat cum Prorege Vicarius, & Prior Dominicanorũ, ac P. Consaluus, nonnullíque alij Collegij nostri Fratres, qui quod in mandatis habebãt, vt viros induerent nouis vestibus, ilicò quàm diligentissimè perficiunt. Postea mulieres eodẽ quo diximus, ordine, iter ad templum capiũt. Hîc igitur omnibus in vnũ confluentibus, & monticulum quendã exiguum qui ex aduerso obiacet templo, cõfertim vt fit, ascendẽtibus, ibi demum exoritur incredibilis quędam muficorum harmonia, tubis, ac cornibus, citharíſque, & variis instrumentis iucundè modulantiũ, aduentúmque gratulantium, tanto cũ fragore, & applausu, vt totum oppidũ implerí, & tremere quis existimaret. Prorex audito tam suaui cõcentu, fenestris ædium innixus, vbi tum se cũ suis collegerat, adiunctis S. Dominici, & Societatis nostræ Patribus, & tantã multitudinẽ alacriter, & iucundè prospectãs, quantas potuit, diuinæ bonitati gratias egit, quòd tantis hanc insulã beneficiis cumulasset. Baptismate celebrato, viri, & pueri collegium ingressi cõuiuio excipiuntur: interea Prorex cum religiosis, cæterísque magnatibus aream

Pròregis Solicitudo ne quid noxobitis de esset.

ingressus, quasi ministrorum vnus, mensas cricuibat,& virgam manu tenens,curabat ne quid omnino cuiquam deesset. Multis illos officiis prosequens, excitánsque colloquiis, & piis adhortationibus,quæ res non mediocriter omnes affecit: vnicè id studebat,vt nouã fidem vitæ puritate cohonestarent. A cœna in eundem finem mensæ accumbentibus adhuc omnibus concionem egregiam habuit, adhortatúsque est, vt benficij à Deo accepti memores non solùm in Christiana fide ad extremum vsque constantissimè persisterent, verùm etiam piis operibus se Christianos esse declarent,faciántque vt vitam cum nomine coniungant, & appellationi honorificentissimæ non dissimiles actiones respondeant, sic enim futurum,vt eorum viuendi ratio in posterum, reliquos in suis erroribus adhuc miserè iacentes, ad Christianam vitam amplectendam moueat,& confirmet. Absoluta hac Proregis adhortatione, Frater noster Emanuel Thesseira alta voce Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam pronunciauit,Christianis magna alacritate,& lętitia eadem verba repetẽtibus,atque hoc modo sub occasum solis cœna absoluta dimissi sunt. Prorex Goam cum his qui eum secuti fuerant,redijt,gaudio,spiritúque plenus. Mulierum baptisma,quòd plurimæ essent,in bonam partem noctis protractũ est. Reliquum est,dilectissimi Patres,ac Fratres,vt omnium bonorum authori Deo ob tam singularem in suos bonitatem,& clementiã,gratias quàm

Prorex cõ vocatur.

possu-

possumus maximas agamus, deprecemúrq;, vt his nouis suis tyronibus vires, spiritúmq; suggerat: atq; animi nobis fortitudinẽ addat, vt in hac vberrima, copiosissimáque Christianorum segete strenui operarij simus, administratoréq; mysteriorum Dei fideles: vt Christianę fidei propagatio se in hac tam misera, perditáq; mundi parte, plena densissimis errorum nebulis, ac Mahometica peste infecta, quotidie longius ac latius extendat.

Sequenti die cùm sacrũ missæ officiũ peragereturcui multi q prodibãt ex baptismo, intererãt, accidit vt eo perfecto præter omnem spẽ, magna Patrũ ac Fratrũ lætitia, 10. Christiani effecti fuerint ob vnius conuersionẽ, ipsos etiã Brachmanes durissimos animi pertinacia longè superantis: per quẽ, vt res ipsa docuit, plurimos alios conuertendos speraueramus. Hunc autem cum coniuge ac liberis baptizauimus. At verò decimoseptimo Septembris, trecentos quinquaginta baptizauimus. Fuit enim hic mensis mirè fœlix, in quem, præter reliqua, tria celeberrima baptismata inciderunt. Ad hæc Patris nostri Prępositi literas nobis attulit, quibus oratum esse cognouimus communibus precibus Romæ, pro iis qui in Orientis partibus versantur: idémque à nostris in Lusitania factitatum esse per omnia qnæ in eo regno sunt collegia lubẽter accepimus. Primũ igitur ex his, de quibus dixi, baptismata 291. habuit. Secundum verò 200. Tertium 66. Qui verò reliqui erant, neque eo baptismate participes voti fieri poterant,

Alij decẽ eũ quodã famoso Brachmane baptizati.

Alij 300 initiantur.

492. Baptizati. item alij 268.

rant, numero 202. hos decimoquarto Octob. ad salutarem ablutionem admisimus. Quinta Nouembris, 150.

Alij 516. Duodecima eiusdem mensis sex baptizauimus.

Inter hos erat Macadani cuiusdam consobrinus, præ cæteris maximè desideratus. In penultimo verò baptismate, quod factum fuit quinta Nouembris, eiusdem Macadani consanguinei nonnulli baptismatis vnda abluti sunt: vt habeatis, quamobrem maiore animi lætitia in conuersione tam multorum hominum exultetis: fuerunt autem in vniuersum amplius quàm tria millia ducenti, & triginta, plurimis omissis infantibus, infirmisque, qui cum hisce solennibus baptismatis intereſſe non possent, seperatim à nostris baptizati supra centum fuerunt. Non possum facere, quin hîc adiiciam, quanta charitas sit eorum qui de Sancti Dominici, & D. Francisci familia sunt, in his ethnicis ad

Princeps quidã cũ 23, ad Baptisma venit.

Tria millia hoc anno solẽniter baptisati.

fidem

fidem conuertendis. Nam vt ſolicitos æterni Patrisfamilias ſeruos decet, ſtrenuam operam ipſi quoque nauant, quò ad coenam glorioſam agni, atque coeleſtem Hieruſalem ij demum qui vocati ſunt, perducantur: non ſolùm in hac Goenſi ciuitate, in qua multos ipſi baptizauerunt, verùm etiam in remotioribus, & ab hac longè diſtantibus terræ partibus, in quibus & Euangelicam veritatem ſedulò promulgârunt, & plurimos æternæ ſalutis, catholicæque fidei participes fecerunt. Adiiciam nunc celebriora quædam, quæ in horum, aliorúmque conuerſione accidêre, nec omnia tamen ſigillatim perſcribam, ne longior quàm par ſit, inſtituatur narratio.

Monachorum in cõuertendis gentilibus ſtudium.

Erat in hac Goenſi inſula quidam adoleſcens de Brachmanum genere in lege eorum verſatiſſimus, & inter cæteros ingenioſiſſimus, quem frequenter P. Melchior Carneirus adibat, idem faciebant voti ſacramento initiati, hominis conuerſionem auidiſſimè ſitientes. Nam præterquam quòd Luſitanicum idioma probè callebat, aliis multis à natura donis præditus erat, nimia tamen diligentia, & ſollicitudine circa rituum, & cæremoniarum ſuarum cognitionem anxius videbatur. Quocirca hoc ſibi de eo pollicebãtur Patres, quòd ſi aliquando Chriſti fidem acciperet, futurum vt magnum certè fructum religionis noſtræ percepturus ab eo Chriſtianus populus eſſet. Itaque quo tempore parentes cum tribus, aut quatuor eius fratribus, ad baptiſma ſe præparabant, quamuis bonam iam de

De præclariſſimo Brachmanum conuerſione.

se ipse spem dedisset, nescio tamen qua causa ex Goa clam aufugit. Paucis verò pòst diebus, iam ipsius parentibus Christianis effectis, nulla adhibita à nobis, vel aliis diligentia, tantum Deo Opt. Max. operante, ad nos in Collegium sponte venit: quæ res Deo gratias agendi, ac diuinæ bonitatis, prouidentiæq; collaudandæ materiam suppeditauit maximam, præsertim cùm certum haberemus hunc esse dexterum (quod aiunt) oculum inter suos, & cui præ cæteris Brachmanes plurimum tribuebant. Hoc vnum rarum, & peregrinum in illo fuit, quòd citra pompam baptizari, & ab ipso Prorege suscipi noluit, neque id coram omnibus in templo, sed in collegij secretiori parte, vbi sacellum nouitiorum est, illic duobus duntaxat honestis viris, cum quibus magna illi fuerat familiaritas, vt in baptismate præsto essent, adhibitis, Christo se, ac fidei catholicæ consecrauit. Inditum illi nomen est Emanuelis Oliuerij: domi nostræ per aliquot dies doctrinæ Christianæ ita sedulò incubuit, vt nullo negotio bonam partem memoriæ subitò mandârit. Aliquantulum temporis per omnes dies Pater D. Franciscus Rhoderiques ei conferebat, in quo de creatione mundi, redemptione humani generis iuxta sacras literas breuiter iuxta ac apertè instruxit: interrogationibus, & dubitationibus, quas adferebat plurimas, per omnia dissolutis. Post susceptam fidem deprehensum est, aliquid semper illum dignum admiratione parere, proferréque in

Humilitas magna in Brachmane.

Emanuel ab Oliuera Brachmanis.

mes

medium, quod ad Dei Optimi maximi honorem faceret, & dæmoni ignominiam, dæmonúmque cultoribus Brachmanis ſuis ingens dedecus inureret. Inter cætera illud præcipuæ notæ fuit: nam cùm intellectum eſſet ab hoc noſtro in continente de Brachmanis quendam patriæ perfidiæ ſtudioſiſſimum agere, qui octo iam annos in tranſcribendis liberis, variorúmque authorum operibus in vnum conſarcinandis laboriosè prodegiſſet, verſantem autem potiſſimum in libris neſcio cuius Veaci, quem tanquam principẽ & coripheum æſtimant, quîque 18. commẽtariorum volumina in patrias leges, aliáſque conſtitutiones variorum doctorum ſuis temporibus reliquit. Adoleſcẽs hac re congnita: cùm facultatem à Prorege priùs accepiſſet, 30. adiunctis Comitibus viris grauiſſimis, ad eũ locum vbi alterum habitationẽ habere cognouerat, iter arripit: & noctu bibliotheca illi omni ablata ad noſtrum Collegium tanquã opimis ſpoliis ab hoſte relatis triumphãti ſimilis reportauit: ſciebat enim quanti momẽti id eſſet ad ſummam ignominiam inferendam Brachmanis, ſi fœdis ipſorum abominationibus, & fraudibus detectis præcipua quæque traducerentur, id quod etiam fecit: nam bonam partem in Collegio noſtro ex iis libris interpretatus, atque in lucem venire paſſus eſt, reliqua paulò pòſt tranſtulit in Diui Franciſci monaſterio, ab alio quodam religioſo adiutus, ea ſe deferre velle diſtitante in Regnum Ceilanum, in quo

Veacus Prophetal

Ingens ar dor in iuuenili.

copiosum,& frequens est hoc genus homi-
num,& qui legis suæ eximij doctores habẽ-
tur.Hac occasione tam oportunè data,visum
est Vicario Dominicanorum, Patribúsque
nostris,vt cum Prorege de publicis contra e-
os instituendis disputationibus agerent, vt
singulis diebus Dominicis iuxta Paræchiarũ
quas vocant,partitionem,Brachmanes alios
in S. Francisci, alios in S. Dominici mo-
nasterium,alios item in hoc nostrum D.Pau
li Collegium acciri iuberet, quibus cùm no-
stri de lege,cæremoniisque gentilitiis cõfer-
rent,quo vel hac ratione ignorationem he-
betem exuerent, foedámque illuuiem erro-
rum,quibus miserè immersi sunt, intelliges-
rent:sed dictu mirum est,quantoperè displi-
cuit illis Proregis in ea re mandatum, quan-
quam obnixè omnem lapidem mouerint,&
dæmonis arte nihil non moliti fuerint, vt à
tam pio animi proposito Proregem auerte-
rent:sed plus apud illum diuini honoris,& fi
dei zelus,quàm omnes dæmonis fraudes va-
luerunt.Primum electus est P.D. Consaluus,
qui verba cum illis facere, concionarique
inciperet: quem P. Franciscus Rhodericus
secutus,in hunc vsque diem ita vt inceptum
est,diligenter prosequitur:modus autem quẽ
obseruare solet,hic ferè est.Proponitur initio
caput aliquod ex eorum legibus,idem pro cõ
cione mox Pater impugnat,ac refutat. Pri-
mis ferè diebus quibus disputari cœptum est
negotio adhuc recenti,aliquid in errorũ suo-
rum defensionem proferre satagebant,sed ra-

Disputatiões instituũtur cũ Brachmanis.

Modus disputãdi cũ Paganis.

tio-

tionibus tam inualidis, vt nihil ſuprà, planè ipſorum cœcitati, ignorationiq; congruentibus: mox ipſa veritatis luce paulatim emergente, victi, deiectiq;, cùm nihil aliud haberẽt ferè quod comminiſcerentur, in excuſationẽ dicere ſoliti erãt, ſe nec doctrina, nec concionibus exercitatos eſſe, ſed qui ad hæc omnia ſatisfacere abũdè poſſent, in Inſula Biſnagena commorari, eò proficiſcendum eſſe, & cũ illis agendum. Quæ reſponſio Luſitanos, reliquoſq;, qui in rem præſentem venerant, Chriſtianos ad riſum pariter, & commiſerationem excitauit: neque credi quitum eſt ſupereſſe adhuc homines rationis capaces, præſertim ex iis, qui politicam vitam profitentur, qui ſtultis huiuſmodi ineptiis locum, & fidem darent. Pater Luſitanico idiomate agit cum iis, qui norunt, alios per interpretem alloquitur, in eóque munere dexterè, & fideliter obeundo, ſacerdote quodam vtitur Canarino nomine Andreæ, viro docto ac prudenti, eum iam inde à puero hoc in Collegio educauimus, in quo virtutum, ac honeſtę vitæ prima iacta fundamenta ita lucent, auctáque ſunt vt nihil ſupra, agit in hac Inſula iuxta Diui Ioannis templum quod extra ciuitatem ſitum eſt, omnémque operam quantam conferre poteſt, in Ethnicorum conuerſionem libenter collocat, ad hanc concionem Patris vt plurimum trecenti Brachmanes confluunt. Die quadam cùm incaleſceret inter concionandum, diceretque hoc vno vel maximè argumento perſpici poſſe

Brachmanes victi, ſed nõ perſuaſi.

tantam

tãtam illorum ignorationem, improbitatẽq;, quoniam ipsorum doctores ad quæstum, & applausum legem suam doceant, quôdq; dicant quidam de grege ipsorum Deo Risino (qui secunda putatur ab illis Triniratis persona) seruiendum neutiquam esse, hoc illi templum egressi cũ negarent, assererẽntq; cõstanter, lege eorũ cõprehensum esse de cultu Risini, curauit Pater Rhoderíques sequenti dominico accersiri Emanuelẽ ab Oliuera Brachmanem eum, quem diximus, ante cõuersum ad Christum, cuique plurimum fidei, ac honoris habere soliti fuerant, vt ostenderet velut ea quæ oculis cernuntur ipsorum idiomate, propriísq; suorum Prophetarum libris verum se ante docuisse. Ille statim ad Brachmanes conuertens orationem Lusitanico sermone vsus, in tantam erexit admirationem nostros reliquósq; oẽs in templo aderãt qui, vt explicare nemo non posit: non tam ob eloquentiam, dicendíq; grauitatem, quàm libertatem, quã nouus ísse, & strenuus Christi miles, coram tãta multitudine dicendo vsurpabat, accidit hoc post 4. menses quàm Christi per baptismũ alũnus esse coepisset. Cuius ferè hæc sunt verba: quæ quoniam efficacia sunt, asscribenda duxi. Viri Brachmanes consanguinei, ac populares mei, scitis omnes eadem me qua vos natione procreatum esse, quíque inter vos primi ordinis, & nobilitatis sunt, mihi consanguinitate iunctissimos. Nec clam vobis est, quàm fuerim olim eius quam vos religionem dicitis, ego

Risinus secũda in diuinis apud Paganos persona.

Vehemẽs & grauis oratio noui Christiani.

superstitionem nunc appello, studiosus: in qua promouenda licet ætate nondum satis adulta: tamen studio quodam indefesso veritatis plus vobis omnibus, aut certè plurimis laboraui: tendebam enim magno animi mei desiderio ad excellentem scientiæ gradum, vt vobis prodesse, quæstionúmque nodos omnes dissoluere acutè possem. Cuius rei testis est illa in hunc finem paternorum bonorum tam larga profusio mea, difficilisque per tam varias regiones perigrinatio (qualem paucos, aut neminẽ è vobis feciſſe certo sciã) nullis parcebam in hoc neque sumptibus, neque laboribus: vt tandem inuentum haberẽ, qui lege nostra perfectè me instrueret, & à dubiis liberaret, accessi ad varia idolorum phana, multas aquas, balnea, lotionésque infinitas expertus, quas vos stultissimè sanctas creditis. Quamobrem cùm ætate nondum. prouecta essem, neque adhuc sim (vt ipsi etiam me tacente videtis) tamen hoc inter vos cõsecutus eram, omnibus vt reliquis doctior haberer, & fidus legum paternarum interpres, & magnæ semper existimationis. Quæ cùm ita sint: & diuinæ bonitati placuit in tenebris errantem animum ad lucem veræ fidei traducere: hoc vnum veaè profiteri possum, non nisi inter Christianos veritatem solidam reperiri, id quod ipse post susceptũ baptismum, & manibus (vt dici solet) contrectaui meis: & non sine magno meo pudore, diuinæque bonitatis admirabili præconio, nũc demum multò apertius quàm antea perspicio: nec

Paganorũ varia superstitiones.

cio: nec enim vnquam Deus Opt. Max. veritatem affectanti deest, id quod ex mea vita coniectura assequi cuiuis facillimum erit, qui cùm veritatem noscere percuperem, perturbato semper, & inquieto animo volutatus, nihil in lege vestra solidum habebam, nihil stabile, aut firmum satis, quod anxium, fluctuantémque malis animum ad quietis portum euehere posset. Accedit ad hæc quòd intelligentiam ipsam istis se rebus maximè opponere, ac reluctari videbam, neque vnquam ad ea credenda inclinari, quæ ab omni bona ratione remotissima essent. Hoc tantũ in me, qui beneficium exercuit piissimus ille misericordiarum pater, idem in vos conferre paratissimus est: si sanctis inspirationibus, diuinæq; vocationi aures facillimas præbeatis, quod vtinam hodie mihi cernere liceret, vtinam contingat vt durus ille vester, & obstinatus animus se ad veritatem informet, & inflectat, bonisq; rationibus, quas Patres hoc loco adferunt pateretur cõuinci: certus enim sum, atque omni cum fiducia dicam illud, quæ meus iam animus cõsolatione, & lætitia fruitur, eandem in vobis habituros, qui hactenus vitam infœlicem, & inopem à veritate relicti, excœcati, miseriarúmque plenissimi degitis. Quamobrem vt consanguineos meos, vos oro, atque obtestor, vt hæc quæ à me dicta sunt, cùm primùm domum redeundi potestas erit, assidua cogitatione mẽtéque reuoluatis, hæc (inquam) acri commentatione animi perpendite, vt quod melius

Homo sua sponte tẽdit ad veritatẽ, sed gratia eam assequi non potest.

lius iudicaueritis,id perſequamini,certiſsimò perſuaſi id quod res eſt Deum Opt.Maxim. qui ſua gratia menti meæ affulſit,vobis non defuturum,facturúmque omnino,ſi non reſiſtitis,vt clariſsima ſuæ cognitionis lux animos veſtros illuminet,atque illuſtret.Nolite obſecro(vt plerunque conſueuiſtis) harũ rerum arduarũ cogitationem deponere,ſoletis enim ſimulatque templo egreſsi eſtis, iam non magnoperè eorum quæ dicta ſunt, recordari,ſic affecti ferè,quaſi hęc vobis aut dicta non eſſent,aut ad vos minimè pertinerẽt, quum tamen veriſsimum ſit,veſtram his rebus ſalutem omnem,ſi parueritis, aut ſi neglexeritis,interitum ſempiternum cõtineri: his aliiſque ſimilibus prolixè commoratis,finem dicendi fecit,Brachmanis abeuntibus confuſione ac ſtupore plenis. Cæterùm vnum eſt quod iſtos in maximam admirationẽ adducere ſæpè ſolet,quod de Brachmanis quoſdã iã Chriſtianos factos videbãt, qui heſterno die tanq̃ flamines tela obuoluti, caput Turcarũ more,linteo tectũ gerere, viliorique habitu incedere ſolebãt,eoſdẽ nunc vehi in generoſis equis,calcaribus deauratis, famulitio ingẽti,cũ nobilibus,& ducibus Luſitanis ciuitatẽ obequitare,tanta grauitate, & morũ ciuilitate,perinde ac ſi in his moribus à pueris inſtituti fuiſſent: ſic eſt autem genus iſtud hominum in his locis natura comparatum,vt quibus per facultates,& fortunas licet huiuſmodi pompas,& honorem libenter ſectentur,pro eo ac ſtatus ipſorum, & vitæ ratio

Honores neophitorum.

Ambitio Gentilos

ratio exigit, sunt inter omnes totius mundi nationes, quantum ego perspicere potui, laudis, existimationisque popularis sitientissimi, sequuntúrque ambitiosum istud vitæ genus libenter, præcipuè qui amplas opes, & copias habẽt, & re lauta inter eos sunt. Pater Prouincialis iã tertiô ad vos trãsmisit, quę ex Brachmanum lege transiata erant, quarum lectio non modò voluptatem maximam, sed & emolumentum adferet aperiétque facillimo negocio technas dæmonis, quibus miseros istos opprimit, & persuadet, vt Dei loco summis honoribus se prosequantur. Exemplar item misimus literarum quæ donationem ampliſsimam habent eorum, quæ antiquus Bisnagenus Rex Ethnicus in glorioſi D. Thomæ Apostoli gratiam ex vectigalibus persolui volui: quę vos quoque non parum recreabunt. Baptismatum iam est frequens numerus (diuino fauente numine) eúmque indies multiplicari animaduertimus, vt nisi ij qui baptismum expectant, ducentos excedant, Proregem, vt interſit, vocare vereamur: quamobrem instituturum est, vt nobiles Ethnici non pauci, qui fidem nostram turmatim amplectuntur, quique singulari præ reliquis apparatu digni sunt in solennia Baptismata cùm plurium talium copia est, à nobis reseruentur. Superioribus diebus cùm Patres Dominicani ad ducentos homines collegissent, & ad baptismũ Proregem, vt ferè fit, euocarent, facite, inquit ille, vt alterum tantundem sit in numero, si fieri poterit, tum ipse veni-

Multi nobiles fidem amplectũtur.

am lus-

am lubentius. Erat in hac ciuitate, Maurus quidem nautarum præfectus, qui faſtu diuitiſque potens (quibus affluebat) & Luſitanorum fauore, quibus adiunxerat ſorores ſuas in matrimonium, aliorũmque ſpe ac gratia confiſus, qui Prorege familiariter vtebantur, foelicem hunc Chriſtianorum progreſſum, non parum impediebat: quam rem cùm intelligerent multi. Pater item vnus è noſtris conquereretur, de iniuriis per illum Chriſtianis illatis, tamen quòd potentia excelleret, plerique illum excuſare, & cùm nullus eſſet excuſationi locus relictus, culpam tamen, erroréſque graues eleuare ſtudebant.

Mauri cuiuſdam potentis nequiſſimi Chriſtianos ſtudios

Placuit tandem diuinæ bonitati calore, atque ſplendore æternæ lucis adamantinam cordis ipſius duritiem emollire, vt non modò Chriſtianus vltrò factus, áquæ noſtris Baptizatus ſit, ſed & vxorem, filios, domeſticósque omnes eodem pertraxerit. Tantus fuit illi cœlitus infuſus ardor animi, vt videretur hęc Patri Petro Dalmeidæ conuerſio non abſimilis illi, quam in Diuo Paulo præclariſsimo Apoſtolo, Gentiúmque Doctore factam legimus. Hic enim quanto ſtudio, & conatu Chriſtianorum ruinam antè machinabatur, & noſtræ fidei propagationem auertebat, tãtò amplius, enixiúſque poſtea cõtendere incœpit, Chriſtiani nominis gloriam longè latéque diffundere, ardentiſsimo zelo ſuccenſus ex tenebricoſo illo incredulitatis oceano in ſereniſsimum, tutiſsimúmque fidei noſtræ portum animas deducere, Deo Op. Ma.

Eiuſdem Mauri ad miranda cõuerſio.

de hiſce

Oculos habentes nō videmus.

de hisce rebus æterna sit gloria. Nescio profectò quid sit aut quomodo fiat charissimi fratres, vt tantis Dei beneficiis, affecti, támque euidentibus obruti misericordię cumulis, quę vel cœcis perspicua sunt, non prorsus animo deficiamus defluamúsq; in abyssum diuini amoris, eóque inflammemur magis ad omnē pietatem, quò manifestius ista videmus. Rogate ergo Dominum messis, vt mittat operarios in messem suam, præcipuè hanc vt ampliſsimam, ita maximè strenuis viris egēstem, vtpote ab omnibus hactenus desertam, in qua tamen cernere licet singulis penè horis non sine ingenti consolatione, ac fructu prouidentiæ diuinæ opera quibus illud vnū est, quod nunc dicam.

Ruius Barretus potens nobilis cū 60 suæ prosapiæ baptizatur.

Vir quidam Ruius Barretus dictus, nobilis inter suos, ac præpotens, anno elapso, cum sexaginta ex sui generis familia ad baptismū accessit: à baptismo peracto statim templum circumíbat, pauperes quæritans, vt eleemosynas illis viritim diuideret: adeo in Ethnicorum conuersionem in magno studio' incumbens, vt vitam sibi acerbam existimet, nisi in omnibus qui fiūt baptismis, à se cōuersos aliquos conspiciat. Credo eundem hoc anno cùm minimum centum ad nos baptizandos deduxisse: Sit nomen Domini nostri Iesu Christi benedictum.

Eiusdem diligentia in conuertendis aliis.

Alius quidam honestus vir, natione Lusitanus, qui palmetum in hac insula possidebat, Ethnicorum oppido contiguum, accensus ardore fidei, tentare voluit, si potis esset ali-

200. Baptizati.

set aliquos in numerum Christianorum as-
scribere. Placuit Deo Opt. Max. pius ac feruẽs
ardor, quem in salute conquirenda proximo-
rum adferebat, tantámq; dedit illi gratiam: vt
prima venatione progressus duodeuiginti 18. Baptiz
secum adduceret. Non multis item post die- xati.
bus vnum & sexaginta, mox ad P. Dalmeidã
literas dedit, indicans se à nouis illis Christia Iulij 61ã
nis magno amore, & charitate susceptum es-
se. Alius item vir probus, & spectatæ vitæ,
frater cuiusdam sacerdotis è familiaribus nos-
stris, supra centum, vt coniicio, fidei catholi-
cæ apposuit. Accidit proxima elapsa hyeme, Alij. 100ã
Dominico quodam die post meridiem cum
tympano, & fistulis audiris dubium habere-
mus quid rei esset, vt quendam bonum virũ
derepentè ad Collegium nostrum tendentẽ
conspiceremus, qui multis relictis puerulis, fe
minisq; pro foribus viginti viris stipatus pal
mas manibus gestantibus collegium ingres-
sus, exultans lætitia, nobis eos veluti in ma-
nu assignauit. Erãt inter hos quibus torques
aurei è collo dependebant, alij more Turcico
pepla gerebant capitibus obuoluta, quos om
nes ex non instrenuo artificum genere dele-
gerat, qui metallis fundendis operam locant, Fusores
& apud Goenses non in minimo precio sunt, metallorũ
qui quotquot erant eius industria conuersi, ad fidẽ cõ
paratos animos offerebant, primo quoq; bap fluunt.
tismate Christo nomen vt darent. Ex hac re Fœlicitas
facilè perspicitur, quantum lenimentum cu- Euangeli
rarum huiusmodi labores, & excursiones pa xantium
rere soleant iis quos honor Dei, & zelus

animarum ad opem adferendum excitat tã-
tum non miſerrimis. Contrà verò quantum
ij pudorem mereantur, qui facilè inopiam ſe-
lectiſsimorum operariorum vident, ſed otio,
& ignauia torpentes nobiliſsimæ omnium
actioni, quæ eſt in ignaris inſtruendis, inſiſte-
re vel diſsimulant, vel negligunt.

Infelicitas ocioſorũ.

Arguit certè nos Dominus Deus dum nõ
per Laicos ſolùm, & matrimonio iunctos id
operatur, quibus (eò quòd Chriſtianiſmi cõ-
muni vinculo tenentur) mandatum eſt de
proximo, verùm quod admirabilius eſt, per
ipſoſmet Ethnicos, & Idololatras huc impel-
lit à vero Dei Opt. Max cultu remotiſsimos,
magno Chriſtianorum pudore, & confuſio-
ne, quemadmodum clarum erit ex iis quę ſe-
quuntur. Quamobrem æquum eſt, vt ob tam
ſingularem, & eximiam eius erga nos miſe-
ricordiam, maximas Deo ac Domino noſtro
gratias nobiſcum agatis, in cuius manu eſt cor
hominis, & quocunque velit, inclinabit illud.

Idololatræ ad fidem alios allíciunt.

Adoleſcens ethnicus baptizandorum nuncius officioſiſsimus.

Aderat nobis ſuperioribus diebus Ethni-
cus quidam Adoleſcẽs, qui P. Petro Dalmei-
dæ nunciauit in continenti ſub imperio Mau-
rorum quoſdam eſſe qui Chriſtianitatis titu-
lo inſigniri perobtabant: ſed timore quodam
rem tam piam reiicere, ne ſi palam fieret, hoc
ipſis ſedere animo, à domeſticis vetantur: &
moleſtiis magnis inuolti, quòd Chriſtianiſ-
mum appetere diceretur, ludibrio, deſpectuíq;
omnibus fiant. Quare rogat, vt ſi velit, ad Lu-
ſitanum arcis cuiuſdam præfectum literas
daret, qui ſi neceſsitas eſſet, nutantibus, &
dubiis

dubiis auxilium ferat, ſeque ad iſtud opus exequendum paratum offert. Dat P. Prouîn- cialis literas, quas petebat: quibus impetratis, iter arripit magna ſatis diligentia.

Admirandum gentilis inducti erga alios ſtudium.

Nec poſt multum temporis ad nos, cum 9. qui ſacra baptiſmatis vnda ablui cuperent, reuerſus eſt: Ipſe tamen in priſtinis erroribus adeò obſtinatè perſeuerans, vt ne verbum quidem de ſui conuerſione audire vellet.

Alius quidam Macadanus, mercatorum qui Goæ ſunt, præfectus, Ethnicus tamen, multos ſæpè ad Baptiſma deduxit, ſuam opera, & diligentiam offerens, tam in conquirendis, quàm in perſuadendis hominibus vt Chriſtiani fieret. Brachmanes aliqui probi & huius ciuitatis facilè primi, qui fidei noſtræ, priuſquàm eam didiciſſent, plurimum contrarij eſſe ſolebant. P. Dalmeidę obuiam facti (quem non mediocriter venerantur) paucis antè diebus, ſemel atque iterum beneuolè ſalutârunt, ſeque paratos obtulerunt ad omnia: ſcito nihil ita cordi nobis eſſe aiebant, quàm vt Dei gloriæ, & tuæ R. deſiderio faciamus ſatis. Inquirimus qui Chriſtianam fidem amplectãtur, quos cùm licebit habere, quamprimum ad Collegium deducemus. Hæc cùm ſua ſponte tam prolixè faciant, non poſſumus non profectò animi ardorem quem habent, admirari. Illud tamen omnem fidem excedit, quòd ij, qui ad fidem noſtram accedere volunt, artes comminiſcuntur, quibus ad baptiſmum ſe inſinuent. Habitabat iuxta Diui Ioannis vbi Pater Andreas Vazius.

Alius gentilis euangelizans.

Brachmanes alios ad fidē alliciunt.

Artes quęruunt quibus ad fidē trahātur.

Canarinus assiduus est, nobilis quidam, & egregius vir, qui præ pudore fidem Christianam, cuius sitientissimus erat, amplecti non audebat. Hic cùm sciret edicto Regio cautum esse, mulctam incursuros, qui publicis Idolorum cultibus assisterent, studio sibi habuit, vt sacris operaretur, quę Aracheravocant Ethnici, & tãquam statuę honorem exhibiturus, partem ex ea clam præscidit, Patrémque accedens, quid feciſſet, & quid dein ab illo fieri vellet exponit, nam se ex composito rem hãc feciſſe scientem ac volentem, vt cùm deprehensus esset, in carcerem detrudi, dignásque pœnas à Rege latas dare posset, quamobrem hoc nunc se sedulò rogare eum vt apud Vicarium se accuset, apud quem perductus hoc commento liberetur à parentum, & consanguineorum metu, séque audacter Christianissimo dare posset. Addebat insuper, vt nisi hoc faceret, ipsum se delaturum Vicario, quòd oblatam tam cõmodam occasionem, qua Christianum facere posset, abieciſſe videatur. Pastor, vt erat propagandæ fidei nostræ studiosissimus, statim iussa exequitur, accusat hominem, ac salutaribus vndis ablui curat. Sunt qui callido prætextu hoc agunt, vt se vinci à lictoribus tanquãm ob flagitium patiantur, vt hac ratione effugiant contumelias à parentibus audiendas: quos cùm ad portas ciuitatis ventum sit, à lictoribus immunes esse placuit, ne suspicionem apud Christianos incurrant, inuitos ad baptismum cogi. Huius autem ardoris, & constantiæ quamuis crebra exem-

exempla ædita sint, singulis tamen commemorandis insistere superuacaneum esset.

Cùm in ædes cuiusdam Macadani inter omnes quos in hac Insula vidi gentiles candidissimi, ac mirificè humano ingenio prędíti, fortè fortuna Christianus quidam Adolescens, prçsente Patre Dalmeida ingressus, locũ vbi cibum capiebat, attigisset (quod illis pro piaculo magno est, tantíque momenti, vt hanc vnam ob causam se extra societatem aliorum eiectos excommunicatósque putent, à quo antequam expientur, & cum suis iterum in gratiam veniant & congressum, multis opus est cæremoniis, & sumptibus antegressis) adeo hac occasione Macadanus exhorruit, vt nullo cibo sumpto quem contaminatum putabat ab ingressu Christiani, extemplò ad nostrum Collegiũ venerit, fidei rudimenta percepturus. Iam 8. elapsi sunt dies, ex quo cum vxore, & filio, & sorore baptizatus fuerit. *Mira facilitas.*

Quidam patre metallico natus, instanter admonitus, tandem baptismum admisit, pater homo violentus perquàm iniquè tulit, vbi rem resciuit, quotidie accusare filium, neque vt decebat, animum ancipitem adolescẽtis cœpit tractare: postea tamen placatus ad nos venit, & filium cõmendâre, vt ipsum sedulò, & accuratè ad baptismã suscipiendũ prçparemus, vltrò adhortatus est: ipse interim in errorum tenebris miserè, ac pertinaciter immoratus. Cùm alter quidam eiusdem opificij ex morbo periculosè decumberet, amicis, ac parentibus circunstantibus, ridiculum

Ridicula superstitio.

quiddam accidit, sed quod lætissimum tamen ad exitum perductum est. Habent enim ex more, vt animam agentibus præsto sint, & adducta vacca, quam juxta lectulum ægroti statuunt, caudam in manum iniiciant moribundo, eam rem facere pro oratione dictitantes, quam tam diu ægrum continere manu iubent, donec miseram, & infelicem animam exhalet. Aduenientes huc Pater Dalmeida, nescio quo casu, paganis omnibus inde discedere iussis, imprimis superstitiones, & cæremonias nephandas detestatus est, & ægrotum admonuit de periculo, in quo erat, memorans incommoda cùm præsentis vitæ, tum æternæ damnationis mox futuræ exitium, si in sua perfidia diem claudat extremum: tandem Dominus Deus, qui hunc infirmum cooptare in electorum numerum dignatus fuerat, vt credere par est, tantum lucis illi impartitus est, vsque eo dum verbis Patris fidem adhiberet, alacriterque diceret se credere, Iesum Seruatorem esse mundi, eique in manu positum esse, vt æterna beatitudine se donaret. Ibi Pater incredibili gaudio accensus, quòd prædam desperatam ex tartarei lupi faucibus eruisset: post anteactæ vitæ flagitiorúmque abominationē baptismum volenti contulit libenter: quo facto, post tres nō amplius horas, fœlix illa anima vinculis corporeis libera, ad creatorē suū euolauit. Quàm multi sunt, prò dolor, qui in erroribus suis sepulti animam cū vita amittunt, ob solam instructorum qui fide, & veritate eos instituant,

ant,penuriam. Vtinam videre nobis contin-
gat vt quãplurimos benignus Dominus huc
ableget in vineam ſuam,qui tãtæ inopię me-
deantur.Satis enim ſatis iam hæc in Oriente
regna,per tot decurſus ſęculorum,ſub crude-
liſsima tyrãnide dæmonis in tenebris,& ſqua
lore afflicta iacuerunt. Alius quidam inter
iſtos iam affecta ætate vir, ſed vultu apprimè
liberali, P. Andreæ Vazio ſe cũ vxore,pro-
ximo ſolenni baptiſmate Chriſtianorum ſa-
cris initiari velle pollicitus erat, inſtãte mox
baptiſmate,Patri imponens,in continentem
fugam arripuit.Sed promiſsi non immemor
& numine deorum tactus, cùm requiem ex-
ulcerata conſcientia non daret, idolum adiit,
& dubius conſuluit,vtrum Chriſtianam fidẽ
amplecti deberet:nec hoc reſponſo cõtentus,
loguum quendam(hi apud ipſos pro religio-
ſis,& heremitis ſunt) in deliberationem ad-
iungit:dat ille conſilium,vt duo neſcio de flo
ribus quibus excerpta folia ferat , quæ ſuper
vtrumq; idoli latus, à quo reſponſum efflа-
gitabat,ſputo collinat, futurum enim , vt ex
eo euentu foliorum clarè intelligat,quid opti
mum factu ſit.Nam ita ſe hæc hariolandi cõ-
ſuetudo præbet : ſi folium quod impactum
eſt,arefactum decidat,in eo omen omne bo-
num aut malum ineſſe dictitant,ſi in ſiniſtrũ,
aduerſa omnia eius qui conſulit inceptis:ſi in
dextrũ cadat,optimũ omẽ,fœlciiſsimáq; quę-
uis protẽdi. Cõſulto igitur idolo,factóq; pe-
riculo,quomodo dictum eſt, folium ea parte
decidit,qua Chriſtianum fieri optimum eſſe

Senis cuiuſdã prodigioſa cõuerſio.

Inſignis ſuperſtitio.

Quibus modis reſponſa petant Ethnici ab idolis.

significabatur. Quæ omnia cùm ex voto succederent, tamen nondum acquieuit homo impacati animi: sed iterum rogat loguum, si phas sit, vt eadem folia super tempora idoli compingat, quod summum est apud eos in veritate cognoscenda præsidium: quo facto idem euenit quod prius: quid multa? nondum extra scrupulos animus erat, rẽ ad vxorem deferendum, pleniúsque cum ea deliberandum ducebat: illa non antè Christianum fieri debere putat, quàm aliud idolum longè his (vt aiebat) sanctius, religioſiúsque consuluisset dictũ ac factũ, huc abit maritus, tẽdit ad Idolum, serpentem in via cristatum reperit, veneno turgentem, pessimíque augurij signũ tremefactus tot prodigiis, consterna toque animo domum reuersus omnia vxori narrat quę accidissent, persuasum habens Idola non aliter præcipere, quàm vt Christianũ se faceret. Quamobrem baptismum quem antea in odio habuerat, huc petitum venit, & quæ illi dura atque aspera euenerant, omnia sigillatim exponit, addens non aliter se de diis suis statuere, quàm ostendisse eos multis signis Christianam legem subeundã esse. Hunc cum vxore Pater Andreas in Collegium receptos, pristina ignoratione deposita, in fidei rebus bene institutos, in quoddã solenni baptismate Christi militiæ asscripsit.

Mulier quædam pagana alterius puerulũ Christianæ matronæ pretio addixerat: puer interrogatus à nostris, nũ Christianum dogma amplecti vellet, annuit ex animo se velle,

alla-

allatamque vitulinam carnem, apud illos sacram, & ex qua vesci summa religio est, ante omnes comedit. Edenti superuenit mater eius, obstupuitque nõ sine multis lachrymis, dum ex sacra carne manducantem filium videt, mox attentius expendens, se quoque filij beatissimo consortio nihilo secius in fide adscribendam putauit: hoc tam læto nuncio Pater excitus, mittitur ad eos vbi erant, vt in fide instituerentur. Inuenta etiam est quæ puerulum vendiderat, quæ ob commissum facinus verita, ne pœnas grauiores incideret edicto comprehensas, ilicò se Christianam esse velle clamat. Visum est Deo Op. Ma. hac via longè à nostro iudicio aliena, suas facere has errantes ouiculas, atque in gremium per nostros abducere sacrosanctæ Ecclesiæ. Nec vulgare veræ conuersionis signum est, quòd neophyti marmoreas statuas, & saxea idola ab ethnicis occultata, qua possint diligẽtia è terris eruunt, nostrisq; tradũt, vt cõmmuantur. Inter has vna præ cæteris magnitudine, & arte præstabilis, effossa est, magni cuiusdã Dei, vt ex insculptis characteribus apparebat, quem historici eorum loquũtur totius insulæ præsidem, ac patronum fuisse, & ab eo hanc Goensem ciuitatem nomen suum, & originẽ traxisse. Neq; absimile vero est, quod de nomine dicũt: Idolo enim Gounati nomẽ est. Mauri qui cõtinentẽ inhabitãt, & in aula Regia quotidiana cõsuetudine agũt, hãc de nobis opinionem concepisse vidẽtur (Brachmanis ea quæ per nos fiunt, omnibus vbique renun-

Gounatus idolũ vnde Goa nomẽ inuenit.

senunciãtibus)nihil adeo arduum esse, factũque difficile,quod à nostris fieri non queat. Quæres in tritum iam sermone prouerbium abiit,vt cùm opus aliquod laboriosum, aut excellens,quod vires humanas superat,significare velint,ne ipsos quidem aiunt, Patres Sancti Pauli id absolutum dare posse. Ad hũc modum nuper arcis cuiusdam Præfectus nation e Maurus,studium suum, & industriam maximam explicare cùm voluisset, addidisse memoratur,ne ipsi quidem Patres S. Pauli, si suam operam hac in re collocassent,meliorem effectum habituràm fuisse. Sit nomen Dñi nostri benedictum. Ipsi adeo gentiles,& orthodoxę fidei inimici,Christi seruos obmagnam diligentiam quam vident in obeundis negotiis impendi,laudibus euehere cogũtur, quæ nos meritò vt diligentiores simus,& inomnem propagandæ fidei modum inuigilemus,excitant, & inflammant.

Multa alia cõsultò prętermitto,tum,quòd existimen bona ex parte vestris desideriis satisfactum, conuersione tam fœcunda Ethnicorũ,& Christianismi fœlici successu quoquomodo expositis,tum vt aliquis epistolæ terminus exhibeatur. Quamobrem hæc de nostris Goensibus dixisse satis esto: aliqua nũc mihi de externis scribenda putaui,quę neque exigui momenti sunt nec parum solatij vobis dare possint: De Regum quorundam agã primum conuersione, qui iam nostram fidẽ agnoscunt,quos non ambiguũ habemus(Dei gratia,vestrisq; precibus,ac illabitis sacrificiis

De regum cõuersiõe.

pluri-

plurimum confi ſi)quin alij deinceps conſequentur,nihil enim antiquius nobis eſt, quã huiuſmodi lætis nunciis animum veſtrum erigere, nouáque deſideriorum flamma accendere,quo promptius, alacriúſque ad hæc loca commigretis. Ex literis ſuperiore anno â Malucco miſsis vos intellexiſſe credo , fratrem noſtrum Ferdinandum Zorium in Bac ciano remanſiſſe, vt cum eiuſdem loci Rege iam pridem conuerſo,multum vnà adſit , & agat de fide promouenda. Quoniam verò apud nos habitat modò,qui regem baptizauit,non fuerit difficile veram texere hiſtoriam,à ſitu inſulæ exordio ſumpto. Bacciano.

Bacciana inſula ſeptuaginta à Malucco miliaribus diſtat : Amboinum reſpicit , & ab eo toti regno nomen inditum eſt. Parent huic aliæ inſulæ non infrequentes , nec incultæ , ex quibus etſi quædam non admodum populoſæ ſunt:rebus tamen ad victum neceſſariis omnes abundant;Panis , piſcium, lignorum , aliarúmque rerum magna copia eſt:illud rarũ,& peregrniũ,quòd panẽ ex ligno neſcio ą piſcibúſq; cõtritis habẽt.Qui nũc Bacciani Rex eſt ex ſorore Regis Maluccẽſis eſt,qui in eandẽ in partu amiſit:hæc videtur vitæ vxorem cõſobrina accepta, paulò pòſt ſpiritalis,conuerſioníſque in Rege factæ magnam attuliſſe cauſam : nam cùm hanc ille per vim ereptam , inuitòque ſocero Rege Maluccenſi , in regnum ſecum abduxiſſet,veritus ne tantæ audaciæ vltionem moliretur aliquando illato bello , commodius ſe res Bacciani ſitus. Panis ex ligno , & piſce conſectus.

se res suas stabilire non posse credidit, quàm si perfida Mahumeti secta relicta, Christianã fidem amplecteretur. Hac enim ratione Lusitanis in fœdus sibi adsumptis, regnum firmius se, validiúsque habiturum iudicauit.

Quamobrem citissimo, secretissimóque tractu selocem instructam, ad arcis Præfectum Eduardum Dezam mittit, exprimit illi animum suum, rogat ad se Patrem quendam ableget, à quo in fidei rudimentis probè instituatur: in votis enim sibi esse, vnà cum aliis sex, aut septem totius regni primatibus, Christianam sequi religionem. Præfectus legatione accepta, nihil hæsitans hæc diuino nutu fieri: eadem diligentia Patrem ad illum amãdat, quem in eo officio dignum approbabat. Quoniam verò cum iis, qui in arce erant, cõcilium istud Præfectus agitasset, ne ad Regem Maluccensem res à quoquam è suis perlata serperet metuebat; quod in procliui erat, propterea quòd vtrumque regnum in propinquo esset: certissimum item habens, Maluccorum Regem, si resciret, baptismum alterius turbaturum, quòd Christiano nomini maximè malè velle, & crudelissimus hostis putaretur. Hanc rem cùm prouideret, summo studio effecit, vt omnes in arce conclusos teneret, vsque eo dum expansis velis Patrem conspexisset à portu soluisse. Hoc modo res celata est.

Pater appulit in insulã Baccianam pridie S. Ioannis. Quem eius aduentũ malignus humani generis hostis vt omnes res præclaras

ægerri-

ægerrimè tulit, veritus ne tantam prędam ex vnguibus erepturus veniſſet. Id igitur vnũ ſtudio ſibi habuit, vt in aliam ſententiã Regem adhuc fluctuãtem tranſponeret. Iámque ipſe hærere, & animo ancipiti labi, neque obſcuris indiciis præ ſe ferre videbatur, pœnitentia ſe eſſe ductũ, id quod etiam nõ difficile à Patre animaduerſum eſt. Qui cùm aduentus ſui cauſa expoſita, ad voluntariam Dei Optimi Maximi miſericordiam pro virili Regem excitare pergeret, perplexo, ambiguoque animo (vt erat) reſpondit: In re tam dubia, & tanti momenti non opus eſſe feſtinatione, ſed cautè, ac pedetentim progrediẽdum, & ad ſuos loquendum eſſe. His aliiſque conſultationibus tempus extractum eſt, vſque ad octauum diem: qui cum fauſtus, & felix illuxiſſet, voluit altiſsimus Deus benedictionis ſuæ dulcedinem effundere, & eiuſdem præcurſoris ſui precibus indulgens, animam Regis in tenebris agentem noua luce fidei illuſtrare. Baptiſmus inſtitutus eſt, Rex nomẽ Chriſto dedit, idem faciunt omnes qui cum illo erant. Ipſe verò omnium vltimus ad baptiſmum adductus eſt cum fratre, nepotibus, & affinibus, quòd alios præponi ſibi maximũ gaudium putaret. Nomen habuit à diuo Ioanne, tum ob ſacrum diem eiuſdem iã paulò antè decurſum, tum in honorificam mentionem D. Ioannis Luſitani Regis, quem nõdum auditum erat obiiſſe. His feliciter iactis fundamentis fidei Rex ſe ad phana gentiliũ deorum (Moſcheas illi vocant) deiicienda, adæquan-

adæquandáque solo conuertit, in quibus tot annorum seculis(quoad fœlix hæc fidei scintilla in salutem exarsit plurium)dæmon imposturis præstigiisque suis sequacem populum dementauerat. Maluccenses per nunciũ certiores facti de tam fœlici successu, voluptatem quantam antea nunquam animo ceperunt. Imprimis Præfectus ipse,& qui vnà aderant Christiani, incredibili quadam lætitia affecti,mox indicta supplicatione gratias quàm amplissimas Deo immortali ob diuina in illos collata beneficia retulerunt, hymnis decantatis suaui Musicorum subsequente concentu.Quæ quò maior in nobis erat lætitia,tantò infelicibus Mauris acerbior tristitia,metúsq; grauior incessit, vt propemodum arreptis armis vno impetu in arcẽ irruere velle viderentur,fecissentq,nisi pro tempore audacius facinus,& res viribus eorũ maior extitisset. Iam quadrimestre tempus,& eo amplius in hoc regno Pater cùm egisset, in alias insulas commigrauit, totus conuertendis Ethnicis intentus. In ea peregrinatione Regem ipsum itineris, conciliorúmq; suorum comitem habuit,qui non solũ blandis verbis eos hortabatur,vt Christianos se fieri paterentur, sed etiam amicè ad manus ducebat baptizandos. In quo tam obsequiosum se præbuit,tantáq; vsus est diligentia:vt vix toto illo itinere fuerit vel vir, vel mulier,vel adultus, vel iuuenis, vel ancilla, vel seruus vllus repertus,qui non ad baptismũ summa sua voluntate accurreret. Inter

Rex suos omnes ad fidem adducit.

hos

hos commerare licet primo loco ipſam matrem Regis, filiam legittimam, tres ſorores in matrimonium elocatas, reliquámq; multitudinem nobilium, aulicorum, procerúmq; regni, ac ſubditorum, quorum tum copia occurrebat. Altera mediocris regni portio baptizanda ſupereſt. Pater verò cùm vnus tot rebus exequendis ſatis non eſſet, aſsiduis laboribus fractus eſt, & grauem adeo morbũ incidit, vt minimo minus abeſſet à morte. Quare valetudinis recuperandæ gratia, Maluccum à Rege miſſus eſt. Interea ipſe Rex Doctore ſuo orbatus (cùm 26. annum nõ excedat) in rebus dubiis fidei quẽ cõſulat habet neminem: forma eſt liberali, proceritate corporis ſupra mediocritatẽ, Europeis adeo non diſsimilis, vt Luſitanus haberi poſſet, niſi color fuſcus, & aduſta magis effigies vultus quàm in noſtris, natale ſolum ipſius proderet. Teſtatum reliquit Pater ipſum Regem, aliósque baptizatos ilicò à baptiſmate voluptatem quandam inſolitam hauſiſſe. Miſſæ ſacrificio magna cum attentione, & religione Rex cum ſuis interfuit, támque ſe pium, & ſupplicem in honore quem habebat, venerabili ſacramento exhibuit, vt nihil internoſci poſſet, alienúſne, an noſtras eſſet, qui à primis annis Chriſtianam doctrinam audiuiſſet: non obſcurum quoque præ ſe tulit, modum ei quo noſtri in celebrando vtuntur, rationémque illibatam hoſtiam offerendi ſummopere ſibi gratam eſſe. De rebus diuinis verba cõmutare cũ aliis, & expiſcari ſemper aliquid

Regis mater, ſorores, & tota nobilitas Chriſtianum agnoſcit.

Dchriſtiani principis erga diuina animus

aliquid inauditum, vt iucundissimum illi est, ita vtilissimum: denique veræ conuersionis signa certissima dedit. Quod etiam apertius nunc quàm antè intelligi voluit: cùm enim Rex Maluccensis Lusitanis bellum indixisset, ad eorum defensionem se totum dedit, & ad S. crucis inimicos perdendos operam contulit, quantam potuit. Spes egregia nos fouet, post Maluccensem obsidionem solutam cum multis hîc salutis authorem futurum: iis præsertim, qui priusquam bellum ferueret, amicitiam cum eo, & familiaritatem expetebant. Vtinam tandem diuina bonitas in hanc ampliſsimam messem multos operarios ableget: quod si fiet, dubium esse non potest, quin breui temporis spatio è crudelissimarũ Harpyarum vnguibus, diaboli inquam, magnum animarum numerum extorquere liceret. Nunc ô dolor, ob inopiam eorum qui panem catholicæ doctrinæ frangant esurientibus, videre est inscios, ignaróque ad apertũ exitium prolabi.

Reges Ceilã & Zim conuersi.

Conuersionem Regis Ceilani prętermitto, qui à duobus iam annis baptizatus fuit: prætereo silentio Zimorini fœlicem ad fidẽ aditum, è cuius regno Sandalum lignum istuc

Sandalum

deportatur. Nam horum vos certiores factos esse certus sum, misimus enim iam pridẽ exemplar literarum. Rex ipse ad Patrem Balthazarum Diazium vltrò scripserat, obnixè rogans, vt ad se sacerdotem aliquem mitteret, à quo fidei rudimenta doceretur, quòd iã in desiderio haberet, vt Christianus esset, cũ

totius

totius regni sui primatibus ea spe inductus, vt si quisquam nostrum eò pedem intulisset, reliquos omnes ad fidem nullo negotio permoueret.

Duo autem si addidero, finem scribendi faciam, quæ omnibus Christi fidelibus maximo solatio fore confidimus. Primum certè inter omnes res admiratione dignas annumerari potest, quod per inuictissimum, gloriosissimúmque nomen Iesu mundo patefactum est: quanta enim crucis esset virtus, & quàm inexpugnabilis potẽtia iuxta Ceilanum, paucis antè diebus ostendere voluit Ceilano regno aliud (quod Malauarũ dicitur) ex propinquo adiacet, cuius Rex Vincetreuirus est. Huic magna olim cum Patre Francisco intercesserat familiaritas, quo tempore hanc regionem vir pius magno æstuans animarum conuertẽdarum desiderio, indefesse lustraret. Annus iã elapsus est, cùm fortè hic Rex vix mille instructus militibus à rege Bisnageno sex millibus armatorum inuaderetur, hac de re non parum solicitus magna cum festinatione ad P. Franciscum Perezium nuncium destinat, obsecrátque effusissimè, vt Deo negotium suum cõmendet, & vrgente necessitate coacto ad hostium impetus propulsandos mittat aliquid quod præsentissimo remedio sit in afflictis rebus. Pater tam piis eius precibus cõmotus, cùm ad manum aliud nõ haberet, vexillum in quo inuictum Iesu nomen depictum erat, ad eum mittit, iubens id toti exercitui præferri, & omnes inuicta ani-

Malauari stus.

Vincetreuirus Rex

Gentilis à Christiano præsidium quo hostem vincat petit.

Crucis vexillo Iesu nomine insignito vincitur

mi fortitudine, ac voce viua ſanctiſsimũ no-
men Ieſu in auxilium inuocare : confiſus de
bonitate Dei Opt. Max. cui nulla potentia ſa-
tis potens eſt ad reſiſtendum ſuis : eum fau-
ſtum, ac fœlicem belli exitum collaturum.
Hęc adhortatio tã altas radices in huius Eth-
nici mente iam egerat, vt non trepidaret in
aciem prodire cum paucis ſuis contra hoſtem
armis longè ſuperiorem, & cum eo conferre
manum, quem etiam, fuſo, fugatóque toto ex-
ercitu deuicit. Hanc victoriam alia per eiuſ-
dem inuictæ virtutis ſignum conſecuta eſt.
Quibus omnibus foeliciter confectis, ægrota-
re cœpit infelix, & in cœcitate, perfidiaq; ſua
extinctus in manus nepotis cũ reliquis orna-
mentis regiis crucis illud vexillũ tranſmiſit.

Alia victoria crucis vexillo parta.

Iudicium Dei abyſſus.

Hoc primũ eſt prodigium quod volebam
vos ſcire: Alterum illi celebritate nõ inferius
eſt, quod in adoleſcente contigit filio Regis.
Anno 1559. cùm naues è Luſitania Mozam-
bicam appuliſſent, intelleximus filiũ regis Ma
hambanæ, cuius regnũ Bonæ ſpei caput aſpi-
cit, ad arcẽ Mozambicenſem (cui Sebaſtianus
à Saa præerat) ſe contuliſſe, vt Chriſtianus eſ-
ſet: mox qui baptizatus, ſplendidiſsimo or-
natu (vt filium Regis ęquum erat) ad paternũ
regnum reuerſus eſt, Luſitanis quibuſdam ho
noris cauſa eum comitantibus: quem cùm lę-
tum ſui aſpicerent (mira enim lætitia in vultu
reſperſa erat) cogitabant quid eſſet nouæ rei:
cúmque multa ille de Luſitanorum moribus,
legibúſque narraret, omniũ animos ita erexit,
vt eſſet nemo, qui non in oculis, & precio ha-

Mahambanæ ſitus. Rebis filius baptizatur.

bere

bere Lusitanos inciperet. Maior natu frater, idémq; regni hęres permotus iis quę viderat & audierat circa fratrẽ accidisse, statim animum ad baptismũ adiecit, & fuisset aggressus profectionem, nisi parentis eum authoritas, quoniã natu maximus, & regni successor erat negotium in aliud tempus reiicere coêgisset: cupere.n. se aiebat pater, vt tantisper moram hãc æquabiliter ferret, quâmdiu re melius explorata in animo statuisset, quid facturus esset, adductis inde, si posset fieri, nonnullis Patribus, quibus se quoq; in baptismo accipiendo non difficilem præberet. Hac re constituta filius minor iam Christianus ad arcem reuertitur, & Præfecto nunciat, quanta omniũ inter suos de fide nostra cõcitata sit expectatio: opus esse nõ aliis, quâm sacerdotibus, qui fructus ad maturitatem gratia Dei perductos colligent, & in gremium Ecclesiæ comportent. Regnũ ex quo adolescens hic appositus est ad fidem, potentissimæ ditioni Nigritarũ vicinum est, quorum Imperator, vt longè latéque dominatur, ita nomen longè celeberrimum habet: Manamotapam vocant, cuius mentio sit apud geographos in descriptionibus orbis: sub imperio eius qui degunt, armis, bellõque exercitati sunt: nonnulli mercaturam exercent. Fama est, non parum eum Lusitanorum consuetudinem, ac familiaritatem expetere. Pater Prouincialis his lætissimis nunciis in spem, & voluptatem maximam effusus iam diu habuit constitutum, vt aliquos ex nostris proximo anno in eam

Hæres regni Christianismũ ambit.

Rex Deplorata de suscipienda ætate it.

Nigritæ.

Manamotapa Imperator potentissimus.

partem ableget,qui ex opulentiſsimo illo regno, in quo tot vberes auri venæ ſcaturiunt, cœleſtem item theſaurum , ſed abſconditum in agro eruant , & effodiant : vt ad domum ſanctam Dei,quæ eſt Eccleſia , infinitus hinc etiam hominũ numerus, magno precio preciosi ſanguinis,& mortis immaculati agni redemptus accedat:quæ meſsis ſi ita , quemadmodum de ſumma Dei bonitate confidimus, euenerit,non ambiguum habemus quin hæc in ampliorem , & abundantiorem ſalutem ceſſura ſit,quàm vlla alia in his partibus à nobis ſuſcepta induſtriâ : cùm quòd vaſtiſsima regna,tum quòd indigenæ ſimplices, & tanquàm tabulæ raſæ ſunt à quouis fermento gẽtilitij erroris adhuc immunes , & ad quãlibet doctrinam hauriendam maximè procliues. Huius igitur prouinciæ, quam omnino ſuſcipere decreuimus,obſecro , & obteſtor , vt memores ſitis in orationibus,illibatiſque veſtris ſacrificiis , vt Dominus dirigat in gloriam ſuam.Qui velim,ac opto , Fratres chariſſimi,tantam gratiam vobis concedat , vt ex intimo cordis affectu ſentire , & cognoſcere valeatis has tantas , támque vrgentes neceſſitates,omnibúſque nobis tantam gratiam infundat per infinitam bonitatem ſuam,quô liceat eſſe vtiles ipſius prouidentiæ cooperatores, & indefeſſo animo hanc noſtram vitæ peregrinationem breuibus adeo terminis circunſcriptam,tam honeſtis laboribus impendère poſsimus,vt illud Propheticum de nobis dicatur aliquãdo:Euntes ibant,& flebãt,mittentes

tentes ſemina ſua, venientes aũt venient cum exultatione portantes manipulos ſuos. Sanctiſsimæ aũt, adorandæ, & indiuiduæ Trinitati (quæ eſt æterna foelicitas noſtra) ſit honor, gloria, & imperium per immenſa ſæcula. Amẽ. Ex hoc D. Pauli Collegio 13. Cal. Decẽb. 1559. Ex mandato Antonij Quadri.

Ludouicus Frois ſeruus inutilis.

¶ EX ALIA EPISTOLA *Ludouici Frois, ad Fratres ſuos in Europa agentes.*

1560.

Agit de rebus quibuſdam familiaribus, Patriarchę inſtituti Societatis eximiis virtutibus: item laici cuiuſdam in pauperes pietate, ſanandi ęgrotos dono predito. De Momis quibuſdam non credentibus tantam multitudinem liberè ad fidem conuolare poſſe. Poſtremo quædam notatu digna adfert, vt de ſene 120. ętatis ſuæ baptizato: conſtantiſſ. fœminæ martyrio, & moribus heremitarum, paganorum, nec non Iogui cuiuſdã ingenioſiſsimi mira viuẽdi ratiõe.

GRATIA & amor æternus D.N. corda noſtra ſemper inhabitet. Iam tertiò Fratres chariſsimi, ad vos è Goa literas dedimus, neque quicquã reſponſi iam inde à Sep-

temb.initio,cùm naues Lusitanæ vt frequẽ-
tissimùm appellere solent, adhuc recepimus.
Octobri autem elapso, cùm spem planè om-
nem deposuisse videremur, tandem fauente
Deo nunciatum est Cocinum duas naues Lu-
sitanas plenas nouarum rerum ab Europa ap
plicuisse:ex his vnum erat,pacem inter prin-
cipes Christianos fuisse confirmatam (quam
vt facilius obtineremus, iubileum à Paulo
4.Pont.Max.indultum,proximè elapsa qua-
dragesima celebrauimus) quamobrem sum-
mo templo,cæterisque sono campanarum in
lætitiæ signum perstrepentibus, ad eorum
exemplum nos quoque accedentes,ne soli in
feriis addicta vrbe gaudium non ageremus,
pro modulo nostro fecimus, quod in nobis
fuit,cui quidem voluptati publicæ, latorúm-
que remissioni propter acceptum beneficium
aliqua ex parte responderet animi nostri prõ-
ptitudo, fecimus, vt cum discipulis Fratres
nostri in templum conuenirent, vbi in ho-
norem Sanctissimæ Trinitatis missæ sacrifi-
cium musicis modulationibus peregimus,nõ
sine tubarum, tibiarúmque gratissimo con-
centu:qua absoluta Patriarcha cum reliquis
Frattibus supplicationem solennem haberi
voluit, in qua omnes ob acceptum pacis be-
neficium Deo gratias agerent. Decimo octa-
uo Calendas Decembris ciuitatis huius Ar-
chiepiscopum adueniisse, & cum eo nostro-
rum aliquot auditum est : hoc læto nun-
cio accepto, in templum ingressi, per pi-
as preces concordibus studiis gratias e-
gimus

gimus Deo ob aduentum illorum quàm amplissimas, magnam in spem erecti ex vniuersa Societate nos literas accepturos: nec ea res falsos nos omni ex parte habuit, accepimus enim R.P. Ioānis Polanci, Romanorū, Vlyssiponēsiū, nec nō Brasilienssiū ex Europa ad Indos literas quę nos vehementer recreârūt: aliis verò ex locis, in quibus Societas versatur, accepimus nullas, fecit ea res, vt tāetsi iucūda multa essent, plenè th nostro desiderio satisfacere nō liceret. Difficile dictu, quantū solatij reperimus ea audientes quę Dñs Deus tam in Europa, quàm aliis mundi partibus ad animarum salutem per minimos seruos suos operatur, quæ si comperta vobis essent, quantopere nos in omnibus roborent, & inflamment, frequentiores vtique ad nos literas daretis, quarum lectione, & animi bonorum instaurentur, perinde ac si nihil à nobis adhuc antè sudatum esset, ad nouos accingimur labores, quibus votis vos teneri etiam non dubitamus, quare vicissim quæ apud nos fiunt summatim accipite. Primum ex his est, quod pro regni Lusitani incolumitate supplicationes decretæ fuerint, tum pro aduentu noui Archiepiscopi (quo annis 8. orbati fueramus) quem iam ad nos missum esse lætamur, tum vt foeliciter cedant Lusitanorum nauigationes, quæ inter cætera hoc nobis commodi adferunt, quòd ab iis quæ ad Dei gloriam apud vos geruntur, cognoscimus.

Patriarcha noster adhuc apud nos agit: nouerat Deus huiusmodi eximiæ pietatis via *Patriarcha virtus*

tis virum nobis esse perquàm necessarium, non tam ob sanctas, ac salubres adhortationes, quibus nos excitat, quàm operam, & vigilantiam, quam ex eius capimus præsentia. Viuendi ratio quam tenet, rerúmque gerendarum dexteritas omnis sanctitatis, atq; Apostolicæ perfectionis exemplar eum facit, tempus sic distributum habet vt nihil ex eo per otium effluere patiatur. Magnam diei partem interdum etiam noctis in oratione, & collegarum confessionibus audiendis consumit. Quo tempore frequens est confitentium in Ecclesia nostra concursus, vt in celebrioribus festis, & quadragesima fieri solet, ad labores primus accurrit, discedit postremus, diebus veneris pro sua solita charitate Fratres adhortari familiariter assueuit, singulis diebus in ægrotis visitandis tempus non modicum confert, Iam verò inter nos ita viuit, vt nihil sibi præ cæteris indulgeri patiatur, siue victum, sibi vestitum, siue cubiculum spectes, hoc tantum singulare præ reliquis studet, vt omnium minimus haberi queat. Si quando superioris iussu Fratres conuenire iubentur, aut quippiam facere, primus omnium Patriarcha, quamuis sui iuris ipse est, sese operi accingit. Itaque cùm omnes in virtute obedientiæ diligentissimè sese exerceant, primas tamen eum ferè facilè puto. Recreationis tempore cum Fratribus de diuinis rebus agit, vtque cæteris exemplo sit, sæpè minimas ob res licentiam petit à ministro, imò & à subministro, etsi quod petit, cuilibet licere

cere

cere cognoſcat, faxit Deus, vt quod opus in illo prę clarè cœpit, idem compleat, & ad perfectum abſoluat: vt nihil non pro ſibi commiſſorum omnium ſalute perficiat diligẽter.

Concionandi munus. P. Franciſcus Roderícus in Collegio, & nonnunquam in ſummo templo exequitur P. Melchior Carnerus, dũ per occupationes licet, aliis in locis, P. Arias Brandonius, & Frãciſcus modò domi, modo in ſummo templo concionantur: Pater Antonius Vazius in Parochia Roſarij, Pater Emanuel Teſſera in Eccleſia ſancti Ioannis. Pater Paius Correa in aula mancipiorum Regis, & remigum, quos in fide Chriſtiana inſtituit. Inter alia Xenodochia huius ciuitatis vnum eſt, in quo pauperum cura à noſtris geritur. Quamobrem Fratres eò quotidie commeant, vt neceſſariis in rebus prę ſto ſint: huius tamen peculiarem Chirurgus quidam Frater noſter gerit rationem, cuius charitas, & in pauperes amor & ſuæ vitæ, morúmque integritas nos omnes pudore ſuffundit: omnis illi cura relicta eſt de vngendis ægris, detrahendo ſanguine, pharmacis & potionibus propinandis, ſternit repurgátque lectos, denique nunquam ocioſus eſt, ſæpe vſu compertum eſt, in multis nullo remedio exiſtente, cùm de grauioribus morbis ab aliis deſperatum eſſet, vnum hunc Deo induſtriam eius charitatémque non fruſtrante, etiam illos q aliis in xenodochiis iudicati, fuerat, deploratæ ſanitatis priſtino vigori multos eum tales reſtituiſſe: faciléque intelligitur

Patrum munia.

Laici eius iuſdã pietas.

plus

tur plus in eo diuinam virtutem, quàm artẽ medicam operari. Dum per negocia licet, per vicos & ciuitates, aliáque remotiora loca discurrit, pauperes Christianos adit, aut ethnicos etiam infirmos, consolatur, & omni officio adest nonnunquam ope destitutos su is humeris imponit, inque Xenodochium commune si morbus patitur, si leprosi sint, in sancti Lazari, si valetudinis desperatę in a liud cui nomen est à Misericordia, familiari ter deponit, eius œconomus statuit omnes sine mora admittendos, quos ille aut iusserit inferri, aut ipsemet apportat. Alios verò in nostrum hospitale, quod vocant, deponit, & pro eo ac Christiana charitas, & humana dili gentia requirit, eorum necessitatibus adest. Dum in his totus esset, ethnicum quendam nuper senio confectum, & iam cum morte lu ctantem offendit, cum quo de diuinis rebus verba faciens, mox collato baptismo, ne inter Ethnicos moreretur, humeris suis in Xeno dochium nostrum tulit, qui tertia à baptismo die cœlestem in patriam fœlix commigra uit. In hac ciuitate pessima quædam con suetudo vigebat, diuites enim homines, qui mancipiis vernísq; ac seruis abundant, si ægrotare illorum aliquos videbant, & diu turniore morbo affligi, ne multis impensis opus esset, extra ædes deturbabant, qui de relicti non tam ex asperitate morbi, quàm fame, frigoréque enecti, in publicis viis mo riebantur. Huic inhumanitati ita occursum est, vt serui pro derelicto habiti, primum

ad

ad dominos suos referantur, & an illorũ mi-
sereri velint rogati, si recusent, vindicant se
in libertatẽ: cùm solitum esset, vt vbi conua-
luissent, reuocarentur in pristinam seruitu-
tem. Nonnulli benignitate quadam, ac vere-
cundia superati, non sine dolore commissi
facinoris, suos recipiunt, atque receptos mul-
ta cum humanitate tractant, alij quibus res
& copia non suppetunt tam liberaliter, vt
illis remedium afferre queant, libertatem
habere facilè ferunt, modò vt in xenodochiũ
misericordiæ admittantur. Ægrotis ciuis-
bus opem adferimus, concubinas in vxores
legitimo matrimonio mutamus. Multa hu-
iusmodi, aliáq; grauissima ad Dei gloriam nõ
parum conferentia quotidie emergunt, qui-
bus nos totos dare neq; vacet, neq; expedit,
alio nos impediẽte munere, vt lõgè vtilissi-
mo, ita maximè operoso, quod in cõuertẽdis
Ethnicis est ad fidem: hoc nunc adeò fre-
quens est, vt vix tempus aliis rebus conce-
dere liceat. Quod cùm verissimum sit, ta-
men non defuturos puto, qui rem ita se ha-
bere, vix sibi persuadere queant. Erant enim
etiam in hac ciuitate quidam nobiles, & pre-
clari viri, qui sibi in animum inducere ne-
quibant, tantam Ethnicorum frequentiam
ad fidẽ liberè cõfluere, quãtò vulgo ferebã-
tur, mirabãtur enim plurimũ quî fieri posset,
vt in hac Goensi insula tam breui temporis
spacio tot à perfidia ad veritatem euangeli-
cam transirent, cùm integris sexaginta ante-
actis annis, quibus in potestatem Lusitanorũ
deuoluta est,

Momi nul libi desunt

liretur aliquando illato bello, commodius deuoluta est, non tot ad Christi fontem salutarem confluxerint, ac modò vno anno cernimus inquiunt, dū quoties volunt hi solennia celebrent baptismata, in quibus etiam si centenos numerent, parum ipsis esse videtur: ex qua re consentaneum esse, vt non aliter quàm vi quadam illata tanta multitudo Christo nomen daret. Placuit diuinæ bonitati istorum vnum, & detrahentium, facilè primum obuium multis gentilibus fieri, inter quos non exiguus numerus nobilium, et diuitum erat, qui summa sua voluntate, nemine vrgente, ramis frondibusq; in manibus prælatis doctrinam christianam decantantes rectà ad baptismum tendebant: ad hoc tam nobile spectaculum obstupuit, & qui antea detrahere solebat, animo iam in cōtraria mutato, de equo subitò ruit, & patrem quendam è nostris allocutus, in hæc verba prorupit: Credo credo, iam demum rem ita esse. Pater etsi intelligeret quid sibi ista exclamatio vellet, interrogauit nihilominus: Iam apertissimè, inquit, verba vestra insignem aliquam vim habere animaduerto, fateor opus hoc diuinum esse, dum tam promptè, hilarique animo hos tendere ad Christianismum conspicio.

Non multis pòst diebus alter quidam factiosus, & eiusdem farinæ homo, cùm detrahendi nullum finem faceret, commodum ad nostrum collegium se contulit eo animo, vt Patres quos falsò insectare, aut inuitos cogere pu-

re putabat ad fidem, obiurgaret: ingressus intrō, videt quantum ferè Collegij spatiū erat, hominibus ac pueris iamiam baptizādis perstrepere; ad hoc templū mulieribus, ac puellis adeo plenum, vt vix illi aditus pateret: tā iucundo spectaculo pariter & admirans, in cœlum manibus & oculis sublatis, flere præ gaudio cœpit: atq; de repente domum reuersus, eo tempore ne verbum quidem vllum fecit: non multò pòst in quendam è nostris incidens: profectò qui sancto huic operi detrahit, inquit, pro delicti expiatione, hoc vnū illi faciendum censeo, vt in eodem opere desudet, & animas lucrifaciat, quæ ob corruptā vitam nostram, perditósque mores miserrimè pereunt. Ecce hos decem, & octo adduco, vt baptizẽtur (nam tot collegerat in vnum) primo solenni baptismate, si volet Deus plures adducturus, id quod etiam perfecit: semper in id vnum intentus, quomodo faciat, vt priorem detractationem meliori lucro animarum compẽscet. De aliis idem confirmare possum: verùm quoniam Dei misericordia factum est, vt qui antè nobis aduersabantur, iam opem ferant, & suis impensis quos ad baptismа ducunt, vestiant, ac ornent, supersedebo. Vidi enim hisce oculis vnum ex istis holoserica tunica qua erat indutus, & pileo baptizando collato, seminudum, et miro gaudio perfusum ex alterius cõuersione domum rediisse. Item virum quendam nobilem vsque ad lecti linteamina res suas vestiendis catechumenis distribuisse.

Quædam

Quædam lectiſsima mulier non exiguum numerum puellarum, mulierúmq; cõgregauerat, quas, vt optimè per facultates licuit, veſtiuit omnes: huic nobiles aliæ matronæ in reſimili non diſsimiles extiterunt.

Carambolina quædam Ethnica petiit à Domino ſibi filium dari, pollicita prolem ſe daturam Chriſti ſacro fonte abluendum: annuit piis votis Deus: quod vbi intellexit Frater Balthazar, qui illius regionis curam habebat, mulierem voti compotem eſſe factam, adit eam, ac admonet alterius voti cum Deo initi, quod ex ratione pueri nati Deo reddere debebat: admonita ſtatim puerum baptizandum offert: parua interpoſita mora iterum ad eam accedit, maiora ſperat, & hortatur, vt tanto Dei beneficio non ingrata ſeipſam cum matito & altera prole eiſdem, relictis idolis, conſecret: vix dum dixerat, & illa quod iuſſa erat fecit, totáque domus foeliciſſimis auſpiciis ad Chriſtum perducta eſt.

Triſtanus Frater noſter dum in inſula Cioan baptizandos euocat, incidit in ſenem iam morti propinquum: qui num Chriſtianus fieri vellet interrogatus, cùm ſe velle diceret, fide inſtructus, & baptiſmate ablutus, nomine Ieſu ſæpius inclamato, animam foeliciter Deo reddidit. Alius quoque decrepitæ ſeneꝛutis, quippe qui 120 annos natus, cùm baptiſmmum accepiſſet, paulò poſt expirauit, Domino vineæ videlicet ad vndecimam horam etiam operarios vocante: ſed horum ſimilia aliis quoque euenerunt.

Senex 120 annos natus Chriſto renaſcitur.

In op-

In oppidis ad quę Fratres doctrinam Christianam exposituri tendunt, bono animo omnes erga Christianam fidem affecti sunt. Ad eius explicationem interdum octogintā, nonnunquam centum pueris, & eo amplius, confluentibus omnibus mirabilem præ se ferentibus discendi solicitudinem, licet hoc videre diebus Dominicis, cùm Fratres nostros, quos suspicantur ad se venturos, medio in itinere operiuntur, doctrinam Christianam clara voce interim cantantes, quod adeo hic receptum, & vsu frequentatum est, vt & iamdum dormiunt, & inter somniandum quidam eam repetant, deprehensúmque sit infantulos, qui nondum maternum idioma exactè callent, doctrinam Christianam qua possunt ruditate sonare: idem sæpe domi nostræ in filiis Brachmanum experientia didicimus, his Pater Prouincialis ædium partem liberam assignauit, in qua doctrinam Christianam ita imbibunt celeriter, vt mox eorum plerique alios in fide rudes instituere queant, existunt inter hos literarum artiúmque omnium ignari, ac iudicij experres, qui solum catechismum edocti, aliud quo Deum laudent, nihil relictum habent. Iuxta illud Psalmistæ: Ex ore infantium & lactentium Deus perfeciſti laudem tuam.

Puerorū erga instructores affectus.

Pueri maturioris iudicij seligunt ur ad alios instituendos.

In oppidis pueros nonnullos delegimus, ingenio prę reliquis magis acuto, et maturiori, qui alios ad Christianam lectionem adducant, bacillos in manibus punicei coloris prę- ferentes, in quibus depictum cernitur nomē dulciſ-

dulciſsimum Ieſu, Xeniolis etiam, & munuſculis in hunc vſum excogitatis lactamus, & erigimus pueriles animos, eáque diligentioribus largimur, crucis præſertim inſignia adeo apud illos in delitiis, & admiratiõe ſunt, vt non pueri tantum, ſed viri etiam, magno affectu, vbi crucem aliquam nacti ſunt è collo dependeant eorum loco, quæ antea dum gentiles adhuc eſſent, ſuperſtitioſè geſtare, & contrectare in more habebant. Vt plurimum ita vſu venit, vt religio, ardor, & frequentatio ſacramentorum cum aliis Chriſtianæ fidei myſteriis in nouis quàm veteribus Chriſtianis magis eluceſcant. in ſanctorum natalitiis feſtis ad varias huius Inſulæ eccleſias peregrinantur lubentius, eleemoſynas erogant copioſiores, lucernis oleum addunt, publicis ſupplicationibus attentius interſunt, ea pietatis demonſtratione, ac ſi toto vitæ ſuæ tẽpore Chriſtianam fidem coluiſſent. Non prætermittam, quin fabri cuiuſdam diligentiam teſtatam vobis reddam, cui nihil eſt in bonis præterquam quod ſudore proprio habere poteſt: huius primum opus eſt, poſt fulas ad Deum preces, ſex Bazarucos (monetæ genus hoc eſt) in eleemoſynam conferre, & aquæ dolium, quæ hic in precio eſt, præ foribus in pauperum gratiam habere collocatum: cuiuſmodi piis operibus alij quàm plurimi ſeſe hic exercent.

Noui Chriſtiani veteres pietate vincunt.

Aqua in precio eſt.

Imaginũ cultus.

Imagines ſanctorum magnoperè veneranꝰ tur, quas domi genibus flexis piè colunt, & eorum interceſsionem implorant diligẽter.

Neo-

Neophitus quidam pauper cùm alteram non haberet, ſacræ imaginis loco, profani regis ſimulachrum parieti affixit, multis cumulatum frondentibus ramis, fœlicem ſe exiſtimans, quòd effigiē eiuſmodi potiretur: idem alios error cùm decepiſſet, & latius indies ſerperet malum, atque ad Patriarchæ aures peruenisſet, vt ille eſt diuini honoris ſtudioſiſsimus, illicò aliquot imagines excudi curauit, quæ Chriſtum in cruce pendentem cum B. Virgine & D. Ioanne exprimant, item quæ alios ſanctos, & res præclarè geſtas referrent, quæ inter Chriſtianos diſſeminatę, redemptionis noſtræ memoriam intuentibus refricarent, & ad imitandum magnū ſolatium adferrent. Ex his imaginibus plurimæ à Patriarcha ſingulis noſtrûm, mox primatibus viris populóque diſtribuēdæ datæ ſunt, prius tamē quid ſibi eæ vellent, & qua ratione colendæ, quiſue honor exhibendus eſſet, exponendum fuit. Recenſere non poſſum, quanto quiſque ſtudio contenderit aliquam obtinere, qua adepta mox flexis genibus, ſublatiſque in cœlum manibus crucifixi Chriſti pedes oſculabantur, oculis capitibúſque religioſe admouebant, & ingenti lætitia domum redibant. Sed cùm infinitę deſiderantium multitudini depictę imagines ſatis eſſe non poſſent, negotium datum eſt nonnullis, qui multa millia pro populi numero ſitare formarent in oppidis, & domibus Chriſtianorum omnium collocādas. In hac eadem beati Ioannis parœcia ad fratrē quendam Chriſtianorum vnus acceſsit, rogans vt

Crucis effigies aduersus dæmones.

sibi crucem benediceret, persuasum enim sibi habebat eam domo dæmones omnes fugaturam. Hæc & alia quamplurima videre est, quæ vt veri Christiani hominis signa sunt, ita omnes incredibiliter excitant ad pietatem. Puer quidam, cuius frater iam iam moriturus ægrotabat, lachrymans ad Patrem rectorem venit, per Dei amorem precatus, vt quàm citissimè ad fratrem baptizandum aliquem nostrorum mitteret, ne fortè ethnicus moreretur: addens etiam matris animum non alienum à fide, si quis pertentaret: quod & factũ est, mater cum filio ad baptismũ venit. Idem puella Christiana infirmæ matri beneficium impetrauit.

Ex gente Brachmanum vir quidam à mẽsibus quatuor vel quinq; cum vxore, & vniuersa familia iam Christi signa sequutus, retulit nobis, dum adhuc in erroribus iaceret, quemadmodum tres optimæ indolis, ac præstantis ingenij pueri sui aliis conuocatis ad exemplum baptismatis eius, quod Christianis datur, sese mutuo per ludum & iocum abluerent: vnus personam Patris Petri Dalmeida, homines ad fontem sacrum deducentis, alij catechumenorum agebant, & iam in Ecclesiam properantes comœdiam extorsam facetè peragebant. Hi tandem quod ludentes baptismа simulauerant, post paucos dies re ipsa susceperunt. Horum maior adeo viuidi ingenij, & magnæ in fide alacritatis est, vt Brachmanes suos, qua via, quibúsque modis ad baptismum sollicitare non cesset, modò

pollis

pollicitationibus agens, dum operam suam ipsis liberalem in docendis preculis, vestibûsque donandis offert, modò iocis, ac facetiis habitum gentilem, promissúmque capillitium, quod non nisi ob parentum mortem, aut baptismi susceptionem tondere solent, ostentui habens.

Brachmanes quare do tundẽt capillum.

Consaluus Fernandus ex Iapone hoc anno ad nos recurrit, & inter cætera, quæ multum ad diuini honoris amplificationem pertinẽt, vnum retulit. Qut madmodum nuper non ferentibus Bonzis, qui ipsis ad omnes errores magistri pessimi sunt, ob tanta Christiani nominis incrementa in tabiem versis, nostris Patribus electis, nouos Christianos dolore repleuerint. Qui cùm se sine templo, & pastore destitutos animaduerterent, hanc laudabilem consuetudinem mordicus retinuerunt: constitutum enim inter eos est, vt in ortu ac occasu per singulos dies crucem in monte longè positam à ciuitate adirent, ibidémque suppliciter, fusis ad Deum precibus, se suáque negocia, ac salutem Deo commendarent. Erat autem ethnico cuidam Christiana, sed seruilis conditionis, quæ vna cum aliis ad crucem adorandam proficisci ex more habebat, quod ei non solùm herus prohibuit, verumetiam ad pristinos errores retrahere, adhibitis etiam minis, conatus est. Illa virili quadam animi constantia, non ideo se legem sidémque Christianam suscepisse respondit, vt ea reiecta, ad vacua, & omni numine carentia idola sua rediret, minas illius ita

Bonzorũ impietas.

Christianorũ constantia.

Præclara serua constantia, & martyrium.

minimis ponens. Quæ pro more, cùm per temporis oportunitatem liceret, ad crucem adorandam cum reliquis Christianis accessisset, herus furore immani correptus, & ira terribilis, redeunti se obuium opponit; stringit ensem, in pauperculam præceps ruit, & caput illi à ceruice aufert. Illa constantissimo animo mortem oppetens, in Angelorum societatem, vt credibile est, triumpho mirabili conscendit.

Insignis de quodã eremita gentili historia.

Sed hoc, vt magnum est, ita aliud subiiciam, de loguo quodam qui domi nostræ agit, admiratione non indignum, vnde clarissimè intelligi potest quantumcunque naturale lumen, iudiciique acumen in quibusdam gentilibus vigeat, quò meditationibus dediti plurima rimantur: inualidum tamen esse, & errorum tenebris inuolutum, cum Deo ipsissima veritate destituatur, etsi prima fronte à pietate nostra non admodum aliena, & alios vulgo docere solenne habent. Sunt ex hoc grege, quos loguos vocant, qui inter gentiles diuerso vitæ genere longissimè à vulgi consuetudine recedunt. Quidam hîc inopem, & vagam vitam degunt ex eleemosynis victitantes, historias nescio quas, & somnia paterarum traditionum in promptu habent, quas apud imperitos effutiunt. Sunt alij his longè seueriores, qui ad anachoretarum similitudinem, qui apud nos sunt, proximè accedunt; hi desertis in locis ab omni hominum consortio vt plurimum habitant, vigiliis inediisque supra quàm credi possit, occupati, cu-

iusmodi

iusmodi ferè hic noster est, qui apud nos Goæ nunc commoratur, quem gentilium omnium in sua lege doctissimum esse perhibent, in qua lege Pater etiam vnus è nostris non mediocriter versatus proiectúsque est, quoniam & præcipua illorum legis capita transtulit, & in confutandis erroribus quos adferunt annum totum exegit. Nec tantum legis peritia hic de quo nobis sermo est, excellit, verùm etiam illud habet, vt quædam, crassa tamen quod aiunt, Minerua de diuinis rebus explicare norit, quippe qui in eis inuestigandis plurimam operam posuit. Iam octo vel nouem anni sunt, quòd in Insula quadam nomine Angedina quæ duodecim à Goa leucis abest, solus æuum exegerit, quòd omne tempus, vt ipse refert, in specu latens diuinis rebus cõsiderandis, & pœnitentiæ operibus subeundis dedit. Prorex autem Iafanapatan iter faciens, ad Insulam appulsus in qua versabatur, adit illum, ac obsecrat, vt Christianam fidem amplecteretur, quòd cùm nequiret obtinere, petiit ab eo, vt Goam saltem ad D. Pauli Collegium venire non recuset, integrum illi se facere dicens, vt fide nostra bene perspecta, si probaret eam, sequeretur: sin minus, citra periculum rediret ad suos. Acceptat ille conditionem. Prorex ilicò tabellarium ad Patrem cum literis mittit, de iis quæ acciderant eum certiorem faciens, & vt hominem istum Christianum quoquo modo reddere studeret rogans. Venit ille ad nos, & multa cum charitate exceptus est, primis die-

Agedina insula.

Legis ab esu cibo.

bus supra modum in cibo continens, & moderatus, sic vt etiam miraremur, per integrum triduum nihil omnino comedit, reliquis insequentibus non multò magis: qui cùm duas ficus, & aliquantulum ex butiro degustasset, finem edendi faciebat, panem nunquam attigit, multò minus carnes, aut oriza. Pater cum isto verba facere exorsus, quòd eum ingenio acuto, & sagaci præditum esse videret, de rebus secretioribus suæ legis agere cœpit, iisque maximè quæ vt intricatiores erant, ita difficilem responsionem habebant: his ille, qua poterat industria, occurrebat, ac se suámque legem sæpè prudenter, & acutè, nonnunquàm falso, aliâs aliter tuebatur, sic vt velamẽtum aliquod semper præstrueret suæ perfidiæ. Inter cætera argumenta quibus expugnari, ac victum iri animum iam labantem Pater confidebat, vnum erat non minimi momenti, interrogat ex eo cuinam è suis potissimum fidem suam addiceret: respondet ille, Guitaæ, qui traditur supra octodecim volumina quæ etiam domi nostræ habemus, posteritati reliquisse.

Quitaa Prophetæ.

Hoc responsum Patri videbatur non præter rem, quòd ex omnibus prophetis Guitaam & Detatriaam propius ad veritatem accedere comperisset, se tamen facile prosaturum, Guitaam in Prophetis non extitisse, imò ignarum & improbæ vitæ virum fuisse ostendit. Scis, inquit, optimè duobus prioribus voluminibus, Guitaam vestros docuisse idola colenda, ritúsque ethnicos

sicos obseruãdos esse: idem verò in decimo tertio volumine tanquam sui oblitus, aut certè parum ad rem attentus, scripsit idolis nullum honorem, nullam venerationem deberi, funiculum contortum ternis ductibus quod Brachmanum vestrorum insigne gentilitiũ est, è collo dependendum non esse, quem pueris gestandum, cùm ad septimum annum adoleuerint, ita vt humerorum carnem nudã attingat, docent: huius autem funiculi triplicis cuiusque contextus tribus aliis ternionibus contorquetur, omniúmque extremitates vno nodo connectunt, his inuolucris dicunt se tres venerari personas in vna natura, essentiáque. Trinitatem nostro more habere volunt, cuius mysterium alia quoque explicant similitudine: quod quẽadmodũ lignũ Sandalinum, in quo tamen colorem, & cum odore coniunctam frigiditatem reperire licet: vnum tamen est Sandalum, ita Trinitatis hæ personæ tametsi inter se distinctæ, disiunctæque sunt, natura tamen vnum sunt. Hæc illi. Quanquam quod ad nos spectat, ea ratione qua illi Trinitatem designant, pugnantia absurdè inuoluunt, quòd vox quæ Trinitati significandæ subiecta est, tres diuersos Deos sonat. Quorum alterum altero priorem, & ex Deo quodam nomine Parabrama, quem primæuum existimant, hos tres cœpisse communem originem fabulantur. Trinitatis certè vocem à Christianis vsurpasse eos, vt alia multa credimus, sed, vt ait Psalmista: In circuitu impi-

Lignũ boũ medicis celebre est, vnde Diatrion sandalum nomen inuenit.

Parabrama Trisdos pater. Abrabae mus forte

pij ambulant, rem ipſam acu contingere non potuerunt. Sed reuertor ad rẽ. Quęrebat igitur Pater nũ Guitaam putaret ille cognitionem habuiſſe eam, vt idolis ſeruire impium eſſe cenſeret: nam hoc in decimotertio volumine ſcribit: quod ſi cõcedat, improbum eadem opera Guitaam dicat neceſſe eſt, qui idolatriam docuerit: ſi verò licere ſimulachris honorem habere putat, quod ex prioribus eius libris clarum eſt, repugnantia, ſibíque cõtraria cùm dixerit meritò pro ignaro habendum eſſe perſpicitur. Pater hoc argumento conuinci poſſe aduerſarium credebat. Verũ ille lubrica ſe intorquens circunductione reſpondit, haud ignotum eſſe legumilatores, quòd imperitæ plebi ſe condere leges ſciant, ſimili verborum rudi contextu prout in ſenſum communem facilè cadant: ſapientibus verò viris & ingenio perſpicaciori pollentibus alia longè, & quæ captum vulgi excedãt. Ex iiſdem elicienda relinquunt, quòd ratione magis, quàm ſenſu ducantur: Deum nimirum qui videri nequit, colendum eſſe, & Guitaam aliquam huius rei perficiendæ rationem inueniſſe conſtanter dicebat, in eum finem cæremonias inſtituiſſe, & idola colere docuiſſe confirmans, vt his quaſi gradibus ad diuiniora eueherentur: externi ceritus nihil aut parum adiumenti ferunt, ait, ſine interno cultu, quod decimo tertio volumine conſcripſit, vbi cum ſapientibus, hominibus, non cum profano vulgo egit: illum autem quod geſtarent, ſymbolum id

eſſe

esse interioris fidei, quam inclusam animæ ad Trinitatis honorem quisque tenebat. Ex quibus omnibus intelligi posset, nihil aut absurdum, aut contrarium in libris Gustaæ reperiri: eodem modo ad alia quædam argumenta respõdit subitis interpretationibus, pro re nata, non tamen insulsis: sæpè quæ quibus in lege pugnantia videbantur, egregiè tutari visus est. Interdum cùm ex tempore minus occurreret quod adferret, differri iussis in alienum diem disputationibus exactè ex meditato quæ poterat, in medium adferebat.

Quieti tranquillitatique mentis tantum inhærebat, vt Patrem ad colloquium vespertinum nostris à cibo visitatum corporis recreandi causa se inuitantem reprehendere non dubitauerit, nec allatæ rationi acquiescere potuit: id nimirum institutum esse, tum ad defatigatum animum quo ad labores subeundos redderetur alacrior, recreandum, tum nonnihil de rebus diuinis colloquendũ. In ea sententia nihilominus permansit confabulationibus huiusmodi animum à diuinarum rerum contemplatione haud parum auocari: cui, vt silentium, ita temperantiam prodesse plurimum, non enim posse eum multa sapienter meditari, qui nimium gulæ deditus esset, igitur non prius cibum capiendum, quàm tertio fames huc impelleret, tum enim extra noxam esse.

Castitas gentili virtutum regina.

Principem omnium virtutum castitatẽ arbitrabat, eámq; reginã inter cæteras habendã, quã qui

Humilitas secura

qui propriam sibi fecisset,alias omnes possidere.Multus adeo est in humilitatis commẽdatione,vt petierit aliquando,num in terris ars prodita vsquam esset, qua quis ascendere arborem,& per singula folia subsultim discurrere sine metu possit? Patre verò dicente, se nihil compertum habere, nec credere quod præstari posset,ille artem huius in humilitate positam esse dixit,quod humiles dum semetipsos deprimunt,ascendant, maximéque euehãtur, vt enim formicis ob exiguum corpusculum arborem inuadere,et quà libeat discurrere tutissimum,sic humilibus viris datti est,in re quacunque sine omni prorsus periculo versari.Cùm concioni(inaudito ipsi, & nunquam antea apud nos viso spectaculo)interesset,nec quicquam intelligeret,admiratus est tamẽ populi attentionem, & oculis in concionatorem acutè defixis, etiam ipse ei operam dabat,mox rogat,quid sibi hæc res velet. Cùm respondissemus nostræ legis secreta pandi, subdidit ille: similis nunc ego simię sum,quæ cùm incidit in nucem,cum ea ludit, nec tamẽ intelligit quid sit, neque dulcedine nuclei intus inclusi frui potest: ita cùm vestræ legis mysteria audio,quãuis non capiã, eorũ desiderio tamen accendor, ob suauitatem quam eis inesse credo maximam: quamobrem vos,ait,docete me,non enim graue mihi erit institui more puerorum.Cùm intulisset alter: cur igitur Christianam fidem non admittis? Ego,inquit,quãuis fidẽ vestrã syngeram esse credam,nolo tamen id mihi nunc

accig

accidat,quod puero olim:præceptores enim nostri ita docuerunt,non alia lege me salutẽ consequuturum,quàm ea quæ Brachmanum est:adhibui eorum verbis fidem, & durissimum arripui hocviuendi genus:iam si vobis omnia in cõtrarium affirmantibus assentior, & Christianus fiam,vereor ne intra paucos dies alius quis adueniat,qui vestra lege repudiata,suam mihi sequendam proponat,Quãobrem scito nihil potius habere me neque religiosius, quàm vt institutum vestrum prius explorem : cui si arridebit, facilè me addicam:hæret enim is dolor animo viri,nec in postremis quidem,quòd intelligat multos annos sibi fine fructu periisse, in gentilium deorum legibus conterendis exactos, si verã esse nostram deprehendat.

Cùm fortè die quadam disputans nescio quid altius,inuolutiusq; ingrederetur in quæstionem,quam vt se expedire commodè posset:rogatus cur qui magister inter Brachmanes non exiguus esset,ad quem tanquam ad oraculum remotissimis è partibus multi cõfugerent,hac in re parum aut nihil difficili satisfacere nequiret.Respondit magna cũ modestia,minimè mirum id debere videri,quod ab hinc multis annis omni librorum supellectili relicta,in Insulam hanc non eruditionis causa concessisset, sed pietatis, idque in præcipuis se statuisse,ac in eo summam scientiam ponere, ne quid iniquè faciat contra rationem, neu Deum offendat:sæpè multa quærit, multa percunctatur, ex quibus illud

Pietas scientiæ summa est.

illud vnùm erat: num præceptum vnum obseruanti, & reliqua transgredienti dandũ præmium sit, aliáque huiusmodi. Fratrem aliquando ei Pater instructorem in Philosophia versatum dederat, qui de fidei rudimentis hominem informaret. Rogabat igitur primum, num à Patre missus, an sua spõte veniret: si non missus esset, charitatis quidem fraternæ se obsequium agnoscere, tamẽ huic oneri imparem fore dicebat, vt iunior instrueret senem: si verò à Patre ad id adesset, idoneum sibi videri. Respondente altero, sic esse, & cum imperio Patris venire, vt rudi modo doctrinam Christianam à se obiter acciperet, à Patre deinceps secretiora auditurus, ei facillimè acquieuit: atq; neglectis pristinis erroribus ait ad Christianam fidem se transiturum, si Patri nostro ita visum fuerit. Incepit igitur iã ex nostris cibis degustare, quod satis argumento est, ipsum exuere paulatim Brachmanum legem: adhæc funiculum eorũ disrupit, quod apud illos, & sacrilegium, & desertæ religionis indicium est: Christianis tam in vestibus quàm in cibis se per omnia accommodans: baptismum tamen consultò differimus, ne si, vt est homo acris ingenij, denuò ad superstitionem antiquam recedat, Ethnicos plurimum à fide nostra abalienet: hunc metum tria nobis credibilem faciunt.

Primum quòd, ex Brachmanũ genere sit: Alterũ quod concionatorẽ egerit apud suos, quod officium seu dignitas non solũm ex in-

genij

genij prudentia cõfertur, sed in posteros trã-
sit: hos longa experientia duriores esse di-
dicimus, quàm pro facili persuasione. Tertiũ
est, loguum esse, quod est genus hominum
inter gentiles hõs superbum admodum, &
arrogans, cuius rei etiam noster hic testis lo-
cupletissimus est: qui cũm inter differendum
sæpè ad ea quæ suorum voluminum dictis
contraria videbantur, neq; commodam ra-
tionem, neque argumentum efficax haberet
quo dissolueret, dolore cruciabatur maximo.
Quod vsu venit non rarò cùm de iis artibus
agitur, quarum sibi peculiarem cognitionem
ex professo vendicat, etsi vel tenuissimè earũ
peritus sit. nam Philosophiam habet planè fa
bulosam, qui licet ingeniosissimus sit, & in
bene disputandi ratione suo more supra me-
diocritatem exercitatus: tamen, & frequen-
ter, & non leuiter aberrat, fatetúrq; legem no
stram suæ multis modis præferendã esse, ve
quæ rationibus firmioribus, magis æquabili
methodo, & dictorum omnium summa con
sensione nitatur: Vbi dissidentia inter se suæ
legis loca componere non potest, Prophetã
id dixisse sat esse asserit, tanquam illud de suo
Pytagora. Sunt his grauiora etiam in hoc in-
genij vitia, quæ nihil attinet curiosè dicere.

Quantoperè autem deprauata hominum
natura sibi blãdiatur, frates charissimi, vel ex
hoc asperitati deditissimo homine colligere
licebit: Primum enim, vt nostros degustauit
cibos, eorum sapore non minus delectatus
est, quàm quilibet alius, vestibus quoque
vtitur,

vtitur, idq; indulgenter habet, cùm penè nudus antè incederet. Illud etiam ridiculum visum est, quòd vbi primùm ex vino delibasset, ita placuit, vt nihil supra: rogans non solùm quodnam arboris genus tam gratũ fructum produceret; verumetiam de ea in horto suo plantanda sollicitus. Sæpéq; dicere solet Brachmanorum legem hoc nomine sibi displicere, quòd omnibus vesci prohibeat (nam qui serio Brachmanes sunt, nullum animal terra marique vitam degens comedunt) herbis ac leguminibus contenti, cùm in vsum hominũ Deus omnia creauerit. Hæc vt vos luptatem aliquam adferrent, scribere volui, ex quibus cognoscere licebit præclara Dei dona adhuc in Ethnicis relucere, etsi maioribus iniquitatum tenebris obfuscẽtur. Deus & Dominus noster nos omnes conseruet, & eius sanctam voluntatem nosse, ac perpetuò illi parêre concedat.

Brachmanes animãtibus non vescuntur

VALETE.

Goæ ex hoc Diui Pauli Collegio, sexto Idus Decem.
Anno 1560.

EX

¶ EX EPISTOLA PAtris Emanuelis Tesceiræ ad Fratres Societatis Iesu.

1560.

Epistola hæc modum quo instituuntur catechumeni docet, aliáque notatu dignissima de Gentilium superstitione: venefici cuiusdam insignis conuersione, incantandíque ratione: nec non de Heremitis Cambayæ, qui instantẽ mortem religiosè preueniunt, continet.

Gratia Christi &c.



Vemadmodũ superioribus annis, Charissimi Fratres, ea perscripsimus, quæ circa Catechumenos Dominus operari dignatus est: ita nunc Præposito prouinciale iubẽte, non potui non & eius morem gerere, voluntati, & pio desiderio vestro facere satis, ea perscribendo, quæ non ingrata fore arbitrarer. Paucis itaq; perstringam, quis à nobis hactenus in catechumenis instituendis seruatus sit modus, & velut aliud agens nonnulla de quorundam gentilium, licet non indigna cognitu, deploranda tamen superstitione interseram. Catechumeni in domo quadã Collegio adiacente habitant, in qua ad baptismũ vsq; aluntur, ac instituuntur. Horũ curã Chiepẽsis quidã gerit Patris M. Francisci Xauieri

alig

aliquãdo comes, qui perpetuò inter illos versatur, modum orandi Deum tradit, & doctrinam Christianam simul omnes docet. Deinde illi singulatim certis quibusdã horis quotidie lectiones memoriæ commendatas recitant. Monentur item à nobis frequenter ac serio Ethnicos ritus, & antiquam viuẽdi cõsuetudinem planè detestandam esse, pristinámq; religionem cane peius, & angue execrandam: vtpote quæ aliud nihil quam diabolicæ fraudis inane commentum sit, & mera superstitio, eósq; in hanc sententiam induximus, vt ex animo credant, nunquam se in ea seruandos fuisse. In hunc finem nonnulla exempla ex eorum lege, & moribus deprompta in medium adducimus, vt ex falsitate propriæ legis, nostræ fidei veritatem agnoscant, quæ omnia quò facilius perficere possimus, singulis seorsim euocatis, nostræ fidei rudimenta explicamus. Qua in re breui tantum proficitur, vt illi legis Dominicæ veritate perspecta, non modò errores, & diabolicas fraudes execrentur, sed & de commissis in Deum flagitiis veniam postulent, nostram se fidẽ, quod ea sola bona & sancta sit, amplecti confirmantes, vt in ea mori & salutem consequi valeant. Postmodum eo ordine quem fœlicis memoriæ Pater M. Franciscus nobis præscriptum reliquit, doctrina Christiana explicatur. Sumpto initio à signo crucis, cuius virtutem, & quanto illud honore prosequendum sit, exponimus, signum videlicet hoc Christi fidelium nõ solùm in pri-

Ratio instituendi gentiles.

Vis signi crucis.

mordiis

mordiis omnium actionum nostrarum, sed etiam contra dæmonũ incursus, qui ipsos alias quando inuadere solent, vsurpandum: illi paeuore perculsi, interdum ad nos accurrunt, credentes se ob errores pristinos, quibus illos dæmon inuoluerat, iam abdicatos, damni aliquid ab illo perpessuros, quocirca hoc lubentius crucis signo se muniunt, quòd illud sciant plurimum in hostem valere. Post hęc articulos fidei proponimus, iis diutius explicãdis inhærentes, quæ plus habent difficultatis. Rationibus enim eorum capacitati accõmodatis, vnum solum Deum esse manifestamus, neque idolum aliquid diuinitatis habere posse, quò fit, vt & se grauiter errasse fateantur, & ex ipsis idolorum (quæ circunferuntur) factis, dictísque nec Deos, nec sanctos esse intelligant. Quæ ad sanctissimæ Trinitatis mysterium spectant, ea summatim, & quasi per trãsennam (vt dicitur) tantùm attingimus, ne vlla paruulis in fide Catechumenis errandi præbeatur occasio, qui tam inexplicabilis mysterij necdum capaces sunt. Satagimus interim pro virili nostra Iesu Christi Domini nostri amorem in eorum corda inserere, insertúmque infigere, vtpote qui vita propria, propriõque sanguine à dæmonum sæuissima tyrannide animas nostras in libertatem asseruerit. Dehinc beatam Virginem matrẽ eius, humanitatis ratione habita, omni veneratione ac honore prosequendam esse monemus: hæc quę dixi cùm omnes, tũ præsertim Mauri docentur. Post hęc reliquos nostrę fidei articulos

ticulos cum ſuis hiſtoriis declaramus, ſimili-
tudinibus illatis : quoniam duabus præcipuè
rebus hoc genus hominum ad pietatem ex-
citatur, hiſtoriis videlicet & ſimilitudinibus:
quibus abſolutis, decem præcepta enodamus,
in iis diutius explicandis, quæ illorum legi
maximè aduerſantur, vt eſt primum, tertium,
& ſextum, hærentes. Tradimus præterea qua
hæc ratione ſeruanda ſint, quę item matrimo-
nio coniuncti cum vxoribus præſtare debe-
ant, quid demum aduerſa valetudine affectis
incumbat agendum, ne videlicet (quod antea
ſolebant) aut idolorum, aut veneficorum im-
plorent auxilium, vtque magna veneratio-
ne ac religione res ſanctas, velut imagines
beatorum hominum, templa, & crucem pro-
ſequantur, ſacrificij miſſæ auguſtiſsimum my-
ſterium (vt par eſt) amplificantes. Quæ om-
nia quàm clariſsimè pro eorum captu, quo-
ad eius fieri poteſt, proponere ſtudemus, id-
que per interpretes, quos tamen ſæpe ob lin-
guarum varietatem deſideramus, vt haud
raro in vna eademque ſermocinatione, tres,
quatuorue diuerſos loqui contingat, Iudæos,
Mauros, Ethnicos, variorum rituum & mo-
rum: vt autem deficientibus etiam interpre-
tibus res noſtras diſcere poſsint, ſæpe cogun-
tur ſuo more noſtra lingua ſonare. Mutus

Similitudinibus rudiores melius inſtituuntur.

quidam puer Maurus catechizandus huc ve-
nit, cúmque docendi via deeſſet, ſignis quis-
buſdam imaginem crucifixi tenentes digitis
monſtrauimus, quonam pacto in crucifixum
pro nobis Chriſtum credere deberet, qui iam

Mutus fidē amplectitur.

iam

iam baptizandus se credere signis manifestabat, ac verum cœli, terræ, omniúmque rerum factorem pro Deo colere velle, tangens etiam pedes, manus, & Christi latus, indicabat eum pro se non modò sanguinem, sed & vitam profudisse, quem supplex adorabat, & in quem credebat. Baptizatus in Collegio remansit, & in rebus domesticis sese exercuit. Dum Christianam doctrinam explicamus, aut de aliis rebus diuinis verba facimus, doctiores indoctioribus præponimus, quòd homines isti honoris à natura cupidi sint, quibus persuademus in hac catechumenorum domo honorem in eo præcipuè consistere, si quis optimè doctrinam Christianam nôrit, eò quòd eiusmodi cæteris dignitate præluceat. Quare nonnulli vt doctiores & vincere, & anteuertere queant, nunquam ferè, donec quod sibi proposuerunt, fuerint consecuti, quieti vel somno indulgent. Interdum rosaria (quæ vocant) doctioribus tanquam diligentiæ præmia conferuntur, sed iis tantum qui vel totam, vel maximam doctrinæ Christianæ partem memoriter tenent.

Permulti ardentissimo flagrantes desiderio, vt ex euidentibus signis manifestè liquet, ad fidem concurrunt, non sine voluptate narrantes, quæ antea errorum tenebris excæcati videre nequiuerant. Cùm quidam certis conditionibus baptizari vellet, neque quod desiderabat, à nobis posset extorquere, cæteri catechumeni re intellecta, hominem seorsim euocatum, ad conditiones de-

ſerendas ſtudioſè ſunt hortati, & vt ſincero animo Chriſtianus fieret, induxerunt. Narrauit is, iam ſacro baptiſmatis fonte ablutus, ſedum adhuc ethnicè viueret, in regione Cambaiæ inſignem veneficum fuiſſe, & ſæpe dæmonem vidiſſe, rationem quoque ad eliciendæ dæmonum reſponſa eo, quo iam dicam modo, expoſuit. Imprimis totum corpus lauant, & Pharmaca, vt intus purgetur ſumũt, tum quibuſdam rebus veſcuntur, & in occluſam domum, in quam luci non patet aditus, abduntur, atque vt collectiore ſint animo, ex ciliciis Conopæum fabricant, in quo poſiti orant ad certum dierum numerum, poſtea ſacrificant, adurentes ſaccarum, butirum & cilicij pannos certis quibuſdamcum imploratio-
nibus, qui plus aduſſerit, melius ſacra facere iudicatur. Ait hic virum quendam fuiſſe, qui quingenta magna dolia butiro plena obtulerit, & ſaccari maximam copiam cum pannis cilicinis precij 500. aureorum. His omnibus in vnum coniectis, ſacríſque peractis, qua forma volunt, dæmonem vident, ſæpè gemmis auróque fulgentem, magno famulitio, puellarûmque comitatu, equitatu amplo, ac multis cum elephantibus, multa ex his quæ oſtẽtat miſeris offerens, dans tamen nihil, eleemoſynas erogare iubet, aliáque eiuſmodi, vt Angelum lucis ſe eſſe demonſtret. Aiebat præterea omnes iſta ſacra peracturos magnæ pauperum multitudini cibos largiri debere, quos circa nonnulli 500. alij 1000. ad conuiuium vocant:

Modus in vocãdi dæmonem.

Dæmonũ varia apparitio.

Ad-

Addebat hic noſter illa in regione heremi- *Heremitę*
tas plurimos in arboribus fabricatis domun-
culis vitam trahere, quò & meditationi quie-
tius vacare, & ferarum impetum, ne ipſis prę-
da fiant, arcere poſsint, ſilentiúmque adeò ſu-
perſtitioſe obſeruare, vt vix vnquam vllos in
colloquium admittant, magna his eſt diſci-
pulorum miniſtrantium multitudo, dæmo-
nibus familiariſsimi omnes, contemplationí-
que vacantes, in hoc viuendi modo ad extre-
mam vſque ſenectutem perſeuerant: cúmq; *Se occidē-*
mortem ſibi iam imminere animaduertunt, *do ad cœ-*
vaſculo ligneo includi ſe, & in flumẽ, quo ad *lum ire pu-*
paradiſum rectà ire arbitrãtur, præcipites da- *tant.*
ri mandant, diſcipuli ad mortem vſque ma-
giſtros proſequuntur, qui extinctorum cada-
uera educunt: quorum omnium verticem à
cacodæmone perforatum cernentes, animas
illac eductas ad campos Elyſios euolaſſe
dictitant, & cadauera in ripa fluminis (quod
ob frequentes dæmonum illuſiones ibi fieri
ſolitas ſanctum reputatur) tanquam in loco
reliquiis ſacro, quanta poſſunt celebritate
condunt. Hæc ſcribere volui, vt intelligatis
quantò cùm maiori diligentia, atque perſe-
uerantia dæmonibus ſeruiatur, qui in hoc
mundo decipere, in altero torquere poſſunt, *Tyranno*
quàm Deo Domino noſtro, à quo bona cun- *dæmoni*
cta nobis cumulatè ſuppeditantur. *acurati⁹.*

Faxit illa infinita bonitas, vt Fratres no- *quã Deo*
ſtros è tantis erroribus vindicatos, Chriſto *Op. Max.*
conſecrare poſsimus, reliqua breuitatis cauſa *ſeruiatur.*
prętermitto. Tempus interdum in hiſce ſtul-

titiis terimus, quò facilius catechumeni ab huiusmodi impietate animos auocent. Ordo quem ad baptisma vsque seruamus, hic est. Pridie quàm baptismatis sacramento initientur sedulò, qua se ad illud suscipiendum ratione preparare debeant, monentur: iterúmque omnes tam legem, quàm mores pristinos detestantur. Deinde articulis fidei propositis, & num credant, singulis eorum interrogatis, se credere respondent. Post hæc præcepta diuina proponimus, scisitantes num ex animo illa recipiant, & se obseruaturos semper polliceantur, quibus annuentibus, addimus atrocissimum crimen esse ad vomitum redire, aut secundò baptizari velle, ostendentes per baptismum præterita omnia peccata deleri: his peractis, baptizantur. Quantum verò emolumenti ex hisce consecutum sit exercitiis, vel ex eo quiuis facilè animaduertat, quòd elapsis proximè duobus annis, quibus hæc catechumenorum domus ex obedientia curæ meæ commissa est, ad triginta hominum millia baptisma

30000. millia biennio conuersa.

suscepisse facilè crediderim, quos ferè omnes in hac domo primis Christianæ fidei rudimentis instituimus, si mulieres excipias, quibus alia in domo seorsim habitantibus deuotæ præsunt matronæ. Vt primùm baptizati fuerint, mensæ accumbunt, quibus quanta possumus charitatis demonstratione, ministramus. Prãdio sumpto, inculcamus eos iam nostros in sanguine Christi Iesu fratres effectos esse, summaque diligentia recens acquisi-

tam

tam mentis puritatem custodire debere: quos item hortamur, vt consanguineos, vicinos, & amicos ad nos adducant, quod non solùm se facturos pollicentur, sed etiam planè in id studium eos incumbere res ipsa declarat, cùm sæpenumerò eorum plerique necessitudine sibi deuinctos in Collegium nostrum adducant baptizandos. Probi certè Christiani sunt (laus Deo) diuinarúmque rerum studiosissimi, ac post baptisma iurati idololatriæ hostes & persecutores: quos enim Pagodes inueniunt, domum allatos comminuũt, adeóque sedulò, vt minimè veriti sint non sine præsenti vitæ periculo etiam continentem inuadere. Vnde nõ ita pridem idolum quoddam ingentis magnitudinis apud Ethnicos in summa veneratione habitum, & ad quod è remotissimis locis peregrinabantur, funi alligatum ad celocem vsque raptârunt, & denique in Collegio nostro comminuerunt.

Alij aliter fidem suam testantur: quidam enim vixdum vno mense Christi sacris initiati, cùm ad eorum aures rumor iubilei perueniisset, illius participes fieri contenderunt, obnixè à me rogitantes, vt modum quo obtineri posset edocerentur, parati subire quicquid summus Pontifex præscripsisset, optantes & ad sacram Christi mensam admitti, quod cùm in fide etiam tum admodum essent neophiti, impetrare non valuerunt. Alia permulta sunt quę Deus Dominus noster in nouellis hisce fidei plantis operatur, quem rogamus vt ad suam ma- *Iubileus.*

iorem gloriam incrementum illis dare, & in cordibus nostris semper habitare dignetur, sumque nobis voluntatem exequi concedat. Amen.

Goæ ex Collegio Diui Pauli,
8. Kal. Ianuar.
1560.

Ex mandato P. Prouincialis
Seruus omnium in Christo.
Emanuel Teiscera.

¶ EX ALIA LVDOVICI Frois, ad Fratres in Europa degentes.

1560.

Narrat ea quæ scribuntur nulla videri posse, si ea quæ fiunt coram cernerentur: de Peninsulę Goę ambitu & oppidis, & hominũ numero, & qua ratione omnes ferè etiam viri nobiles, vrbes & vicinę insulę Christo nomen dederint & conseruentur: enumerat varia solẽnia baptismata, alacritatemque aduentãtium, & rerum terrenarum cõtemptũ: Proregis itẽ liberalitatẽ, eleemosynas maximas: de centenario Ganzarorũmque contra Christum consilio, idolo responsa dante, Ganisso deo Euæ filio, gẽtilium vrbe sancta, viduarum castitate: postremo memorabilia quędam Dei opera.

Gratia

Gratia, & amor æternus Chri-
sti Iesu Redẽptoris nostri cor
nostrum perpetuò inhabitare
dignetur.



Xiis quas superiore anno lis
teras misimus, si modò pro-
spera nauigatio fuit, accepisse
vos arbitror, quanto fauore
Dominus Deus noster no-
uam hanc in India fidei prę-
dicationem prosequutus sit, præcipuè autem
quantum fructum ea fecerit in peninsula hac
Goensi, quanquam non alius, atque fuit rerũ
exitus sperandus erat, vtpote iis principiis
deducto negocio, quæ vt vtilissima erant sa-
luti multorum, ita non nisi glorioſissimè per-
fici debuerunt. Quamobrem æquum est om-
nes qui humanæ salutis boni æstimatores &
amatores esse volunt, omnium bonorum au-
thori Deo de tam prospero successu summas
agere gratias. Iam verò his literis diuino fa-
uente numine, breuiter ea perstringã, quæ se
in scribẽdo primũ offerent, persuasus id quod
res est, si pręclarissimis quibusq; operibus quę
apud nos corámque intueri liceret, quotidie
occurrunt interesse, ea quę scribimus in mini-
mis nos habituros, prout illa sunt quę libera-
li clementia Dei, quàm foeliciſsimè indies ge-
runtur. Scripsimus superiori anno quæ in
solennioribus interuallis baptizandi præci-
cipuè contigissent, quorum numerus trium
milliũ supra ducentos, & sexaginta superauit.

3260. ba-
ptizati

Modo

Modo illa tantum indicabimus, quæ poſt vltimas noſtras literas præcipuæ notæ res, & magni ponderis euenerũt: vt intelligi poſſit quàm multos quibus artibus diuina bonitas in hac Goenſi Peninſula (quæ duas in longitudine leucas, vnam in latitudine tenet) ad Eccleſiam ſuam per lauacrum baptiſmatis introduxit. Sunt in vniuerſum in ea, oppida 31. ex his quæ præ reliquis magis populoſa cenſentur, duo millia hominum alunt, alia pauciores, aut plures etiam, quæ ſoli coelíque diuerſa fertilitas eſt. In his Chriſtiani viuũt non ita pridem ad fidem conuerſi, & cum incolis Ethnicis promiſcuam conſuetudinem habent, quorum etſi frequens antè multitudo fuerit, iam ad paucitatem tantam redacta eſt, quanta poſt vindemias vuarũ eſſe ſolet. Erigit nos Dominus noſter in hunc animum, vt planè confidere liceat anno proximo neminem ex iis qui prophanos errores ſequuntur, modò res parem cum initiis ſucceſſum habeat, in hoc deinceps loco futurum, exteræ nationes certè gentiles, Mauri, Iudæi nunquam deerunt, alioſrúmque ex toto orbe huc venientium excita frequentia, qui negotiationes, & mercimonia hic exerceant. Multis in oppidis Eccleſias noſtri habent, in quibus Dominicis, ac feſtis diebus miſſarum ſolenniis interſunt diligenter: quæ quoniam longius abſunt à ciuitate, nec ita multos fidei magiſtros audire poſſunt, remedium quoddam oportunum iis in locis à Patre Prouinciali initum eſt, quod

Goẽſes peninſulæ deſcriptio.

Oppid. 31. habet.

Goa fere tota Chriſtiana.

Ratio multos conuertendi.

quod vt laudem Dei non mediocriter auxit: ita fructum attulit non pœnitendũ. Ita enim singulis oppidis nostrorum laborem partitus est: vt quantum fieri posset, ratio vbique eadẽ promouendæ fidei haberetur. Duo dominicis diebus ante lucem audito sacro proficiscuntur ad B. Virginem, cui nomen est à Guadalupa, & ab vrbe Goa abest duabus leucis: alij item 2. ad templum eidem virgini alio in loco consecratum, alij ad B. Ioannis, alij ad alia loca, ne longior sim, excurrunt. His omnibus pro more est: vt festo die primum aliquid ex Euangelio decerpant, cui deinde sermonẽ de doctrina Christiana subtexunt: in socios accitis ex hoc Collegio interpretibus quibusdam, vt materna lingua cũ illis agere, & facilius quæ volunt, imprimere possint. A prandio per vicos egressi, & puerorũ multitudinem quãtam possunt, in vnũ vocant, & signum ad id tintinnabuli præferunt, quo facilius congregentur: ipsi pueri ramis, ac frondibus cumulati per plateas incedunt, doctrinam Christianam læti, iuxta ac suauiter cantillant: faciunt id vsq; eo dum ad templum ventum est: ibi tum à Fratribus ad horæ vnius spacium præcipuos articulos fidei, & orationes docentur. Ita tam laudabili re confecta, quisque ea loca visit, quorum curam præcipuè gerit: inquirit in mores, & necessitates omnium solatur, vt omnibus quantum fieri potest, ex hoc Collegio satisfiat. Iam verò quoniam loca quædam paulò longius à templis distant, quàm

Euangelij xantiũ distributio.

pro mu-

pro mulieribus,aut pueris eò cõuocandis,cu-
satum est à nostris , vt quamdiu de templis
prospectum nõ erit,vmbracula vbi doctrinã
Christianam audiant,singulis in locis erigan-
tur.Maxima pars horum cùm primũ ea ex-
ercitatio cœpta est fieri,ad cõciones nostro-
rum cognatos,affines,ac parentes suos ab im
pietate abstractos impulerunt:exinde factum
est,vt admonitionibus Christianorum , Fra-
trũmq; nostrorum precibus ac exhortationi-
bus magno se numero duci ad agnitionem
Dei paterentur , deinde ad Collegium dedu-
cuntur , ac fidei rudimenta diligenter edocẽ-
tur.Hæc de iis qui animarum piscationi fo-
ris distinentur:quorum reditum,qui in Col-
legio remanserunt,auidè expectant. Solicito
animo reuertentes de messis vbertate intero-
rogant,quámque multos ad baptismum per-
traxerint, vt narrationis iucunditate fruan-
tur,quam existimant amplissimam se capere
posse ex earũ rerũ auditione,quæ ad cuiusq;
conuersionem præcipuum momentum at-
tulisse videntur:quod hęc res vergat in sum-
mam gloriam Dei , tantâmque vtilitatem
genus hoc exercitationum Goensibus pepe-
rit,vt dubium non sit,hanc vnam esse viam
à Domino Deo subministratam, quæ & gẽ-
tem totam breui nostram faciat , & Lusita-
nos ad pietatem excitet,& ipsos Ethnicos in
confusionem impellat:dum tantam sollicitu
dinem religiosorum vident in id vnum in-
cumbentium,vt quos semel ad nouam lucẽ
fidei adduxerunt,de omnibus instruant. Lõ-
gum

Vmbracu la loco tẽ plorum

gum esset commemorare Proregis in hoc negotio summam constantiam, & animi alacritatem, quam pro augenda catholica fide ostendit: vnus enim qui fauet præ reliquis, & Christianos maximè iuuat: neque quisquã non mirari potest, cùm ardorem eius, vt animas pertrahat ad Christum, industriámq; in excogitandis commodis rationibus quibus eos ad id inducat, intuetur, & tanto quidem desiderio, vt qui ex professo munus hoc suũ faciunt, & in hac palestra propagandæ fidei se exercent, victos se à Prorege ingenuè fateantur. Interdum vt Ethnicum quantiuis precij, & abiectæ sortis hominem ad Christũ trahat, vsqueadeo nihil sibi de labore reliquũ facit, vt persuasum habere videatur imperij sui salutem ab vniuscuiusque conuersione pendére vniuersam: non rarò excussis, quæ præ manibus sunt negotiis, si quis Ethnicus occurrat, eum de fidei nostrę mysteriis amãter, & prolixè docet, vt nihil sæpè aulicos se comitantes offendere vereatur. Siquidẽ hoc illi à Deo datum est, vt nullam occasionem, quæ quidem lucro animæ cuiusquam esse posset, sine fructu sibi patiatur eripi. *Proregis pium studium.*

Sed hęc quoniam prolixiorem sermonem desiderant, quàm pro epistola, prætermittam eáq; cõmemorabo, quæ in baptizandis Christianis, ex quo postremùm ad vos scripsimus acciderint. His absolutis, ad res priuatas, & proprias quorundam accedam, quæ noui Christiani experti sunt: quorum narratio loquetur vel me tacente, quantum laboris hoc nego-

negocium secũ vehat: nec mirum, cùm summum, ac præcipuum ex omnibus sit, quæ per Societatem nostram diuina Maiestas efficere dignatur: quod communis omnium hostis diabolus aduertens, nouas semper artes obijcit quibus tam prosperos labores impedire conatur. Ergo cùm necessarium esset, vt præter authoritatem Ecclesiæ potestas Principũ virorum ad copiosam hanc frugem accederet, quæ obstacula omnia amoliretur, Deus dominus noster Prorege tanquã instrumẽto in multis vsus est. Memor igitur edicto à se seuerè esse cautũ, vt ne qui propagatione fidei obsisterent, aut si qui tales essent, sua ditione cederent: vbi animaduertit primarios quosdam ex Brachmanis esse istius insulæ, qui tũ sua authoritate, tum superstitiosis quibusdam ritibus ignobile vulgus à Christianismo auocarent: nullum non conatum adhibuit, vt illos ad fidem nostram alliceret, nonnunquã publicè cum illis verba faciens, interdum priuatim, sæpè pollicitationibus, & amore plenis amplexibus, denicq; seuero vultu omnem ad persuadendum, & conuincendum operam accommodauit. Inuestigata etiam alia via est his ferè prætexta initiis: vt toto hoc anno circa vesperum Dominicis diebus in hoc Collegio nostro de imposturis, & fallaciis quas lex illorum habet, concio haberetur, quod etiam factum est. Libris eorum ac prophetis in medium allatis, dubitationes omnes ad eum modum propositæ, & excussæ fuerunt, vt vel cæco perspicuum esset cohærere falsitati.

Quid maximũ quod per societatem egit Dominus.

Ratio qua bus terrena potestas vsa est ad fidei propagationem.

Indies Brachmanum errores conuellitur.

tati. Vbi Brachmanes rationibus se destitui viderant, ad defensionem satis esse putabant, vt quoquo modo de casibus effugerẽt, quòd se more maiorum viuere profiterentur. Sed cùm pro innata animi pertinacia, neq; vnquã se victos agnoscerent, neq; rationibus quantumlibet efficacibus crederẽt, Prorex in cõpendium misso negotio, malo huic nodo malum cuneum opponit, legem promulgat vt intra quadragesimum diẽ à decreti promulgatione Brachmanes cum suis omnibus, qui Christiani fieri nollẽt, supellectili omni, quęq; in ratis, & censis haberent, intra id tempus distractis, in exilium abirent: qui non paréret, iacturam eius facturos, & ad triremes abreptum iri comminatus est. Hac sentina, & fece exonerata insula, fructum plurimũ procreare cœpit, qui quantus fuerit, faxo iam intelligatis. Tertio Non. Decemb. die B. Luciæ anno elapso, qui à partu Virginis millesimus quinquagesimus non? supra quingentesimũ fuit, à postremis ad vos literis datis, primum baptisma celebrauimus: cuius numerus ad 84 homines ascendit. Calend. Ianua. 1560, Circuncisionis festo, die nostræ Societati proprio 1 5 4. 6. Cal. Martij die B. Mathiæ Apost. 225. qui omnes & rerum domesticarũ amplitudine, & magna authoritate fuerunt spectabiles, 8. Cal. Apri. die Annunciationis 160. 15. Cal. Maij intra octauã Resurrectionis, cùm Beatæ Virginis de gratia, vt vocant, festus dies in Insula Chiorana celebraretur, tertio ab hac vrbe miliari vbi Ecclesiam in honore

Bapt. 84. Item 254.

Item 225. optimæ conditionis, & magnæ authoritatis.

Bap. 160. Situs Chiorã.

honore Virginis hoc nomine habemus: mul-
ti à noſtris conuerſi agũt. Viſum eſt Prorege
faciendum ſibi, vt illos inuiſeret, & in hono-
rem Beatiſsimę Virginis, ſic vt voluerant in-
colæ, baptiſmati cuidam intereſſet: Chriſtiani
aduentantem honoris cauſa antegreſsi, hono
rificè, & humaniter excipiunt, & ſclopetariis
(quorum etiam hic vſus inualuit) & peditum
inſtructa acie, ad ædem vſque ſacram dedu-
Bapti. 155 cunt: huc cùm peruentum eſt, 155. ſolenni ri-
tu, & ordine baptizati ſunt. Prorex iis per-
actis, quòd iam ſol ad occaſum vergeret, mul
tis prius beneficiis collatis & honoribus, re-
greſſus eſt.

Cal. Maij, dies qui B. Apoſtolorũ Philippi,
& Iacobi erat, 127. baptizauimus 4. Idus mẽ-
Bap. 127. ſis eiuſdem qui tũ Dominicus dies erat, 300.
alij. 300. Die proximè ſequenti ad 100. cathecumenos
Catechu. coegim⁹ ex iis, qui pridie baptizati erãt vel
100. amicitia, vel cognatione, vel viciniæ proxi-
mitate cõiunctos. Decimo Cal. Iunij, quo tẽ-
pore Dominica in cœlum aſcenſio recoleba
tur 200. In profeſto Penthecoſtes P. Petrus
Bapt. 200 Dalmeida in oppidum huius inſulæ, quod à
Goa ſupra vnum miliare diſsitum eſt, egreſ-
Cath. 300. ſus 300. & eo amplius catechizãdos adduxit:
horum parentes, qui domi ad cuſtodiam re-
manſerant, poſt hos baptizãdi 70. bene erãt.
Alij 70. Nono ab hinc die, 177. 13. Cal. Iulij ipſo die B.
cathe- Geruaſij, & Prothaſij baptiſma omniũ maxi-
177. alij. mum celebratum eſt, quod quia prolixã epi-
ſtolam requireret, ſi narrandum ex integro
foret: tamen rei ordinem, & modum breuiter
attin-

attingam, idem facturus in aliis scriptu dignis, quæ occurrent. Inter cætera huius ciuitatis suburbia amplus quidam pagus est, in quo vna ex præcipuis paroeciis in honorem B. Virginis de luce consecrata visitur. Proxima huic piẽtissima quædam matrona habitabat Abiscina genere, nomen habet Catherina de Faran, vidua spectatæ probitatis, & magnę apud omnes authoritatis, frequentissimè apud nostros sacramentum communionis participat: ad hæc filium Diaconum in scholis nostris habet, philosophicis studiis incumbentem: cæterùm in Christianismo augendo tanto desiderio inflammata est, vt in ea re omnes Indiæ mulieres quamuis optimas, facilè vincat. In hunc finem cum Ethnicis & Gentilibus, à quibus domus circundatur, assidua versatur, quamuis iam plurimis fidem Christianam persuaserit, non tamẽ ob generosum animum, quem gerit, desiderio suo satisfactum esse vnquàm putat, nisi ingentem aliquam prædam ex integro ad fidem adducat. Quamobrẽ cùm ethnicos cæremoniis cõtra Proregis statuta veritis operatos fuisse audiuisset, rem ad nostros defert: videri sibi peropportunã occasionem datam, vt scelere sacrificiorum perterriti depositis erroribus ad Christum accedãt, tantum opus esse Patre vno, aut altero, qui rem incipiat, & metuentibus incumbat: quamobrem cùm ex aliis huius Insulæ partibus tantus fructus decerpatur, per Dei vos, inquit, amorẽ rogo, & quam possum effusissimè flagito, adiuuate me, & è collegio

Catherinã de Faran præclare pietatis fœmina.

vestro opẽ ferte, vt queam facilius hunc gregem vicinorum meorum cogere ad Ecclesiam, & fidem Christi, sacrificiúmque solennis baptismatis Christo offerre. P. Prouĩcialis credibili oportunitate persuasus, mittit P. Petrũ Dalmeidam, nonnullos è Fratribus comites cum eo adiungit, & tempus accipit inter quod commodum esset, domi omnes probabiliter inueniri. Tentata res est, ac illa ipsa die quartadecima nempe Iunij, 120. ex his in Collegium abducti sunt, tam hilares, ac facili negotio, mirum sanè, quòd supellectilem omnem, & ædes reliquerint, vt Christo nomen darent, nec aliter ac si à multis iam diebus ad id præparati, nihil præter nostrorum aduentum sibi dari voluissent. Pueri ipsi Patres nostros amplexi, vt se dimitterent, cogebant, donec parentes inuentos vnà ad vrbem adducerent: idem patres sollicitè de filiis petebant. Denique tantus omnium ardor erat, vt quísque suos vtriusque sexus parentes, ac amicos omnes summo studio collectos, altero die in domum Catharinæ de Faran, quã plurimum venerantur, accumularet. Aduentantes illa multa suauitate, ac voluptate excipit, & ante altare, quod in suis ædibus habet, flexis genibus esse iubet, hortatur vt primum Deo gratias agant pro tanto beneficio. Deinde vitulinam proponit, non tam vt animi beneuolentiã declaret, quàm vt superstitiosas ipsi leges violarent lubentius, & hac ratione nũ ad Christianismũ magis procliues sint, cognoscat. Tandem omnes ad Collegium missi sunt.

120. catechumeni. *Mira Dei bonitas. qui tanto gaudio suos perfundit.*

Altero die,qui proximus ab isto, similiter accidit, transmissi enim 30. alij sunt, vt cum reliquis fidei rudimenta discant. Indicat paulò pòst literis ad Patrem missis domi suæ 53. alios supereſſe, quamobrem Patrem vnum aut alterum mittat,qui & hos Goam deducat, & reliquos,qui quotquot erant, haud dubiis signis Christi fidem se amare ostenderent,inflammet. Mittitur P. Antonius de Costa cum Fratribus nonnullis: hi congregandis hominibus toto ferè die insumpto,tandem ad vesperam 140.inter quos multæ mulieres,infantes,& pueri,accensis facibus Goam adducunt. Inter hos plurimi nobiles erant, alij mercatores,alij aliarum artium, item quidam centum annos natus cum filio quadragenario. Mulieres cum virginibus seorsim in iis ædibus locatæ sunt,quas catechumenæ habitant: his Abissina quædam mulier honestæ vitæ,& charitatis maximæ præest: quæ preculas, & cultum fidei,réſque alias simpliciores eas docet. Viros cum puerulis recepimus in Collegium nostrum & catechumenorum domum.

Cate. 360

Alij 530

Alij 140

Quidã ce tenarius fi dei lumen aspicit.

Miro sanè modo hi nè glecta familia vt Christum imbibant antiquatos Christianos se darguũt, quibus nõ vacat Christo seruire

Interea dum fidei rudimentis operam dãt, in singulis ferè ædibus,ne sine custodibus manerent, senes aliquos & prudentes viros assignauimus, qui de domesticis rebus solicitudinem haberent, inter hos custodes plus minus 80. erant, qui fide nostra paululum degustata ex consuetudine, & facilitate morum, quam in Christianis viderant, vix in hoc officio contineri poterant, quin

rupta mora ad baptiſmum cum reliquis feſti-
narent. Dominico quodam die P. Petrus Dal-
meida egreſſus, nouem homines in domo
quadam relictos quæſiturus, idem ſeptuagin-
Catbecu- ta ſtipatus ad Collegium recurrit. Illa ipſa die
meni 70. literas alias ad nos dedit Catherina de Faran,
vt venirent aliqui, fragmenta quæ ſuperaue-
rant collecturi: Excurrit Emanuel Theſſeira,
& cum eo Pater alter, 100 congregant, qui om-
Alij 100. catbecu- nes virides ramos cum gaudio præferentes,
meni. & læta voce ad baptiſmum conuenerunt.
Porrò autem tam frequens aduentantiũ cons-
curſus erat, vt omni eo tempore, quo pri-
mùm colligi in vnum cœperunt, nihil æquè
P. Petro Dalmeida, quàm de veſtibus paran-
dis cogitandum eſſet, quę tam multis, & varij
ſexus, ætatis, ac fortunæ hominibus & qua-
drarent, & ſatis eſſent: difficultatem hanc au-
gebant non tantum anguſtia temporis, quod
exiguum erat, verùm caritas, & inopia panni:
quamobrem cùm haberet alioqui quod cum
Prorege ageret, adiit eum, & cum eo hanc
etiam cauſam peragit, vereri ſe dicit, ne ſatis
citò propter inopiam veſtium baptiſmus in-
ſtitui poſſet. Prorex pro ſolita lætitia, &
Chriſtiano gaudio, quod ex huiuſmodi
Centum millia aureorũ catechumenis impendit Prorex. nunciis ampliſsimum capere ſolet, vt ve-
ſtes quoquo modo haberentur, fideiuſſo-
rem ſe dedit, paratus ob tam pia debita in
carcerem etiam detrudi, ſi bonis cedere, aut
non eſſe ſoluendo cõtingat, iam enim diu ex
Regis Luſitaniæ vectigalibus centũ millia au-
reorũ impendere conſtitutum habet, vt Chri-

ſtiana

stiana fides in Goæ circumiacentibus locis, & auctior esset, & ornatior. Nec dubium est, quin si exigat necessitas, multò etiam vim pecuniæ maiorem effundere paratus sit, tãta est in hoc heroe constantia, fauor, fides, & dexteritas in omnibus rebus peragendis, quæ ad fidem pertinent, vt quicquid vel re, vel fauore, vel auxilio ad numerum Christianorum augendum facere possit, nihil vnquam prętermittat. Hęc de qua mentionem facimus, Christiana messis incidit in id tempus, cùm agri colendi, & semen terræ mandandum erat: ne ergo ab operis catechumeni, & quotidiano labore diu abessent, studiosè actum est, vt primo quoq; tempore baptismus etsi die prophano, celebraretur: quod & factum est, cui & Prorex interfuit. Numerus 650. hominum fuit. Iis baptizandis etsi quatuor Patres præfuerint, tamen curari nõ potuit, quin antè iam inclinata dies esset, quàm ad medium peruenissent, omnes reliquos accensis ad valuas tẽpli facibus, quãta potuerunt diligentia, & compendio, sacro baptismate abluerunt. Cæterùm quoniam domum singulis reuersis, in vnum iterum confluere, nisi magno labore non posse videbantur, additum est etiam hoc operæ, vt ex intergro noua matrimonia quos erat necesse inter se coniungerent. Quantum verò in vniuerso populo gaudium ex tam numerosa piscatione ad fidem accedentium, & exultatio orta fit, tum quantam hauserint voluptarem Patres, ac Fratres nostri, quos Dominus Deus noster ad id delegerat, facilè est assequi

Bap. 650.

A baptismate renouatur matrimoniũ.

coniectura: ſuper omnes incredibilis quędam lætitia Proregis erat, qui quòd tanta cũ alacritate ad baptiſma hos cõfluere videret, nec animo, nec aſpectu potuit ſatiari, nũc his, nũc aliis ad ſe euocatis, ſingulos complectens, bono eos eſſe animo iubet, aliis ſe totum promptũ, ac facilem offerens. Collegium noſtrũ diebus aliquot baptiſma iſtud præcedẽtibus victũ, vt poterat, liberaliter omnibus ſuggerebat: quorũ numerus, domeſticis aſſcriptis, ſupra 900. erat: ex his in catechumenorum domo plures quadringentis mulieres morabãtur. Sæpe accidit plures quingentis Collegiũ noſtrũ alere catechumenos, ex qua re perſpicimus Chriſti pollicitationem eſſe certiſsimã, vt regnũ Dei, & iuſtitiam eius conſectantibus, hæc caduca, & fluxa bona ex cumulo adiiciantur.

Ingentes eleemoſynæ.

Poſt hoc baptiſma octauo Cal. Iulij, in die Natiuitatis B. Ioannis Baptiſtę longè celeberrimum peractum eſt, in quo quia ſingulare quoddam accidit cognitione non indignum, peculiari expoſitione perſtringam. In Goensi peninſula pagus quidam amplisſimus eſt, cui nomen inditum eſt, Carambolin, in quo delubrum primario cuidam illius loci idolo ſacrum erat, magna ab incolis religione habitum, quod vita functus Vicarius diſturbari fecerat, ac in templum verti B. Ioannis Baptiſtæ. Primates igitur oppidi, quos Ganzaros vulgò dicunt, cùm Chriſtianorum numerum mirum in modum creſcere animaduerterent, quo pactò hiſce calamitatibus (vt ipſis quidẽ videbatur) occurrerent, & labefactatio-

Carãbolitanus pagus maximus.

Ganzari quid.

nem

nem legum ſuarum impedirent, conſilio co-
acto inter ſe agitabant. Deliberatio variis ſen-
tentiis acta eſt, neque certò definiri potuit, *Gansaroã rum delibe ratio.*
quæ cui ſententia præferenda eſſet. Quidam
rem potius, quàm animæ ſalutem in pericu-
lum vocari debere, & cedẽdum ditione Pro-
regis potius, quàm ab antiquis legibus rece-
dendum eſſe putabant. Quid enim facimus,
aiebant: Chriſtianiſmus augetur, nos detri-
mentum patimur, ſi in continentem profi-
ciſcamur, quod incommodo admodum tem-
pore vrgemur, nimirum cum omnia noſtra
inſumpſimus terræ mandatis ſeminibus,
quorum iacturam faciemus omnium, ſi ad
Maurorum ditionem tranſiuerimus: ſin ma-
nere, & vitam tueri voluerimus, neceſſum
penè eſt, vt efficiamur Chriſtiani: maturo
conſilio his rebus obuiam ire oportet. Si
noſtro iudicio ſtandum hic eſſet, tolera-
bilius eſſe diceremus, facultatibus exui, quàm
venire in diſcrimen ſalutis: quæ ſententia
ſi placet, vt liberè noſtra lege viuere liceat,
authores, vnà ſumus, vt cũ noſtris familiis e-
grediamur: horũ ſermonibus alij aliud oppo-
nebãt: nõnulli aliud vrgebant: q; quẽadmodũ
Chriſtianorũ iſte feruor, & incrementũ non
niſi ex Proregis vigilantia promanaret, & is
propediẽ ex prouincia diſceſſurus ſit: fieri
non poſſe, vt ſibi conſtet, ac eodem in flore
Chriſtiana fides perſeueret. Quamobrẽ diſſi-
mulandum tantiſper eſſe, detrahendúmq; de
ſuo iure aliquid ſuadebant, quò facilius Goæ
qualicunque conditione rerum agerent,

dum ipſe in Luſitaniam reuocatus moleſtia, & ſolicitudine eos omnes liberaret. Tertius tandem aſſurgit inter eos confectæ vir ætatis, prudentia plenus, quem & cæteri verebãtur, & propter inſignem experientiam ſuſpiciebant: hic ſpiritu ſancto, ni fallor, dictante, quod futurum erat præſagiens, longè aliam adhortationem inſtituit. Non enim expedit in Proregem habere defixos animos, neque præſtolandum eſſe, donec in Luſitaniam reuocetur. Hoc potius optandum eſſe, vt Patres Societatis Ieſu diſcedant, quod cùm certiſsimum ſit, nunquam fore: ſed omnem moturos eos lapidem, Chriſtianitas vt propagetur: perſuaſiſsimum, inquit, nobis eſſe debet qua apud iſtum Proregem ſunt authoritate, eandem apud alios obtenturos. Quocirca ſi meo parebitis conſilio, nos omnes Deo commendabimus, & Chriſti fidem ſuſcipiemus. Cùm in hanc rem multa dixiſſet, & quæ probitas, facilitáſque in illa eſſet, & quàm aperta ratio eorum, quæ docerentur, ad hæc alia multa, quæ nunc ſcribere ſuperſedebo; ita placuit illis hominis conſilium, vt 14. præcipui Ganzari cum famulis ſuis Chriſtianam fidem ilicò & ſequi ſe velle dicerent, Patrẽ Andream Vazæũ Brachmanem genere hac de re certiorem faciunt. Accurrit ille ad nos, rem exponit. Aderat cum eo præcipuus quidam ex eorum numero, qui ſe noſtris: Patribus reliquorum nomine familiariter offerebat. Res ſtatim ad Proregem delata eſt: qui, dici non poteſt, vt his nunciis bonis in opti-

Senis Gazarorum diuinũ cõſilium.

Ganzarorum conuerſio.

optimam partem affectus sit. Quoniam autẽ multis nominibus Prorex diem festũ corpo ris Dominici in Collegio nostro trãsigere, ac cibum sumere nobiscum statuerat: Ganzaros iubet in Collegium nostrum venire, vt animi sui affectum eis declararet, & communicato cum illis negotio dies baptismatis statueretur. Tantum diuini amoris incendium in cordibus illorum exarserat, vt ad prẽstitutum diem Proregem allocuturi, eorum cum multis famulis bene mane adessent. Prorex exhilaratus supra modum statuit, vt ipsi se cum Patribus in S. Ioannis oppidum Dominica die pomeridiano tempore conferarent, se quoque præsto futurum, monebat interim Fratres, vt instarent, ne quid, cùm ipse venisset, in mora aut imparatum esset: promouerent segniores quosque, & in Eccleſiã vel campum S. Ioannis deducerent, se eius esse animi, vt ad illos orationem faceret, & in cathalogum referrent omnes, qui vel antè promisissent, vel tunc se Christianos futuros promitterent. Dominicũ hunc diẽ mira quadam auiditate animi omnes operiebamur, spe maxima freti, non ocioſum Dei gratia, neque sine fructu abiturum. Itaq; sic affecti eramus, vt quæuis horæ longissimæ viderentur. Tandẽ venit expectata lux, Pater Prouincialis Fratres ad se summo mane vocat, & iubet, vt per vicos & plateas euntes cæcos, claudos, &c. in vnum compellerent, quotquot denique reperissent, omnibus dicerent ex mandato Prorẽgis, vt se ad baptismum compararent.

250. baptizari cupiunt.

Expressus

Expressus locus est. S. Ioannis, ad quem conuenirent: congregari tamen quidam non potuerunt multis venire nolentibus, plerisque hæsitantibus etiam præ nouitate, ne quid temerè se, suámq; salutem præcipitarent. Vidit illa dies animas plures 400. quę se Christo tradiderũt oppidò quàm libenter. Sequenti Dominica, quę proximè B. Ioannis Baptistæ festum antecedit, cùm Prorex studiosè laborasset, in negociis suis expediẽdis, vt ei vespertinis precibus apud nos interesse liceret, multi eorum, qui superiori Dominica Christiana fidem adhuc aut non receperant, nutantes, aut etiam repudiauerant pœnitentia ducti sponte sua Proregem medio itinere, quo pergendum erat, cingunt, & salutant. Erant autem plus minus 80. viri splendidè ornati, mulieres 500. qui alta voce sublata, iamiam aduentasse clamitant tempus, quo ipsos Christianos fieri oporteat. Præibant via, & voce viri, hos maiori etiam ordine, & acclamatione mulieres sequebantur, quæ res tristitiam Proregis, quòd superiori Dominica non omnes baptismatis sacramento essent abluti, in conduplicatam vertit lætitiam. Interim P. Petrus Dalmeida proximis in locis cùm esset, totus id agebat vt vestes sequente Dominica baptizandis necessarias procuraret: qui quòd arderet desiderio nouos catechumenos videndi, acclamationibus tantæ multitudinis excitus, ilicò prodit. Prorex vbi eum vidit, gauisus est, quòd tam iucũdo spectaculo præsentem haberet: & ad se euocato

Quadrinẽti alij cõuersi.

eius

eius fidei istos commisit. Tradidit quoq; literas regias, quibus eos immunes testabatur, ne tenerentur classi regiæ (vt antè) certos viros suis stipendiis alere. Illo ipso die P. Antonius de Costa pagum illum visit, ex quo paucis antè diebus 650. ad baptismum venerant, cuius aduentus & nouis Christianis magnæ consolationi fuit, & quarundam mulierum piis admonitionibus effecit, vt 9. mulieres cum infantibus conuerteret, viris earum partim inuitis, partim rem, quæ acciderat, ignorantibus. Accidit alia res, quæ Dei bonitatem summam docet. Pater quendam quæsiturus abierat, qui promiserat se Christianum fore, sed casu alium deduxit, illum eundem esse arbitratus: qui etsi animo nondum procliui esset ad fidem, tamen vbi se domi nostræ esse vidit, Christianum se fieri facilè passus est. Iterum exit, vt suum adduceret: sed rursum alter occurrit, qui & ipse baptizandus adducitur: prodiit tertiò, quartò, imò quintò, atque idem accidit. Ille ob quem primò egressus, & cui omnis opera destinata erat, sera nocte veniens, conqueri cœpit se insalutatum relictum, neque pro se ventum esse: cæteris deinde sese adiungẽs, & admirationi fuit, & eodem baptismate abluitur. Die Lunæ subsequente, qui B. Ioannis Bap. natiuitate celebris est, cùm Prorex P. Patriarcha, Pater Melchior Carnerus, & Pater Prouincialis, aliíque Patres, ac Fratres ad baptismum se conferunt: Duo Brachmanes Christiani obuiam facti quendam de popula-

ribus

ribus suis mercatorem ad baptismа ducebāt, virum strenuum, et diuitem, holoserica veste & torque aureo è collo dependente conspicuū, & hoc splēdore, ad baptismū quod iam diu expetiuerat venit, cū ducētis 50. Ganzaris qui quod nobilitate & opib⁹ excellerēt, vestibus cultoribus indigebant, quarum tam breui temporis spatio copiam habere facilè non esset. Ad alios Pater Petrus Dalmeida Elephātem misit vestibus onustum. Ipse autem Goæ remanens, aliis vestiendis operam dabat, trecentósque numero floribus & coronis capitibus impositis lætos & alacres, vt se reliquis adiungerent, in Ecclesiam D. Ioannis deducendos curauit, quo incredibilis hominum multitudo confluxit: & quamuis in baptizando ad noctem vsque laboratum sit, nō tamen plures quingentis septuaginta quatuor abluti sunt, reliquis in proximum baptisma reiectis. Tanta est modò in conuertēdis hominibus facilitas, vt aliud relictum nihil videatur, quàm vt per vias reperti in Collegium deducantur. Quod multò antè diabolum præuidisse certum est, perditurum scilicet se animas quas in insula plurimas possidebat, & à quibus tanta reuerentia colebatur. Nam vt Ganzari isti planè homines sincera fide, si qui alij, referunt iam dudum idolum suum in hæc verba prorupisse: Hic Dius, quem beatum Ioannem nuncupatis, in meo templo nunc habitans, vbi prius ipse colebar, maior me est, mihi nihilominus affinitate coniunctissimus: cui vt breui cedam ne-

Elephas vestibus baptizandorum onustus.

574. baptizati.

Compellit Dominus facilitate magna intrare.

Dæmonis de d. Ioanne testimonium non sine mendacio, similiter tēpore primitiuæ Eccles.

cessum

ceſſum eſt,& in continentem commigrandũ erit.

Tertio Cal. Iulij B. Petri & Pauli Apoſtolorum natalitiis 240. baptizauimus. Sexto Non. Iulij, qui dies Viſitationis beatiſsimæ Virginis myſterium recolit, P. Ioſephus Riberius in xenodochio, cui à miſericordia nomen, Brachmanum quendam primatem cũ vxore baptizauit, Prorege non ſolùm præſente, verumetiam ſuſcipiente. Hic dum adhuc in lege, & erroribus ſuis viueret, ægrotis præſto erat, perinde acſi Chriſtianus, & è noſtris aliquis extitiſſet. Vbi fidem & baptiſmũ accepit, affirmabat duas præcipuè cauſas habuiſſe ſe, quamobrem è noſtris eſſe cuperet. Imprimis quòd tanto amore, ac diligentia charitatis officia Chriſtianos exequi videret: alterum erat quòd cùm incideret in lectionẽ noſtrorum authorum, & religionis noſtræ puritatem, & ſuæ legis tenebras, ac falſitates quantæ eſſent, velut collatis ex contrario rebus aduerteret.

ſæ ſæpe ei uenit, vt in præfatione videre eſt.

Bap. 240.

Chriſtianæ legis puritas ethnicis perſpicua.

Idibus Iulij aliud baptiſma inſtitutum eſt quadringentorum hominum.

Die quadam Ethnicorum vnus cum filiis ad baptiſmum veniens, grande onus geſtabat veſtimentorum. Cæremoniis autem in longum tempus excurrentibus, circumferẽs oculos, cùm hinc nobiles, inde Proregẽ cum Patre Patriarcha iuxta fontem baptiſmatis ſedentes, ac tertiam templi partem catechumenis baptizadis aſsignatam cerneret, arbitratus non ſe in tutiore loco veſtes collocare poſſe,

Bap. 400

posse, quàm si illas Proregi committeret. Ipsum adit, rogans, vt vestes diligenter dum baptizatur, seruet, cum dicto ad pedes eius sarcinam deponit, quod cum libenter hilarique vultu Prorex se facturum recepisset, Lusitanus quidam sarcinam conspicatus, tanquam quæ impedimẽto Domino suo esset, actæ rei ignarus, statim accurrit, ac sarcinam vt auferat, ex eo loco inuadit: sed à Prorege vetitus est, dictitante à catechumenorum quodam se rogatum, vt curam eius haberet: quę verba circumfusam plebem, & recreârunt plurimum, & raram in illo benignitatem, ac singularem in Christianos beneuolentiam apertè declarârunt.

Proregis humanitas.

Fœliciſsimè ſucceedentibus ad eum modũ omnibus rebus, vir quidam illuſtris, Societatis & ſalutis animarum ſtudioſiſsimus tertio ab hoc baptiſmatis die in collegium venit, renuncians plurimos ſe in prędio quodam ethnicos habere, ad fidem amplectendam beně paratos, tantum opus eſſe nonnullis Patribus, qui ſe in tanta colligenda meſſe iuuarent. Impetrat non difficulter. Circa veſperum ducentos homines lætos, & palmarum ramuſculis, ac frondibus luxuriantes in collegium adeſſe videmus, eos alij mox plures ſubſequuti ſunt. Omnium numerus, adiunctis illis qui domibus cuſtodiendis relicti erant, trecentos quadraginta continebat.

340. bap.

Conſequenti die vnus è noſtris in oppido vbi templum matris Dei nomine conſecratum viſitur, doctrinam Chriſtianam pręlege-

re solitus, Præfectum eiusdem loci, quem illi sua lingua Tanadar appellant, admonuit, vt amore B. virginis Maria cum Ethnicis ita ageret, si posset, vt cultu idolorum repudiato, omnes fidem nostram complecterentur. Ille se facturum spopondit, & ethnicis illius oppidi euocatis, ipse viros, vxor domi suæ mulieres, lætitia singulari excipiebant. Cęterùm Deo Domino nostro placuit tantum illis gratiæ largiri, nullus vt esset, qui non Christianus fieret. Hoc primum oppidorum fuit, quod fidẽ Christianã in vniuersum suscepit, cuius sanè beneficij primas laudes, & gratias virgini Mariæ deberi secũdum Christum, nemo inficias iuerit: quæ quòd in proximo ciuitatis templum habeat sibi dedicatum, non dubium, quin hoc à filio suo impetrârit. Prorex omni illa hebdomade laborauit, quantũ potuit, maximam partem eorum quibus reipub. gubernacula commissa erãt ad fidẽ pertrahere, vt haberet quorũ honorifica, & multiplici frequentia solenne aliquod baptisma in Ecclesia B. Thomæ quam Goæ magnificẽtissimè extruxit, institueret. Collegit igitur inter eos 100. pręcipuos cives, & ad Collegiũ misit Dñica prima sequente, quæ baptismati eorũ assignata erat, cùm tãta esset hominum multitudo, vt in Collegio nostro cõmodè baptizari non possent. Prorex simul omnes in Ecclesiam D. Thomæ, & campum vicinum traduxit. Hora à meridie secunda alius Pręfectus oppidi Matris Dei cum suis catechumenis, hoc quo dicam ordine Collegium

Tanadar quid.

Integra ciuitas christianũ dogma amplectitur.

Prorex diligẽtia i colligẽdis cętũ prę cipuis ciuium.

Alia ceteris Mariopolitanis triumphãs Christũ ambis.

versus

versus iter facit. Catechumenorum vnus præ reliquis splendidè ornatus regium vexillum ex florulento serico intextum auro varij co-loris, edita manu portabat, circum hunc vn-dique tubæ, & tympana resonabant, hinc cir-cumfusi pueri ibãt: sic vt in geminam aciem distributi viderentur, cærulei, & rubei colo-ris sagulis ornati, cereis accensis vexillũ pro-ximè sequebantur: post hos reliquum vul-gus. Vltimus locus habebat confectæ ætatis homines, & præ cæteris illustres vndulato serico, & cultu non minus splendido, quàm vario induros, & plurimos ex his torquibus aureis, argenteísq; armillis insignes. Mulieres extremum agmen claudebant, pueros in si-nibus amplexæ: erant cum eis puellæ mulie-bri cultu monilibus, annulis, ac zonis, alióq; ornatu, arte & precio spectabiles. Tota autẽ caterua coronas virides in capite, in manibus candelas præferentes, mirã tam iucundo spe-ctaculo voluptatẽ, pietatémq; in hominum animis excitârunt. Vbi ad fores Collegij vẽ-tum est, quòd Prorex commodum inde ad-sancti Thomæ iam discesserat: illuc vniuer-sam multitudinem, eo qui iam dictus est mo-do, deduci iubemus. Vix horæ spatium inter-cessit, ecce noua nostro è Collegio catechu-menorum phalanx probè instructa, Christia-norum vexillo præeunte, tubísq; clangenti-bus egreditur. Hi numero quadringenti om-nes erant, quibus sex elephantes antegressi iter venientibus aperiebant. Postmodũ An-scimensibus coniunctis, & aliis quos Prorex

Alia phalanx catechumenorum.

Sex elephãtes baptizãdos præcedunt.

eò de-

eò deduxerat, omnis illa coacta manus in duas classes ordine distributa, per amplissimũ illum campum qui ad D. Thomæ est, vigentem & grato suo virore amœnum (eò quòd hybernum tempus, & serena admodum cœli facies esset) & ad tale quippiam idoneum, se diffundit. Cæremoniæ mox fieri cœptę sunt, tubæ, tympana, aliáque id generis instrumenta lætitiæ signis æditis consequuntur. Collegij nostri pueri hymnos & psalmos addunt, & modulatè canunt, nobiles nunc currere, nunc sistere, nunc in gyrum circum agere equos, tormenta plurima Proregis iussu soluta, immensum mugitum edere, tanta omnium lætitia, & exultatione bonorum, quanta in cõuersione tam numerosæ turbæ teterrimorum dæmonum tristitia esse debuit. Opere perfecto, tædis ardentibus domum omnes redeunt, pueris nostris psalmos in honorẽ Sanctissimæ Trinitatis decantantibus, quòd tanta istos dignata fuerat misericordia. Fuit eorum qui baptizati sunt, numerus septingentorum quinquaginta duorum, præter ducentos, qui etsi idem vehementer optarent, tamen quòd vestes in promptu non essent, baptizari eo tempore non potuerunt: interposita tridui mora, sacris vndis abluti sunt.

Hyemem mirror & admæniti.

952. Baptizati.

Die lunæ subsequenti, qui B. Magdalenæ sacer erat, Pater Antonius de Costa in templo nostro quadraginta pueros parentibus orbatos penè omnes baptizauit. Quinto Calendas Augusti Dominica die in Collegio nostro magna põpa, & apparatu baptisma aliud sep-

Baptismus 40. puerorum.

Baptismi 705.

tingentorum & quinq; institutum,& nõnullos in Ecclesia, alios in Collegij septis baptizauimus Prorege in medio ipsorum constituto,& vniuersos ad agendas Deo, ob acceptum beneficium gratias,excitante.

Sex antè septémue diebus Societatis Patres, maximi momenti rem apud Proregem tractârunt, de duabus insulis è regione huius adiacentibus ad fidem inducendis. Harum altera Dinar,altera Ciora nomen habet. Non exigua huic perficiendæ rei sese difficultas offerebat,quòd scilicet harum insularum incolæ Brachmanes vt plurimum essent,non tam opibus,& mercibus opulenti,quàm cæremoniarum suarum obseruatores seueriſsimi: hi populo persuadebant id vnum ferè semper, ne paterentur venerationem, aut idolorum cultum sibi per nostros vel eripi,vel auferri. Contra hunc obicem tria potiſsimum valebant,quæ neque exiguæ spei erant,neque fructus: primum quòd iam penè sibi persuasiſsent,quandoquidem tam multi in insula Goensi Christiani fierent,non debere se plus illis sapere,quod occultè etiam aliquibus iam significauerant. Aiebant præterea se non ignorare tempus agnoscendi Deum adueniſse:nõ æquum tamen esse sua sponte paciſci cum nostris,vt se ipsi ad fidem Christianam vltrò offerant,quod ea res ignominiæ sibi notã apud affines in continente habitantium inureret sempiternam:alterum erat non minus opportunum:paucis antè diebus Brachmanes Insulæ Dinaræ cùm viderent sibi omnes cæremo-

Dinar insula.

Ciora insula.

nias

nias & pompas in insula prohiberi, per edictũ Proregis (hæ namque insulæ Lusitanis subditæ sunt) oppidi cuiusdam primarij viri nocte quadam, ne quid Goenses reciscerent, 20. pueros nauigio impositos, dona ferentes ad continentem deduci fecerant, vt insulanorũ omnium nomine festiuitati cuiusdam idoli Ganisso dicti, interessent: nam hos ludos semel quotannis exercent. Sed operæprecium hîc videtur, antequam in cœpta narratione progrediar, vt quisnam hic Deus Ganisso sit, quem tanta veneratione gentiles æstimant, paucis perstringam, quò vel hinc istorum cęcitas, & ignorantia quàm detestanda, & deplorãda sit, intelligi possit. Posteritati tradiderunt vetustissimi illorum vates, primis illis hominibus Adamo & Eua matrimonio copulatis, antequam liberos procrearent, aut alius quispiam in mundo existeret, casu quodam accidisse, vt Adamo domum exire necesse esset. Eua interim nescio quibus occupationibus detenta, in quibus expediendis ad sudorem vsque laborabat, quæ mox sudore madens, abstergere tam à capite, quàm à brachiis eum cepit, ex quo ad manus defluente de repentè ridiculum quiddam, sed vt illi putant diuinum, ac pręclarum opus euenit: nam ex sudore perfectæ staturę vir natus est. Adamus domum reuersus, & cum vxore virum alium conspicatus, quem antea nec viderat, nec nouerat, ira percitus, arrepto ense hominem obtruncat: mirata Eua tum furorẽ, tum Adami temeritatem, facti illũ arguere cœpit,

Idolũ Ganissus.

Fabulæ ridiculæ erantiũ gentium.

Brachmanes norũt Adam & Euam.

Adamus filium vxoris obtrũcat.

quòd manuum ſuarum ſudore procreatus eſſet. Adamus autem interempti filij iacturam ſarcire volẽs, cùm caput iam vita deſtitutum aſpiceret, feſtinans abiit, beſtiam quæſiturus, cuius caput abſciſſum trunco filij Euæ applicaret: mox elephante occurrente, quod ſtatuerat facit: præſcindit caput, & trunco connectens effecit, vt rediret ad vitam, atque in eum modum Elephantinum caput cum longa proboſcide puer habuit quoad vixit, & nomen accepit Ganiſſo, quem etiam ita formãt, & iam Brachmanes venerantur. Inter quos plurimi ex eius nomine vocantur. Iam verò vt ad id vnde digreſsi ſumus, redeamus: pueris magnò ſilentio nauigantibus, ne fortè prætereuntes quis audiret. Præfectum tamen Luſitanorum latere non potuerunt: qui licet bonam pecuniæ ſummam ab iis, ſi dimitteret immunes, accipere poſſet, noluit tamen officio ſuo hac in parte deeſſe, ſed ad Proregem deduxit: quos ille vinciri præcepit. Pueri ipſi poſt dies aliquot, vt debitam pœnam effugere valerent, Proregi renunciant, velle ſe Chriſtianos fieri, atque petere, in noſtrum Collegium, vt ad neceſſaria perdiſcenda mittãtur, quod ille libentiſsimo animo fecit. Ea res vbi primùm à parentibus eorum in inſula Dinara audita eſt, facilè ſuſpicati ſunt, quod erat futurum, vt ſe ad noſtras leges darent. Tertium ac præcipuum fuit, ex quo liquidò conſtare poteſt, horum conuerſionem ad magnam Dei gloriam ſuauiter horum ſalutem operantis ſpectare. Nam cùm

Brachmanes quidam ex hac insula apud nos fuissent, rogassentque Patrem, vt pro vxoribus suis aliquos mitterent, quæ se Christianas profiteri velle dicebant. Ablegauit eò Pater Prouincialis Fratrem Dominicum Fernandes, & alios Christianos, vt has ad nos deducant. In Insulam ingressi primates quosdam Brachmanes obuios habuerunt, eorũ puerorum qui ad nos deducti erant parentes, & affines: hi facilè præ se ferebant non alienos esse se à Christo, nam quorsum (aiebant) ista tanta dilatio? istos è nostris hodie Christianos facitis, cras alios, res procrastinatur in infinitum, qua velut continua, & longa quadam molestia affligimur: diem constitutum eligant Patres Societatis Iesu, quo simul omnes deducamur, ne vnus ab altero pudore suffusus hæreat: sic fiet vt vestro omnium desyderio, quo tenemini vniuersę gentis conuertendę abundè satisfiat, nam propemodum iam nobis persuadetis, vt legem, & fidem vestram suscipiamus. Frater ille noster tam lætum nuncium audiens, tanto ardore ferebatur ad nos hæc renunciandi, nulli vt ei aut remi, aut vẽti sufficerent, nos ilicò diuinæ maiestati hoc tantum negocium commendamus, multáque sacrificia missarum peragimus, & preces plures fundimus. Die veneris 2. Cal. Augusti, qui P. nostri M. Ignatij obitum proximè præcessit: ante lucem hinc egrediuntur P. Antonius Costanus, P. Melchior Ficheredo, & vnà cum illis 6. Fratres: Patres in sacello B. Virginis è regione Insulæ Dinaræ celebrant, &

Miranda Brachmanum ad fidem facilitas.

Prid. Cal. Augus. moritur P. Ignatius Societ. author.

quam possunt ardentissimè B. Virginem omnes deprecantur, vt Insulæ opem ferre velit, in qua oppidum iam totum filio suo nomen dedisset. Per Insulam mox discurritur passim à nostris, quæ eo loco honoris apud Brachmanes, & dignitatis esse, quo apud nos terra sancta solet. Vniuersa idolis dicata est, quorũ plurima etiam ante Lusitanorum aduentum, delubra fuerunt. Denique Ethnicorum Dinar instar Romæ erat, ad quam è variis mundi huiusce partibus peregrinationis ergò cõfluebant, arbitrantes eos, qui ad istam insulam veniissent, delictorum omnium expiationem promereri. In comitatu nostrorum erat Præfectus castri Danscimini, quem ex composito secum adduxerant, quod in illorum patrio sermone exercitatissimus haberetur, adhæc primatibus amicissimus: tum etiam quòd rationem probè calleret, qua pertrahi facilè possent. Die præcedenti quàm illi hanc prædam inuaderent, P. Franciscus Rhodericus ab altera parte cum aliis 6. Fratribus in Cioram profectus erat? quam ob rem in maxima expectatione ciues Goenses versabantur ob cœptum negotium, quod ad præclarum exitum spectare sperabant. Accidit autem vt eodem ferè momento in hac insula Patres, & Fratres diligenter in hanc rem incumberent, insulam circuibant, & Brachmanorum domos inuisebant, pro se quisque sedulò hortatus omnes, iam horam venisse scilicet, iam adesse tempus acceptabile, dies salutis à diuina prouidentia ad illorum conuersio-

Gentilium terra sancta.

Dinar.

Peregrinationes.

Venia peccatorũ apud Gentiles.

uersionem præfinitos: quamobrem nõ diu⸗ tius illis procraſtinandum, neque moras fa⸗ ciendas, præſertim cùm videant ſe à Fratri⸗ bus tam ſtudiosè quæri. Infinita Dei bonita⸗ te factum eſſe credo, quę tam benigniter ope⸗ rata eſt, effuſa benedictione dulcedinis ſuę, vt ea dies innumerabilem penè hominum mul⸗ titudinem ab idolorum inſano cultu auerte⸗ ret, & ad agnitionẽ ſui permoueret, tãta facili⸗ tate, vt nulla alia re opus eſſe videretur, quã ipſos conuocare, & ad collegium noſtrum ducere. Nec arbitreris velim leuis conditio⸗ nis eſſe homines Brachmanes iſtos, ſed acer⸗ rimo ſunt ingenio, nec Luſitani ſermonis ignari, honoris auidiſsimi, formoſi, albi, cor⸗ pore bene conſtituto, aliis deniq; bonis, & donis laude digniſsimis affluentes, quæ ne prolixior ſim, ſilentio prætermitto.

Innume⸗ rabilis tur⸗ ba conuer⸗ titur.

Cùm Frater quidam Ludouicus Bendanius domum Brachmani principis viri intrare cu⸗ peret, & fores pulſaret: quòd peſſulo obdito clauſam domum animaduerteret, ad feneſtrã alter prodit, rogat quis eſſet, & quamobrem veniſſet: ille verò reſpondit, ex Collegio ſo⸗ cietatis ſe miſſum eſſe illius conuerſionis gra⸗ tia: Tũ alter: Ieſus Chriſtus, inquit, ingredia⸗ tur, & diabolus in rem malam diſcedat: Ete⸗ nim Dei manus cùm effugere queat nemo, cúmq; idem verè ſolúſq; bonus ſit, etiam im⸗ pietati nuncio remiſſo, bonum ſe Chriſti fa⸗ mulum eſſe velle dixit. In vtraque Inſula templum erat in honorem Beatæ Virginis dicatum, huc præceptum eſt omnibus: vt ſe

Brachma⸗ ni nobilis verba no⸗ tatu nõ im⸗ digniſsi⸗ ma.

colligerent viri, mulieres, atque omne promiſcuum vulgus, tum vt eorum nomina in catalogum Fratres referrent, tum vt de numero eorum conſtare poſſet, & ad baptiſma neceſſariæ veſtes haberi, nominibus omniũ ſcriptis. Capillos ilicò Brachmanes ſibi præſcindunt, quorum à pueritia præcipuam curam gerunt: cæremonias patrias proculcant, funiculos triplices, quos magna cum ſuperſtitione de collo dependentes gerunt, confractos abiiciunt, & è Fratrum manibus, quod illis ſua lege ſacrilegium eſt, cibum capiunt libenter. His peractis, domum quiſque ſuam reuerſus eſt, diem baptiſmatis expectaturus. Hoc Goam perlato nuncio vtramque ſcilicet Inſulã Chriſti iugo colla ſubmiſiſſe, quod auidiſsimo animo expectabatur, credo facilè coniecturam capere poteſtis chariſsimi, quã fuerit totius Collegij in Domino exultatio, quantum quoq; gaudium. Vehementer Prorex certè exhilaratus eſt, ſupra quàm dici poſſit, ad quem vt magna huius negotij pars ſpectabat, ita cùm primùm P. Franciſcum Rhodericum ex Ciora, quò profectus erat, reuerſum intellexit, loquutum ad ſe euocat, & per eundem Patri Prouinciali nunciari mãdat, vt magnam ſerici panni copiam compararet, vt coloris, ita aſpectus, ac precij diuerſi ad Brachmanes veſtiendos. Tanta autem erat in his conficiendis feſtinatio, vt 2. Fratres neceſſe haberent in aula quadam cũ 100. ſartoribus die, noctúque permanere, vt interim omittam, quod multi ſibi veſtes propriis in

Superſtitionum cõtemptus.

Quæ inſulæ conuerſuntur.

100. ſartores veſtes conficiũt baptizandis.

domibus

domibus confecerunt. Priusquam Brachmanes baptizarẽtur, ipsi primarij Goam ad Proregem salutandum venerũt, quos ille magna alacritate excepit, tantísque officiis prosecutus est, ac beneficiis deuinxit, vt illorum etiam expectationem superârit. Digressi ab eo in Collegium ad Patres salutandos rectà tendunt, P. Prouinciali se totos offerunt, & filios, familiámque omnem tanquam alumnos Collegij in nostrorum manus consecrant, eos tanquàm nouos hospites quàm maxima potuimus charitate, lætitiáque excepimus.

Brachmanum erga Prouincialem notãda beneuolentia.

Post quintum diem Pater Prouincialis ad illos visendos profectus, antequàm ad Dinaram appulisset, 400. illi obuiam exierunt, qui videndi eius auidissimi cùm essent, neque eum noscere præ cõfusa multitudine possent, factum est eo volente, vt in 2. ordines distincti, qua in Ecclesiam Beatę Virginis in vertice montis positæ via ducit, bini accederent, & magna alacritate ipsum complecterentur, hac omnes ratione in Ecclesiam vsque illum comitati sunt. Post fusas preces sedere omnibus iussis, illorum vnus exurgit, qui vt erat Lusitani idiomatis prę cęteris callentissimus, omnium nomine verba facere cœpit, quibus & Deo Domino nostro ob acceptum beneficium gratias in primis agebat, & apud Patrẽ Prouincialem magnis precibus instabat, ne filios suos desereret, sed aliquos de Societate sibi concederet, qui ipsos in fide Christiana promouerent: quod genus beneficij cùm pluribus aliis indulsisset, non iniquè petere

Solicitudo parentum Ethnicorũ prosilijs.

nunc

nunc sibi concedi. Quorum sententiam vbi intellexit Pater, plurimum in Domino lætatus, non solùm benignè operam nostrorum pollicitus est, verùm etiam habuit ad illos oratione m. Post hos surgit senex quidam de Brachmanum genere, qui iã 30. annis vel 40. B. Virgini illo in templo sedulò Ethnicus seruiebat, festis diebus templũ ornabat, & pauimentũ purgabat, hic Patrẽ rogare cœpit ob Dei amorem, ne sibi illius templi cura auferretur, quòd illi multò diligentius seruire statuisset Christi sacris imbutus, quàm antea fecerat nunquam. Potissima via nobis à Deo monstrata Christianismi augendi illa videtur esse, de qua paulò antè mentionem feci m⁹: vt Fratres vicina oppida Dominicis diebus circueant, & doctrinam Christianam oppidanos doceant. Quamobrem cùm 7. Cal. Iulij Frater noster Martinus de Sylua cum alio quodam Fratre Battorum oppidum sibi cõmissum visitaret, in qua templum est Beatæ Virginis de Guadalupa, Dei infinita bonitate, ac misericordia factum est, vt primatibus illius loci sanctam fidem persuaderet, quos faciles adeo inuenit, quòd omnibus optimatibus illius loci ad fidem pertractis, & circa vesperum quadraginta comitatus, qui præcipuæ dignitatis erant, ac omnium nomine missi ad Proregem, Episcopum, ac Patres adirent, fidem, baptismúmque peterent: accidit post hæc eo die, qui Insularum conuersionem proximè secutus est, in ciuitatibus, & vicinis oppidis famã percrebuisse Brach-

Gẽtilis tẽplo Christianorum studiosè præest.

Gentiles conuertẽdi ratio.

4o. Battẽses primates fidem suscipiũt.

manes

manes(quibus Ethnici plurimum tribuebãt) ad fidem Christi conuersos esse: quibus rumoribus exciti Goæ veteris homines (quod oppidum in promontorio huius insulæ positum est)cùm iam ad fidem alioqui proclives essent, multò omnium maximè auidi facti sunt: venit ergo vir quidam nobilis hæc nobis nuncians,obnixè Patrem Prouincialẽ rogat,qui illuc è nostris mitterentur. Pater Emanuel cum Fratre Tesceira veniunt in oppidum,Ganzaros,& alios primates adeunt, causam exprimunt sui aduentus,vt intelligerent se certiores fieri, quánam die baptizari vellent:quamobrem in catalogum illos referendos,optimũmq; futurum, vt ad Proregem venirent,& eum de sua conuersione certiorem facerent:quod negotium sic Dominus expeditum reddidit,vt ad eos omnes excitandos, & iussa perficienda desiderari nihil videretur.Quo die P.Emanuel Goam veterem sese contulit, ecce ad Patrẽ Prouincialem à Ganzaris duorum præcipuorum oppidorum istius insulæ Goensis(alterum Naora magna,alterum Naora parua dicitur)noua legatio venit, quæ & ciuium in Christianam fidem animum declarabat, & ad sequendam paratissimos esse diceret:insuper se ad Proregem venire,optare etiam non mediocriter à Patribus Goam deduci.Igitur nostrum Collegium cùm vacuum esset Fratribus, quòd alij Goam veterem,alij in Insulas prçmemoratas, permulti ad B. Virginem de Guadalupa profecti essent:alij in parandis vestibus occu-

Goa vetus fidei lumine illustratur.

Aliæ ciuitates conuertũtur. Naora ciuitas.

occuparentur:neceſſe fuit P. Ioſephum Riberium Collegij miniſtrum, licet occupatiſſimum,eò proficiſci. Ille ſequenti die redit, prima nempe Auguſti,& 70. ex primatibus adducit,palmis,& frondibus inſigniter ornatos,tubis clangentibus,& aliis muſicis inſtrumentis:qui cùm iam Collegio proximi immmerent,iuerunt obuij qui reliqui erant ex noſtris excipiunt & complectuntur,atq; maxima lætitia,quã ex illorum cõuerſione cœperant,ſigna oſtendunt.Poſtmodum indę ad regium palatiũ deducti ſunt,ex quorũ aſpectu Prorex incredibiliter recreatus, cùm aliquanto tempore eorum præcipuos humanè, & familiariter tractaſſet,omnes domum noſtram miſit.Hac illa ipſa die fabrorum, & latomorum per totam Inſulam præfecti,cum ſuis omnibus numero nimirum 150. vno baptiſmate abluti ſunt,quos Frater noſter Antonius Diaz,qui fabris in hoc collegio præeſt bona ex parte ad fidem piis adhortationibus allexit.Baptiſmati interfuerũt P. Patriarcha, Epiſcopus Malaccenſis,Prorex qui nũquam non ferè adeſt, ac nobiles, aulicique præterea plurimi.Poſt triduum pridie Non. Auguſti die Dominico matutino tempore Germanũ Theodoſij de Bragãſa inſulæ facile primũ baptizauimus: veniebat hic 8.aut 10. equitibus ſtipatus:vxor Rheda vehebatur, cui duæ nobiles Luſitanę aderant,ad officium cõiunctę: tres filij Patrem ſequebantur (vt Principum aſpectus,& mos erat)ſcutulatis veſtibus ornati.Prorex apud nos miſſæ ſacrificio interfuit,

Faber alios ſuæ artis non in ſapientiæ verbi convertit.

Baptizati 150.

Fabri 15.

Bapt.

Brachmanum caput Baptizatur.

fuit,& etiã de sacro baptismatis fonte susce-
pit. Prodeuntem à baptismate magna cater-
ua Lusitanorum nobilium domum vsque
suam honorificè comitata est. Cùm adhuc in
gentiliciis etroribus iaceret, domi suæ peda-
gogum ad manum alebat, qui filios prima
elementa literarum, & Arithmeticam doce-
ret. Vsu venit ob tam multiplicem numerũ
summi, infimiq; ordinis hominũ tam in In-
sulis, quàm in ipsa Goa ad fidem accedentiũ,
vt quoniam baptismati sufficere vix licebat,
philosophiæ, & humaniores literæ ad tẽpus
intermitterentur, omnibus in collegio occu-
patis, vel in docenda fide, vel in præparandis
its, quæ baptismati necessaria putabantur.
Datus enim fuerat campus in exercenda cha
ritate vt amplissimus, ita de proximis bene
merendi perquàm idoneus.

Studia lite rarum ins terrũpũt baptizãdi

P. Antonio de Costa in Dinaram tenden-
ti Brachmanes spontè occurrebant, nullum
non officij, & obsequij genus exhibentes. Ho
rum vxores honestæ matronæ sunt, & à na-
tura miram quandam modestiam insitã pos-
sident, quam auget educatio, & mos patriæ,
maritis sic per omnia obtemperant, acsi vi-
lissima mancipia non consortes thalami es-
sent. In more positum habent, dum Ethnicè
viuunt, priori marito mortuo, quantumuis
iuuenculæ sint, alteri non nubere, imò) priu-
quam edicto Regio vetitum esset)vnà cum
maritorum cadaueribus sese concremandas
tradere: modò verò nec colore candido ve-
stiuntur, & caput perpetuò radunt.

Mulierum erga maritos obsequium.

Viduæ manent more tuo marito.

Cremãt se se viduæ cũ maritis cadaueribus

Bracha

Brachmanum filij acutiſsimo ſunt ingenio, colore albo, & formoſi: vbi Chriſtiani facti fuerint, nobiſcum familiariter verſantur, rationem noſtrę fidei citiſsimè addiſcunt. Pater in inſulam interiorem ingreſſus cum reliquis noſtris, vbi ſingula diligenter inquirũt, in ſenem incidit centenario maiorem, cum vxore & liberis familiam agentem, rogat hunc num Chriſtianus eſſe vellet, ad quẽ mox hilari vultu, velle ſe reſpõdit. In campũ igitur cum omni coetu ſuorũ tranſuectus, & aliis Catechumenis adiunctus Chriſto nomen dedit. Hunc Pater allocutus, cùm fortè diceret ob receptum baptiſma & meritũ crucis filij Dei futurum, vt poſt mortem multò nobiliorem vitam, quàm quiuis terrenorũ principum ageret, quippe qui in paradiſo æternam gloriam conſequuturus eſſet: ita exhilaratus ea pollicitatione fuit, vt tremulis manibus ſublatis in cœlum, inclamaret proprio idiomate. Tu ſcis Domine Deus ob tuum tantum honorem me Chriſtianum fieri.

Centenarius fidẽ ſuſcipit.

Notãdum Chriſtiani fides.

Sexto Id. Aug. licet variis occupationibus detineremur, conſtituerum nihilominus eſt, in Inſula Cioram baptiſma celebrari. Adfuerunt ei P. Patriarcha, P. Prouincialis, & Prorex à prandio cum aulicis venit, præcipuos quoſque in baptiſmate ſuſcepit, quos etiam pro ſuo perpetuo more gaudens, & alacri animo deducebat ad fontem. Multos illo die baptizauimus: qui ſupererant, in ſequentem diem reſeruati ſunt, quos cum aliis qui per catecheſin ſatis erant parati, baptiſmatis ſacramento

cramento illustrauimus. Numerus omnium ex sola Insula Cioramo renatorum fuit. 1207. iam maior pars eius Christiana est. 1207. baptizati in Ciora.

Septimo die in Insula Dinara non tam propter festiuitatem Assumptionis, quòd eo die fuit, quàm quòd in eius honorem prima domus in Insula ab Alphonso Alburchecho Indiæ inuentore hîc exædificata esset, baptis. Alfonsus Alburche. Indiæ inuentor. ma solenne satis institutum est. Templum ipsum interius multis trophæis, & vexillis eo tempore ornauerunt. Fores & valuæ ramis & tapetibus vestitæ sunt. P. Patriarcha cum reliquis nostris ex Cioramo reuersus, circa vesperum huc venit: Prorex adfuit paulò pòst etiam cum suis, nonnullis aduectis machinis, tormentisque bellicis, quæ exonerarent in pompa, & priusquam baptizarentur, orationem ad illos insignem habuit, quę omnes tum quòd summã in illo lætitiam significaret ob illorum salutem, tum quòd non tam verbis, quàm re ipsa omne humanitatis, & auxilij genus se declaraturũ reciperet: magnoperè certè catechumenos illos cùm Principis tantã clemẽtiam cernerent, recreauit. Sub finem quærebat Prorex, num aliquis eorum esset, qui aut non libenter baptismũ susciperet, aut fortassis adhuc ambiguus nihil apud se rectum de perseuerantia haberet: nam se ea esse voluntate, vt liberè discedendi potestatem huiusmodi facturus sit. Cui seniores, & Insulæ primates responderunt, libenter se Christianos fieri, ac Deum nostrũ esse, qui idololatriæ caligine depulsa, fidei lumen

Sua sponte plane ad fidem veniunt.

men obtuliſſet: ſéque non ignorare Dominum Proregem ſecundum Deum ſibi patris loco futurum. Quod vt amplius, & vberius omnibus, qui tum aderant, cõſtaret ſummaque voluntate eorum fieri, & ſcrupulus nullus ſupereſſet ſuſpicãdi: quémque ſigillatim interrogari voluit, num cum ſuo animo baptizaretur: vno omnes ore acclamârunt: libentiſsimè, neque ſe negaturos, quod antè ſpopondiſſent, neque exigui momenti æſtimaturos id, in quo ſalus cuiuſq; tota verſatur. Quamobrem omnium aperta voluntate, tandem baptizare cœpimus tormentis emiſsis, clangentibus tubis, & id genus muſicis inſtrumentis longè ac latè perſonãtibus. 1505. eo die in inſula Dinara baptizauimus. 80. pueros excipio, in continentem à parentibus miſſos, qui reuocati, & baptiſmi ſacramento initiati ſunt. Octauo Cal. Sept. qui B. Ludouico Gallorum Regi conſecratus erat, curauit P. Prouincialis baptizari totum Battorum oppidum, quod quia longè à Goa poſitum, & B. Virginis de Guadalupa remplum habet, ibidem baptiſma celebratum eſt, ne ſi catechumeni, quorum maxima copia nunciabatur, eſſent Goam deducendi, à quotidianis operibus diſtraherentur. Sed obiecro vos pridie baptiſmatis ad veſperum quid euenerit audite, vt qua alacritate ij Chriſtianam fidem ſuſceperint, cognoſcatis. Martinus Syluius Frater noſter principem oppidi virum Oſondocomotimus nomine, forrè allocutus erat, vt populum in ordinem cogeret, neceſſe enim

1585. Dinarenſes abluũtur.

Battorum oppidũ baptizatur.

Oſondocomotimus.

enim esse, vt cras mane sub auroram in prõptu, & ad manum sint, ne imparati ad Prorege aduentum inueniantur, quoniam nox hæc (addebat) somnum minimè desiderat. Ille se facturum omnia prolixè promisit, quod illi facile fuit, baptismatis desiderio tantum non ardentibus. Ecce nocte media Osondo comotinus 200. comitatus viris, mulieribus & puellis sibi consanguinitate iunctis, ad nos venit, omnibus probè, ac splendidè indutus, mulieribus etiam gemmis, auróque fulgentibus, hos præcedebant armati 30. viri, inter quos primus erat dux noster torque aureo, ac micantibus armis insignis: pulsat fores, Patrem euocat, à quo mandatum habebat. Ecce cum meis adsum (inquit) vt præcepisti ad omnia paratus, vt promissioni à me tibi factæ fiat satis: nam nox hæc, vt dicebas, minimè somnum desiderat, propterea nihil habui prius, quàm (ne in officio meo deessem,) hosta quamuis intempesta ad vos excurrere: nostri diligentiam commendantes, ad auroram redire iubent, parent illi: manè Fratres vestire catechumenos cœperunt. Prorex infirma quamuis valetudine, pro suo tamẽ affectu pietatis lectica vectus cum Episcopo Malacensi, P. Prouinciali, & cum pluribus aliis adesse dignatus est. Hoc baptisma, vt ex præcipuis vnum fuit, ita magno gaudio celebratum est.

166. ad baptism. lati veniunt.

Hominum quoddam genus in hoc oppido agit, quos Ciararos sua lingua vocant, hi bellicosissimi sunt, & ingenioli atq; indole quàm

Ciarari bellicosissimi, & ing

Nobiliores Brachmanis Christo nomen dant.

Brachmanes multò meliore, atque acutiore: quorum conuersio, quæ in hoc tempus incidit, magnæ omnibus voluptati fuit, quòd maiori omnibus in precio sunt, & existimatione, hoc etiam nomine, quòd præclaris naturę muneribus ornãtur. Apud hos Patres duo relicti sunt, non tam ad instruendum, conseruandúmque vberius in fide, quàm, vt Goæ veteris, item Naorę vtriusque, aliarúmq; partium homines congregarent, ibidem postmodũ baptizandos mutua omniũ nostrũm cùm illis diligentia erãt qui vt vestes ex hoc collegio mittebant, sic illi circa frequẽs ministeriũ baptismi distinebantur. Quanta verò fuerit multitudo eius loci, vel ex eo cõstare potest, quòd iã inde ab octauo Cal. Augusti, quo baptizandi negotium cœptum est, vsq; ad quartum Idus Sept. 2220. homines baptizauerint, ne dicam interim quemadmodũ in singulos dies Augusto mense præter iam numeratos, modò 10. modò 20. interdum 40. nonnunquã etiam 50. nomina Christo dederunt, qui quòd cõmunia baptismata expectare non possent, vestibus vt quisq; absolutis primum paratus erat, ita baptismate abluebatur, quamuis & citius deficerent vestes, quàm qui baptismum optarent. Horum autem numerus si iniri posset: his priuatis baptismatib⁹ 266. abluti sunt.

Naora.

2220. baptizantur.

266. abluti.

Pridie decollationis B. Ioannis Bapt. P. Petrus Dalmeida Prouinciali attulit 372. catalogum sibi à duce Passosicci castri oblatũ. Passosiccum autem arx est Lusitanorum, in ea parte posita, qua in continentem iter est: qui omnes

Bellicosorum Passosiccum.

omines ꝙ Naiques essent homines ad bella nati, & strenui, & in prȩsidium illius arcis re- lecti, quos magnoperè Prorex sæpè optaue- rat, vt nostræ fidei mysteriis initiarentur; sperans in bellicis necessitatibus Lusitanis maximo auxilio futuros. *Soſiccorũ conuerſio.*

P. Melchior Figheredus interim ex Balla- sterimo, in quo D. Iacobi templum est reuer- sus, vbi homines Christiana imbueret doctri- na, asserebat Deum Dominum nostrũ Tana- dariam vniuersam ad Christianam fidem ac- cendisse, ac de 140. se compertum habere il- los ad quamuis euocationem ilicò venturos. Illa ipsa nocte istorum cognati, qui degebant in continente, ad patentum catechumeno- rum ianuas in insulam Goensem veniunt, di- centes quòd & Christiani esse, támque ma- gni boni participes fieri cuperent: qui vnum in locum simul congregati diem conuersio- nis festum transegerunt. *Baſaſterinum.* *Tanadaria ad fidẽ accedit.*

Decimo Cal. Sept. classe instructa post Pro- regis discessionem in Iasanapatan, Passosic- censes, & Balastemicenses sacro baptismate abluere decreuit; ne tam sanctarum festiuita- tum consuetudo intercideret. Duo prælongi ordines instituti sunt, ita vt à domo è quæ prodibant in Ecclesiam vsque nihil præter catechumenos videre esset. Huic baptismā- ti Patriarcha interfuit cum Episcopo Ma- laccensi, canonicis, & vniuerso ciuitatis clero; nec Goensis præfectus abfuit, aut ingens no- bilium multitudo. Erant omnes numero, quos tunc baptizauimus 772. Ante id tem-

772. sacro fonte abluũtur. Alij 600. cõuersi.

pus sæpè P. Andreas Vazæus in collegium venerat, etiam atque etiam rogans Ganzarorum præcipui oppidi Carambolini nomine, vt ad se Patres venirent, sexcentos esse affirmans, qui nihil aliud expectabant, quàm sanctum baptisma, nósque per Dei amorem obtestabantur, ne amplius aut rem differre, aut illorũ obliuisci vellemus. Pudebat iam enim illos Ethnico capitis ornamento in conspectum parentum Christianorum venire, verùm quòd hos omnes per nos vestiri necesse haberemus, plurimíque alij Ganzari primates reliqui essent, tam multis necessitatibus vix bene satisfacere licebat. Nam quamuis simul omnes huius Collegij in hoc conuersionis opere non essent non intentissimi, & labores plurimos ferrent: tamen tam frequentibus variisque occupationibus emergentibus nemini nostrum erat tantum otij relictum, vt pro natura satisfacienda satis esset. Vnde sæpè euenire visum est, vt ex omnibus nostris, qui Goæ in numero magno habitant, duo tantum aut 3. vel vt plurimum 4. in cœnaculum conueniant, qui non alia re quàm aduersa valetudine, ne ipsi quoque ad opus egrediantur, plerunque detinentur. Iam verò cùm antea vix per vrbem ambulare licuisset, quin in Turbantes, & Cabaias plurimas incideres: nunc infinita Dei bonitate ob frequentes conuersiones factum est, vt vix alicuius cernendæ potestas superfit: aut si quos adhuc Ethnicos ambulãtes videmus, ita deiecto animo sunt, vt oculos vix attollere

Turbãtes & Cabaię Turcorũ pilea sunt

lere audeant, quanquam maxima pars iam eorum se Christianos futuros promiserint petentes per Lusitanos à Patribus Collegij nostri epistolium sibi dari, quo se catechumenos esse, & ad Patrum voluntatem paratos apud alios affirment.

Gentilem esse ignominiosum est Goę

Postremis literis significauimus vobis, quēadmodum pridie vndecim millium virginū 200. ethnici cum Episcopo Malaccensi, & Goensium præfecto in Collegium nostrum aduenerint, baptismā petituri: & quoniam diem & numerum baptizatorum his literis me scripturum pollicitus sum, non possum non meam fidem liberare. Quinto Cal. Nouemb. die B. Apostolorum Simonis, & Iudę, 2. Fratres egressi sunt, vt in D. Ioannis oppido commorantes ad baptismum adducerent. Antiqui autem Christiani vt amicorum, & cognatorum conuersionē cohonestarent, egregiam, & copiosam multitudinem vexillis, & tympanis præcedentibus regio ad hoc prælato vexillo, quod in extremo erat agmine, in ordinem digesserunt. Catechumeni ramos gestabant omnes rubentibus coronati rosis: hos mulieres cum pueris, & puellis, qui omnes 400. esse poterant, cōsequebantur. Quoniam autem per domum nobilis cuiusdā viri Christiani iter futurum erat, & summi calores solis vrgebant, vir hic ex variis arborum virētibus ramis vmbracula extruxit: allata quoque aderant canistra arūdinibus ex quibus lac carū exprimitur plena, nec nō aqua gelida pro potu, betris, cinambris, aurega, & moli, qui

bap. 400.

harum regionum vsitati sunt fructus. Hoc igitur loco catechumenos expectans sedebat, ita re composita, vt dum hi paululum quiescerent, alij succederent siti, caloribúsque confecti. Demum magna omnium consolatione, qui ad tam iucundum spectaculum confluebant, in Collegium nostrum ventum est: hoc omni tempore nihil aliud aut in viis, aut fenestris, quàm Dei laudes, quódque secundum magnam misericordiam suam fecisset eis, audire licebat. Viri cum pueris in Collegij septis manebant: mulieres, & puellæ in templo. Interfuerunt baptismati Patriarcha, Malaccensis Episcopus, ciuitatis præfectus, nobiles multi, & ciues. Eorum qui baptizati erant numerus 656. fuit præter 58. quos priuatim baptizauimus. Illa ipsa die Fratri cuidam P. Franciscus Rhodericus in mandatis dederat, vt ante templi fores cõstitutus trãseuntes Ethnicos, qua familiaritate posset in templum ad baptisma percipiendum colligeret, quod etiam fecit. Inuenti sunt ex iis viginti quinque, qui haud gráuatim annuerunt. Et ne fortè quis ethnicorũ arbitraretur Prorege abſentia nos in Christianitate augenda fore segniores, die Lunæ antelucano tempore duo Fratres extra domum egressi sunt, & quindecim familias omnes ad fidem iuxta propensas adducunt. Dat negocium præterea nostris Pater Rector, qui ad oppida vicina in dies commeant, vt si quos fidem affectantes Christianam inuenerint, non omittant, quin secum venire faciant: se daturum

Alij 656. bapt.

814. Christo initiati

Quindecim familiæ ad fidem conueniunt.

turum enim operam, vt primo quoque tempore vel in B. Martini, vel D. Lucæ baptizẽtur. Hos duos enim sanctos Indi magna veneratione prosequuntur, tum quòd Indiarũ sint velut Dij tutelares, tum quòd in altero horum festo ciuitas in potestatem venerit Christianorum, quo nomine etiam quotannis solennis supplicatio habetur: hæc res in tantum Fratribus cordi fuit, quam ex Rectore acceperant, vt in tribus oppidis centũ triginta duntaxat iuuenes adhuc imparatos deseliquerint.

Sãcti tutelares Indorum.

30. oppida integre conuersa

Pridie Sancti Sebastiani Pater Franciscus Rhodericus Fratribus iniungit, vt vel ante ortum solis, si possit fieri, huc illuc excurrãt, & conquirant quàm multos possint: expediteè omnes itineri se magna alacritate accingunt, non modò qui Societatis nostræ, sed & Neophyti, quorum tantus ardor, & zelus in augenda fide est, qualem vix in Europæ sanctissimis hominibus reperire licebit. Vnũ exemplum hîc eorum adiungam, ex quo gustum aliquem licebit eorum habere, quæ dicimus. Pridie Beati Sebastiani Christianorum vnus correpta pelui, velut signo sublato ad fidem, & grauiter incusso, oppidum quoddam perambulabat, alta voce clamitãs, vt qui Christianus fieri vellet, in domum Patris Andreæ Vazæi se conferret, eò namque venturos Fratres Collegij Beati Pauli Apostoli, vt ad baptisma homines deducant.

Neophytorũ zelus.

Quatuor alij è nostris in aliud oppidum ea mente profecti, pulcherrimis à dia-

bolo spoliis relatis, velut triumphum agentes domum redeunt, ducentis comitati hominibus, quos variorum instrumentorum concentus præcedebat. Vix dum in Collegium admissi erant, alia ecce via cētum octaginta adducebantur: his quoque receptis, adhuc alij ducenti duobus ducibus præeuntibus nostris occurrunt: paulò pòst alij duo, centum viginti iuuenes adducunt, alij alios triginta. Horum magna pars erat ex illustribus viris non infimæ conditionis, neque authoritatis apud suos, qui omnes in ordinem redacti domum in qua vestiendi erant deducuntur: huc mox Pater Patriarcha supplicatione instructa venit comitante Episcopo Malaccensi, & ciuitatis præfecto, quibus in occursum venit Macadanus mercatorum qui in pannis sericis merces agunt, cum tribus sociis magnificè vestitus, alaque ingenti hominum multitudine circumfusus, vt plateis tantum non excluderetur, reliquis mercatoribus viam vexillis quam habitant, ornantibus: hi omnes P. Patriarcham in Collegium vsque comitati sunt cum aliis nobilibus non paucis. Magnus autem hominum numerus cùm existeret ad baptizandum, quò citius negotium expediretur, tandem ita fieri placuit, vt vterque ordo in via ad templi portam vsque remaneret, donec Patres numero quatuor magna diligentia cæremoniis ante baptismum seruari solitis perfuncti, aliis duobus locum facerent, qui in Baptizandis catechumenis occuparentur; erant alij delecti præterea, qui in altera

Nouus ad fidem cursus.

Multitudo conuersorum.

parte

parte templi ſanctum chriſma conferebant; duo alij in porticu ſtabant, ex his alter baptizatos veſte alba induere, alter candelam incenſam porrigere debebat; factum hoc eſt, vt quibus longior erat via, domum redeundi celeriter poteſtas eſſet, iam enim inclinare ſe deces cœperat. Hoc baptiſma propter numeroſam frequentiam, quæ 756. facilè complebat, inter alia nobis mirificam attulit conſolationem, ſed quamuis exultatio & voluptas in Domino magna ſit, quæ ex his capitur, & laborem omnem quem pro fratribus noſtris conuertẽdis obimus, facilé abſtergãt: ex procliui tamen vobis exiſtimare erit eorum neque vulgares eſſe moleſtias, neque difficultates, quibus accedit, vt & naturam ſæpe quiete, iuſtáque refectione defraudent, dum indefeſſo ſtudio varia ad loca concurrunt, vt catechumenos acquirant, & in maximis neceſſitatibus cogant, qui vel baptiſmatis, vel cæremoniis perficiendis deſtinantur, æterno, & immenſo Deo gratiæ referãtur & laudes, qui tanta liberalitate vſus eſt erga hanc minimã Societatem, vt in præclariſsimi & magnificentiſsimi operis communionem eam admit teret, quod in eius amore perfici hîc interim queat. Hæc ſunt quæ ſe ſcribenda obtulerunt de hiſce 26. baptiſmatibus, quæ anno 1560. à die B. Luciæ nempè idibus Decemb. elapſi anni vſque ad tertium Nonas Nouemb. huius anni, qui dies B. Martino ſolennis fuit, celebrata exiſtunt, quibus facilè æſtimabitis, quãtò fuerit vberior hoc anno, quàm ſuperioribus

756. baptiſma.

Dei erga Societatẽ bonitas.

rioribus hominum ad fidem aduentantium multitudo. Nam quo pater Patriarcha prim⁹ appulit anno cum reliquis Patribus voto so-

Quot quot que anno baptizati ab an. 1556

lenni obligatis, qui fuit milleſimus quingenteſimus quinquageſimus ſextus, toto anno 42. tantummodo baptizauimus: anno 1557. 80. anno 1558. mille nongentos ſedecim: anno 1559. tria millia ducentos ſexaginta: hoc autē anno 1560. duodecim millia ſeptingētos quadraginta duos in hac Goenſi Inſula: vt illos mittam, quos S. Franciſci, & D. Dominici Patres ad eandem militiam fidei aſſcripſerunt: ad hæc alios multos quos in paroechiis ciuitatis alij baptizauerunt. Faxit ſua infinita bo-

1n 1560. baptizati anno 1560.

nitate atque clementia Deus Optim. Maxi. vt & libro vitæ hos omnes aſſcribat, & operarios plures mittat, qui reliquam meſſem in horreum Eccleſiæ conferre nitantur, atque hæc quidem haſtenus. Alterum epiſtolæ caput erat de mirabilibus quibuſdam operibus quæ Deus circa nonnullos tum Chriſtianos,

Memorabilia quædā Dei opera

tum Ethnicos, fieri voluit: ſed quoniam per longum mihi foret ſingulatim omnia contexere, quæ per omnes dies contigerunt, faciam quod in conferta narratione fieri ſolet, & ex plurimis quędam duntaxat commemorabo, quæ ad bonitatem laudandam non minimam ſuggerent occaſionem.

In continente mulier pagana cùm nullos liberos procrearet, Beatæ Mariæ, ſi filiū habere poſſet, eum ſe dicaturam vouit: cuius voluntati annuente Domino, dum prolem

Vota Ethnicæ admitationē Samuelis.

concepiſſet, interrogatur à cognatis, anne in

animi

animi proposito persisteret. Imò verò, inquit illa, persisto, neque alium in finem hunc puerum educabo, quàm vt B. Mariæ offerã: quod & in bona fide, & sedulò perfecit.

Ethnica obnixe filium baptizari cupit

Adolescens quidam Ethnicus liberali forma paucis antè diebus in hoc D. Pauli collegium aduenit, ac quid vellet interrogatus, cupere se Christianum fieri respondit, ac morem gerere matri, quæ etsi Ethnica esset, cui necdum fides satis adlubesceret, obnixè tamẽ filium rogauerat, atque eum hac de causa miserat, vt Christianus fieret.

Miraculosa ad nomen Iesu inuocationẽ liberatio.

Ethnicus puer in amplissimam piscinam casu decidit, & natandi ignarus tantum non mergebatur. Lusitanus puerum conspicatus, cùm aliter opem ferre non posset, admonere cœpit, vt nomen Iesu inuocaret: fecit, & in nomine Iesu ab vndis emersit: quod sanctum nomen ita illius animo hæsit, cùm sciat eius virtute tantum periculũ euasisse se, vt nisi Iesus cùm vocaretur, nunquam respõdere vellet, & pia eiusdem Iesu clementia, baptismatis paulò pòst aqua perfusus est.

Ethnici cuiusdam mercatoris filius cùm nouam Collegij structuram videret, Christianũ adolescentulum, quorsum tanta, elegánsq; domus fabricaretur interrogat: respondit ille, vt multi qui ad fidem conueniunt, baptizari queant, inquit, ipse quoque hic manere volo: cœpit igitur obnixè adolescentem rogare, vt se in domum deduceret: vbi non ita diu agens, mirabili desiderio, & Christianus factus est, & se factum esse quotidie

lætas

lætatur, & in doctrina Christiana ediscenda totus est.

E Collegio nostro Brachmanus puer cùm semel in Salsettæ regionem sese contulisset, incidit in duos alios Brachmanes adolescentulos, cum quibus à puero educatus erat, dũq; vnà, vt fit, sermones redderent familiariter, & lætitiam se insolitam haurire diceret noster, quòd Christianus factus fuisset, & à pristinis superstitionibus, in quibus antea victitauerat, emersisset: ita eo sermone adolescentes alij accensi sunt, vt non solùm tantã illi felicitatem inuiderent, verùm etiam parentes, & opes se deserturos promitterent, & fuga capta ad nos pro fide venturos. Vnus ex his in Collegio nunc habitat, primis elementis literarum incumbens: alterum autem etsi Christianum credimus, tamen vbi factus sit ignoramus. Omitto interim id frequentissimum esse, à plurimis nos sollicitari, vt in Collegium nostrum veniant, ac ibidem primis rudimentis imbuti, fidem Christianam complectantur: quorum sanè apud nos iam numerus minimè paruus existit.

Adolescẽs quosdã primates ad lios q; plurimos conuertit.

Adolescenti cuidam Christiana fides, & nostra viuendi ratio adeo placuit: vt post octauũ à baptismate diem 50. viros à se conuersos ad fidem huc adduceret. Inter quos primates quidam erant viciniæ illius, in qua ipse morabatur: post triduum iterum Patri obuius factus, se iam 30. persuasisse renunciauit, atque effectum breui daturum, vt 100. ad primum baptisma adducat.

Ethnicus

Ethnicus quidam Goę cùm longiore morbo conficeretur,& B.Paulo se commendasset,eiusdem beneficio sanitati restitutus est: qua recuperata tẽpli nostri mistagogũ adiit, & se in hoc Collegio ad 15. dies B. Paulo, si modò ei copia fieret,inseruire velle dixit: nã ita se pollicitum ei fuisse, hac tamen conditione,vt in auito permanere Ethnicismo velit:quod quum ab illo facilè impetraret, atq; ad aliquot dies in opere promisso versaretur,& sententiam mutauit,& baptismum accepit.

Ethnicus manens B. Paulo seruit.

Nobilis quidam vir Societatis nostræ studiosissimus singulis 8.diebus confiteri, & sacram communionem sumere solitus, Ethnicum alloquebatur,vt Christianus fieri vellet, promittens ei,si faceret,se à Prorege egregiũ munus in Republica impetraturum esse,quo vitam honestè tueri posset: nil tunc quidem profecit,at paucis post diebus,cùm nulla iam nobili huic illius conuertendi spes superesset, videt hominem domum suam Christiano,& Lusitano habitu indutum,ingredi:ruit illi alter in collum,& cum lætitia ingenti, ac gaudio excepit:cúmq; dignitatem illi iterum offerret, Christianè respondit maximas se ob huiusmodi beneficium gratias agere,non tamen laborandum esse,vt eam cõtineret, quã quidem si Ethnicus esset temerè, ac impotẽter affectare nõ posset,quod hominis sit nullius neque religionem, neque Deum habentis ob furta, quæ plerunque committi solẽt: eam Christianus cùm sit,nullo modo petere debet,

Contemptus dignitatũ apud neophitos.

debet, tum quòd in his honoribus, & pompis propter recidiua peccatorum frequens cõfessionis iteratio fit necessaria, tum quòd lege diuina sanciatur, vt iniustè conquisita veris possessoribus restituantur, quare se malle penuria oppressum viuere, quàm dignitate adepta perpetuis tenebris addici.

Eundem ad virum Maura quædam mulier venit, grauiter conquerens cùm quòd venienti sibi in hanc insulam cum duabus puellis Christiani molesti essent de ipsorum fide complectenda, tum quòd miserrimam filiæ propriæ deserere constituissent ob Christianam, quam nunc sequuntur fidem, quamobrem tristem, & orbam velle redire domum, vt in phanis suorum Deorum latens infoelicitatem suarum filiarum deploraret iam Christianarum. Nobilis rogabat illã ne discederet, se in qualemcunque sustentationem per singulos menses aureum nummum suppeditaturũ: accepit conditionem, tandem hortationibus matrisfamilias, aliarúmque mulierum victa, se Christianã esse velle dixit, nam verè se credere, non alia in lege, quàm Iesu, se salutem consequi posse: atque ita baptismatis aqua perfusa est. Quæ mulier ex eo tempore tam studiosa fuit pietatis Christianæ, vt vir ille nobilis sæpe confirmet se ipsius similem non vidisse.

Augusto mense elapso in nostra vicinia contigit mancipia nonnulla duos Mauros nocte adoriri, vt iis quæ secum portabant, vi ereptis, ipsos quoque occiderent nocte quadam

dam ad rem perficiendam conueniunt, Mauris vulnera lętalia infligunt, Lusitanus quidam clamores audiens, accurrit subitò, qui iã morti proximos homines conspiciens, persuadere nitebatur, vt Christiani fierent, quandoquidem tam breui temporis spacio æternam salutem consequi possent. Horum vnus diuino afflatus spiritu visceribus penè effusis, etiam atque etiam Lusitanum rogauit, vt se baptizaret, credere se Iesum Christum Deum esse, & potentem seruatorem animarum. Alter igitur sumpta aqua Maurum Baptizauit, qui animam statim Creatori reddidit, alter perfidus in inferno sepultus est. Diluceſcente die cum Misericordiæ Fratre cereis, & sarcophago velo aureo cooperto venientes Christiani hominis cadauer assumunt, & honorificè in summo templo sepeliunt, vt verum illud existat, quod scriptum est: vnus assumetur, & alter relinquetur: alterius cadauer Æthiopes duo per plateas raptantes in agrum proiecerunt.

Miseris cors & iustus dominus.

Huius ciuitatis Christianus quidam ære alieno oppressus cùm non esset soluendo, in continentem abire decernebat, ne sibi quispiam molestus esset, filio autem in procinctu ipso mortuò, indignum iudicans inter Ethnicos nouum Christianum sepeliri, cadauer Goam transmittit, vt in loco sacro condere-

Morientium neophitorum sine lachrimis confessio.

tur. Hoc autem maximè mirandum est, quòd qui nuper ex peruicacissimis ethnicis ad fidē venerunt, si periculosius decumbere cœpe-

sunt, aliquem sedulo ex Patribus collegij nostri

stri accersunt, cui sua peccata confiteantur. Id cùm sæpè facerent, tanta vi lachrymarum & dolore, vt necesse sit confiteri opus esse Dei, paulò antè tam alienos à fide tam luculenta edere pietatis sinceræ testimonia.

Mira adolescentis ea tientia & pura simplicitas.

Christianus adolescēs faber murarius quadragesimæ tempore ad nos veniens confitēdi gratia, cùm ob hominum multitudinem suo desiderio satisfacere tam citò non posset, summo mane in secundam noctis horam, cui confiteretur expectauit. Scisciranti Patri, nū à maturino tempore absque cibo in eo loco mansisset, magna animi puritate respondit: Pater si mihi hodie confitendum erat, quánā ratione bibere vel comedere poteram, priusquam quod faciendum erat perfeciissem? cōfessione peracta mox lætus domum reuersus est.

Studium filij in ethnicum patrem longe maximum.

Christianam fidem vir quidam tandē amplexatus post multas tum Proregis, tū aliorum de fide Christi admonitiones, magna nunc suæ fidei argumenta dat. Nam cùm patrem adhuc Ethnicum ęgrotare audiret, nullo suadente dolens eum in perfidia mori, lectica impositum Goam deduxit, quo cū etiā mater venit, aliíq; cognatorum plurimi. Vbi Goam ventum est, Patrem Rectorem adiuit, sacerdotem aliquem sibi dari postulat, qui seni patri de fide amplectenda verba faciat. Missus Ioannes Diazius multis rationibus persuadere aggreditur Christianam fidem ad salutem consequendam esse necessariam: apud obñrmatum senis animum nihil fere

hil fere

hil ferè promouebat : hoc filius animaduer-
tẽs, rationes ne quicquam profetri, in genua procidens parentem amplexatus, atq; deoscu lans orabat, vt Christianus fieret : considera-ret insuper quãta sibi Dominus dedisset, quæ omnia se erogaturum pollicebatur in eius animæ vtilitatem, se funus magnificè curatu-rum esse, & sacrificio missæ mortuum Deo commendaturum. Post hęc filias Christianas patris oculis subiecit, quæ idem postularent: quæ omnia cùm ad eum commouendũ non sufficerent, festinans nobiles quosdam Lusita-nos aduocat, parẽti familiaritate coniunctos, rogans, vt se in conuertendo Patrem adiu-uarent. Hi ante Patrem constituti ora-bant, vt suiipsius miserans Christianus fi-eri vellet : tandem vbi inclinari, & iam semiuictus esse cœpit, Patri nostro locutus, dormiendũ iam (inquit) est, & paulisper som-niandũ, deinde respõdebo tibi. Altero die re-diens, Pater duritiem hominis emollitã, per-tinaciam ex parte remissam, inq; facilitatem conuersam esse comperit. Nam senex vt Pa-trẽ intrãtẽ vidit, manibus in cœlũ elatis ex-clamare ad Patrẽ cœpit: ecce Pater Christia-nus fieri volo, solo Dei amore, ac Iesu mei ad hoc ipsum inductus, qui in cœlis habitat : & statim filum, quod Brachmanis gestare solẽ-ne est, rupit, & in ignem coniecit, ciboſque nostros gustare voluit. Interea iis, qui eum suscepturi erant cõgregatis, magna lætitia, & alacritate baptisma suscepit, cũ Patre symbo-lũ fidei recitans: cuius & manus osculabatur:

Signa opẽ timi Chri stiani in neophito.

Mirũ sensi lumen fidei effulsit.

orabat insuper tam Patrem ipsum, quàm susceptrores, vt suo capiti manus imponerent, non sine maximo gaudio, voluptatéque liberos amplexatus, huius senis vxor cum reliquis cognatis, etsi Christiani nondum essent, tamen in fidem nostram tantum non conueniebant. Puerũ hîc baptizauimus 8. vel vt plurimum 9. annorum, cuius acrimoniam ingenij Fratres cõsiderantes, hortati sunt dum baptizabant, vt vicinos pueros ad baptisma induceret. Quæ res vsque adeo illi cordi fuit, vt ex ædibus maternis obseruaret, si quis puer Ethnicus esset præteriturus, cuius in complexum statim occurrens, ac qua potuit verborum blanditie affatus, fidem conabatur persuadere Christianam, ac non ita multo intersecto tempore 5. lætos, ac gaudentes ad nos deduxit, maiori etiam desiderio flagrans, & suarum virium iam oblitus, non circa pueros tantum laborabat, verùmetiam adolescentes sollicitabat, vt Christianam fidẽ sequerentur, quàm poterat artificiosissimè persuadere nitebatur: qui si benignis verbis voluntati suæ acquiescere nolebant, iniecta manu, vi quadã, aliorúmq; implorato auxilio molitebatur efficere Christianos. Duo tésue alij pueri consobrini plus minus 11. annorum literis apud nos operam nauantes, hoc susceperant negotij, vt alios pueros Ethnicos ad fidem traducerent, quos ex parte persuasos in paternas domos secum abducunt, cibos Christianorum offerunt, ac tantisper de diuinis rebus illis verba faciunt, dum persuadeãt, quos ad 30. in nostrum

Puer 9. annorum alios conuertit.

strũ Collegium deduxerunt, vt baptizentur.

Negotium hoc conuersionis hominum tã expeditum diuina bonitate factum est, vt interdum nostri discipuli, qui nonnullam ob culpam pœnam castigationémq; verentur, veniam postulant, séque in delicti expiationem nõnullos ad fidem pertracturos recipiant, quod ipsum quoq; promittunt, quibus vel cõpedes vel manicæ iniectæ sunt: inueniuntur, qui vbi grauiore pœna dignum facinus admiserint, libellis supplicib⁹ ad Proregem missis culpam deprecantes, sanctè promittunt se in beneficij accepti memoriã cum parentibus acturos, aut consanguineis, vt Christiani fiant, quorum quidam 20. alij 30. alij 40. nonnulli si tam enorme est peccatum, centum se conuersuros promittunt, quibus ex bona parte pro agnata sibi clemẽtia Prorex culpam facile remittit: vbi è carcere prodierunt, promissis stant, & magno studio fidem suam liberant.

Hominũ mentes ad fidem Deus faciles admodum reddit.

Incarceratorũ multa est alios conuertere.

Accidit aliquando, vt Fratribus obambulatum euntibus minister Collegij præciperet subridens, ne verè præcipi putarent: tu charissime tres Ethnicos ad Christum adduces, tu sex, tu octo. Illis autem eo animo egredientibus, ecce vbi reuertissent, nonnulli quindecim, alij plures adducebant, qua ex re sæpe magna consolatio & gaudium proficiscebatur, laus sit diuinæ bonitati. Tanta est modò Christianorum frequentia, vt templa pro multitudine fidelium amplificanda, populúsque in parœcias siue curias distribuendus sit.

Causa dicta, distribuendi oppida in parœcias.

Plurima adhuc ſcribenda occurrerent quæ prolixitatis vitandæ cauſa prudens, ſciénſque prætermitto. Omnipotens Deus ſua miſericordia nobis omnibus det ſanctam eius voluntatẽ intelligere, illíq; perfectè obedire.

AMEN.

Dat. Goæ Id. Decemb. 1560.

Ex mandato Patris Franciſci Rhoderici omnium ſeruus inutilis,
Ludouicus Frois.

¶ EX EPISTOLA Ludouici Frois.

1560.

Refert quorundam pericula, carceres, vulnera, morbos et qui in augmentanda fide ſuã nauant operam, magnifico templi ſtructura: agit etiam de quorundam ad fidem cõcurſu & pietate: item de regis Ignambanę & Moſambicæ cõuerſione, ludęorũ ſynagoga diſturbata, & variis oppidulis quæ Chriſto nomen dedêre.

Pater admodum in Chriſto Reue.
Pax Chriſti, & cæt.

Agit de quibuſdã grauiora ob fidẽ paſſis, & quos

HOC anno 1560. Chriſtus Dominus noſter Societatem magnis quibuſdam beneficiis in India cumulare dignatus

dignatus est, idq; duobus rebus potissimum ostendit, quæ tantò pluris faciendæ sunt, quãta earum vtraq; per se obtabilior est. Frequentes enim ex ignorantiæ tenebris, inscitiáque cultus diuini ad fidem protracti sunt: etsi nõ citra laborem, & periculum hæc fiant, sed existimo nobis oblatam à benigno Domino oportunitatem hanc, vt opere Societas nostra ostendat, quanto prosequitur Deũ suum amore in laboribus, atque periculis, in quibus assidui sumus, obeundis. Quod ad primum caput attinet, per alias quę de Christianorum incremento erãt, literas intelligere facilè potuistis, quantum hic annus reliquos in ea re exuperârit. Ampla certè messis animarũ in horreum Domini comportata est. Quod verò ad secundum spectat, id palmarium ducimus, quòd nonnulli crucis flosculi apparuerunt in terra nostra. Non enim hactenus defuerunt carceres, flagella, vulnera, nuditates, opprobria, contumeliæ, contemptiones, fames, & sitis. Ex quibus preciosis xeniis (sic enim statuendũ est de huiusmodi pœnis) de Societate nonnullos Patres, ac Fratres Dominus noster exornatos reddere voluit, vt ex eorũ literis fusius intelligere potestis. In Iapania P. Balthazar Gazo sæpè iugulo proximum gladium expertus est. Multos dies vnà cum F. Guilielmo nudus exhausit, multa tolerauit, multas admodũ graues iniurias perpessus est. Christiani postmodũ Guilielmũ captũ ab hostibus pecunia redemerũt. Pater nõ sine maximo vitæ periculo tãdem

rũdã conẽ uersione.

Carceres flagella, vulnera propter fidem.

incolumis euasit. Videtur satellites suos, ac vim omnẽ ad persequendũ nos dæmon excitasse, furore & rabie plenus, quòd ereptas sibi ex immanissimis illis faucibus animas multorum dolet, nõ tam illo in loco, quàm in Firanda insula, vbi ad 2. menses Iaspar Vilela commoratus 300. Christianos reddidit, ac idolorum templa in Dei honorem conuertit: tres ex integro Ecclesias fecit. Nunc verò Meacum profectus in maximam spem venit, plurimos Domino lucrifaciendi, vt ex eius literis inde allatis perspicere licebit. Frater noster Fulgẽtius Freirus ex hoc Collegio ad Augustam Mechæ oram demissus est, vt & Æthiopũ terras pagret, & aliquid de episcopo Domino Andrea Oniedo, sociisq; eius certũ, exploratúmq; referat, de quibus nihil à tribus iam annis, quibus eò peruenerant, auditum fuit. Verùm triremi eos adoriente, dũ milites contra aduersariorum impetum sese tuentur, ipse crucifixi imaginem tenens erecta manu, & milites, vt fortiter agerent, adhortatus, vulnera quinque excepit, quorum vnum sagitta ad pectus adacta, tam profundè inflictum est, vt præ nimia sanguinis emanãtis copia, ad terram caderet exanimis. Sic iacentem Turca quidam adortus horribili voce, vultúque austero nummos petit: inclamanteque illo, se pauperem esse, nec habere teruncium, vel vnum: insuper tribus vulneribus immaniter mulctauit: hinc ad ciuitatẽ abreptus, licet cõtumeliosissimè exciperetur, dum faciem sputis, pedes catenis obruerent, nihil a

300. baptizati.

nihilominus tñ quòd Christi nomine dignũ aliquid pati videretur, cũ sociis triũphans, velut in delitiis agẽs, ita viuebat. Vulneribus pro medicina adhibita fuit ferramentorũ, & catenarũ tanta vis, quãta vix integri, & bene sani ferre potuissent. Afflictę vitę, famílq; miseriã lenibat milio (is enim ęgroti victus erat) nautico malè admodũ parato. Postmodũ ad remos dãnatus est. E Cocino literas accepimus, quę loquebantur, circa hyemis finẽ in promõtorium Commorinũ superiore Augusto, nocte quadam ex improuiso tres Reges cum viginti hominum millibus venisse in oppidum Punicalem, vbi littoris illius Dux habitare solet. Hi præter alios Lusitanos etiam P. Ioannem de Meschita ceperunt, tribus ei vulneribus, duobus cæsim tertiò punctim inflictis. In ipso itinere cùm Fratrem nostrum Franciscum Duranum obuium habuissent, tum fortè bene fatigato corpore redeuntem à Christianis, corripiunt, & manibus post terga reuinctis, captiuum abducunt: sed à Christianis, 15. aureis redemptus, in pristinam libertatem adsertus est. Patrem quoq; Ioannẽ Meschitã diutius esse passi nõ fuissent, si mille aureorũ precio redimi potuisset. Quoniã aũt hæc prædatio noctu transacta est, atq; per tumultũ & ex insperato, in harũ manus nostri incidêre, nec euasisset P. Henricus Hẽriques, nisi cum pueris, & mulieribus Christianis ad littus in secretiori se loco, nõ tamen sine periculo, ne in eorum impuras manus deueniret abdidisset. Sed cùm de rei euẽtu certum

P. Ioãnes Meschita tribulationibus clarissimus fuit.

Mille aureis pauperis liberãtur.

di gratia offerũtur.

aliquid ad me delatum erit, dabo operam, vt è Coccino vos rem omnem intelligatis. Die conuersionis S. Pauli, quem in patronum harum ædium cooptauimus, fundamenta noui templi in hoc nostro collegio iacta sunt, propter ea quod necessarium, nec sine periculo erat, nec longè à ruina, neque satis commodè concurrentem hominum multitudinem cõtinere videretur. Huic de fastigio imponendo etiámnum laboratur, duos ordines habebit columnarum laquearibus tribus distinctum. Speramus autem, si cætera fundamentis respondent, quàm amplissimum, & quantum in his regionibus aliud nullum est spatiosius, ac magnificentius futurum. Patriarcha noster hoc ipso die indutus splendidissimam pallam ex auro rigentem, voluit solẽnibus missarum operari, in altari quodam tumultuaria manu non longè à fundamentis exstructo. Aderant alij sacerdotes non tam honoris, quàm reuerentiæ causa, longis in vestibus auro, argentóque intertextis. Musica instrumenta omne genus iucundè perstrepebant. Absoluto sacro progreditur Patriarcha, vt erat insula, & pedo pastorali (quod vocãt) exornatus, primus manum operi admouet, instrumẽtóque deaurato (quod in huiusmodi cæremoniis solitum est) laborare incipit. Dehinc primum lapidem iacit insignitum cruce: sequitur Prorex, & alterũ ab illo proiicit, in quo gladij effigies exsculpta videbatur: mox alij sine ordine, & modo. Hęc consecratio omnibus nõ tantũ grata fuit, propter no-

Magnificũ tẽpli Goæ extruitur

Inauguratio templi

Cæremoniæ.

uitatem

uitatẽ præcipuè ſi qui ſimili ſpectaculo nunquã interfuiſſent, verũetiam vtilis ad excitãdã pietatẽ. Nec infœlicius ſe hoc die Eccleſia ſpiritalis habebat, cui magnã acceſsionẽ baptiſmus is cõtulit, qui ab his ceremoniis ſubſecutus eſt. His omnibus laudabili pompa peractis, cũ in aĩo haberet Epiſcopus relicta vrbe arces, & caſtella quę per omnẽ Archiepiſcopatũ plurima ſunt inuiſere, priuscũ P. Prouinciali egit, vt publica lectio ad tẽpus vſq; quaſdrageſimũ haberetur, quæ nõ tam de præcipuis articulis conſciẽtię (caſus noſtri vocãt) ſacerdotes inſtrueret, quàm methodũ, ac viã oſtenderet, qua ſe facilius in cõfeſsionibus cõſiliiſq; dãdis expedirẽt. Hoc onus etſi grauæ & arduũ cenſeretur propter frequentes noſtrorũ occupationes, tamẽ q; ſummã vtilitatẽ adiunctã haberet, viſum eſt P. Prouinciali vt fieret. Igitur prouinciã hanc docendi cõmittit P. Frãciſco, qui per oẽs dies horã vnã huic rei cõferret. Cui lectioni nõ ſolùm Canonici, aliíque beneficiis & officiis ſacris obeũdis deuincti interfuerunt: verumetiam multi huius vrbis ciues, nobiles, & promiſcuum omne genus tanta cum diligentia, vt eſſet nemo ferè, qui lectionẽ vnam inauditam prętermitteret. Quia verò locus apud nos tantæ multitudini capiẽdę idoneus nõ erat, in area ſub aperto cœlo docere coactus eſt. Cæterùm ſi quis egrediẽtes à finita lectiõe auditores cõſpexiſſet ſimilẽ quandã frequentiã cũ celeberrimis Academiis Europæ iudicaſſet, auditoribus ſupra octingentos confluentibus ad aream.

Auditorium frequẽtiſſimum.

Confeſ-

Frequens confeßio.

Cõfeſsioni, quæ hactenus tantũ nõ vberrima fuit, adeo nihil diſcedit, vt indies magis augeatur: neque ſatisfacere liceat infirmis, & inualidis, ac præcipuè militibus, & ſi quod ſimile genus huc, & illuc ad diuerſa negotia rendentium hominum reperitur, in his expediendis tanta ponitur opera, & tam prolixa à nobis diligentia, vt pleriſque ſacerdotibus, ſi adeſſent, abundè de negocio proſpectum fieret.

Populi pi? affectus.

Non hic prætermittam celebritatem feſti, quod ingrediente anno ex more habuimus, ad quod infinita quædam hominum turba confluxerat. Idem in feſto vndecim millium Virginum viſum eſt, gratias cumulatiſsimas nullo non referente Deo, ſanctiſque virginibus, quõd ex earum Societate caput vnum habere licuiſſet: in hac celebritate verſantibus etiam illud pro congiario adiectum eſt (ſolet enim ita benignus Dominus Deus nobiſcum agere, vt celebre feſtum nullum ſit, in quo non aliquæ etiam animæ ad fidem adijciantur) vt hic dies non ſine linea (quod aiunt) & fructu tranſmitteretur. Venit ad preces veſpertinas Epiſcopus Malaccenſis, & D. Petrus Goenſis Reipublicæ primarius moderator, qui cùm in choro proximi noſtris conſiſterent, ecce tibi ſubitò ducenti gentiles

200. vt baptizentur inſtant.

ad fidẽ properãt. Sed cõmunicato negotio prius cũ Epiſcopo, & Præfecto, aliiſq; qui ex famulitio Proregis erãt, neſcio quid cõqueſti fuerãt de miniſtrorũ Societatis noſtrę minus accurata diligẽtia reiicientium eorum prẽces,

nę

ne ſubitò Chriſtiani fierẽt. Quamobrem obnixius iam inſtare cœperunt, vt facerent, impetrarẽtq; à noſtris, quod habebant in ſummo deſiderio, vt diu à baptiſmo non retinerẽtur. Epiſcopus, & Præfectus agũt cũ noſtris admonent P. Franciſcum Roderiques, & rogant, vt hãc rẽ ſibi eſſe curæ velit. Patre verò facturum ſe omnia diligenter recipiente, etiã ſi pro ardore tum maluiſſent, tamẽ paſsi ſunt rẽ paululũ adhuc in aliud tempus extendi.

Eodẽ veſpere Brachmanum quidam inter ſuos facilè princeps, adducta ſecum vxore, cũ omni familia Chriſti fidem, & baptiſmũ dari rogat. Veſtitu, & apparatu ſplendido erat, nec minus vxor, & filius excellebant, tantáq; penè veneratione baptiſmum acceſſerunt, vt intuentibus iucunda res eſſet: vehitur nunc in equo ſublimis quotidie per ciuitatem 6. aut 7. ad latus currentibus famulis.

Euenit eodem die poſt abſolutas preces, publicáſq; diſputationes, res alia, non minoris momenti ad Dei gloriã augendam. Maurus quidam grandæuus, & in medica arte peritiſsimus in hac vrbe erat: huic propterea q; ſingulari fama excelleret, ſui q in eadẽ arte multũ opere, & tẽporis poſuerãt, non parum malè volebãt. Erãt illi 2. filij, quorum maior nõ minoris in curando dexteritatis & ſciẽtiæ, q̃ pater ferebatur, aut amplioris etiam. Igitur 2. eum filiis, & famulis totidem comitantibus primum cum Frãciſco Baretto, qui pro eo tẽpore Indiæ regendæ præerat, loquitur: quoniã ita euenisſet, vt in rem præſentẽ ipſum

habere

Doctissimus quidã in filiorũ salute officiosus, in propria negligens.

habere posset, & vterque filius Christiani esse vellent, cupere se, vt assistere baptismo, & susceptoris officio fungi non grauetur. Bapti zauimus eos, & ambos famulos: ipse tamen, proch dolor, in aliorum salute officiosus, in sua negligens fuit, in errore malo animo perseuerans. Stuporem nobis tanta concursatio populi incussit ad Ecclesiam eo die capitis sancti vnius ex 11. millibus Virginum visendi gratia tanto studio conuenientis, vt in profundam noctem eos abierit, nemine reperto, vt credibile est, aut virilis, aut fœminei sexus in tota vrbe, qui non templum adiret, & capiti s. honorem haberet maximum, quãtum coniicere licuit. Hæc habebam scribere, charissimi Fratres, de rebus domesticis.

Nunc quædam breuiter dicamus de Patrũ, ac Fratrum transuectione, huc & illuc in diuersa hoc anno tendentium. Fructum autem quem cuiusque labor peperit, ex literis singulorum quas quisque dabit, facilè perspicietis.

Præfectus ad regnũ Ignãb. suscipitur. Ignãbanæ situs.

Negocium graue, & magnum offerebat se his diebus, & quod ad gloriam Dei non mediocriter faceret: scilicet de regno Ignambano ad littus Cafrariæ posito, ad hanc tam fœlicem prædam iam partui animarum proximam duo è Patribus nostris, & vnus Frater electi sunt, P. Gonsalus, & Andreas Fernandes, Andreas Costa. Quarto Octobris in festo beatissimi P. Francisci, literas P. Gonsali accepimus, ex quibus prosperum, fœlicémque successum suscepti negotij videre erat. Accessus hic ad tam nobilem triumphum

non

non caruit multis periculis, & languoribus, quibus grauiter omnes afflicti sunt: præ reliquis tamen Pater Gonsalus ardore febris, & dolore summo capitis adeo fuit excruciatus, vt etsi infractus animus esset, manum tamen admouere cuiquam rei nequiret, oculisq; tam grauiter affectus, vt etiam cùm aperros haberet, nihil plus ferè quàm occlusis cerneret. Iter tandem difficillimum confecit manibus, pedibúsque reptans humi. Vbi venit ad Ignambanum, iam illuc prior aduenerat Pater Andreas Feruandes, qui de aduentu certior redditus, adeo prostitutum viribus reperit, vt adduci domum non posset: sed humi iacens, neque caput attollere præ dolore, neque pedes ad ambulandum mouere potis erat: tandem asscito socio in vlnis languidum amplexi, ad ripam fluminis detulerunt, ibi vsque ad noctem cessatum est. Post hos grauissimos labores tandem sanitas corporis Patri, Fratribúsque, Regi mox ipsi animi salus concessa fuit: nam paulò pòst Christianum se, cum vxore, & sorore, & multis aliis Principibus libenter fecit: Rex Constantinus ex nomine dictus est, Regina vxor Catharina, soror Isabella, vt omnium numerus, si ineundus sit, eo tempore baptismatis vnda renatorum sup. 400. & quinquaginta ascenderit. Pater Gonsalus per Mosambicam ad nos inde reuersus comitem habuit secum Principem adolescentem baptizandum filium Regis, multò etiam, quàm qui in Ignambano imperat, potẽtioris: spẽ nõ minimã habet patrẽ quos

Rex Ignambani cum sua familia, & aliis ad 450. baptizatur.

Alterius regis conuersio.

quoque ad imitationem Christiani filij ad baptismum peruenturum aliquando.

Iam accinctus itineri erat P. Gõsalus cùm hæc scriberem, vt ad celeberrimum validissimúmque Imperatorem Manomotapam (quẽ vocant) proficisceretur: hæc via quanquam plena periculis, & laboribus abũdet, duorũmque mensium spacio confici vix queat, adhęc flumine aduerso nauigãdum sit, tamen emolumentum quod accedere in animis conuertendis posse maximúm videbatur, omnem illi laborem, & molestiam leuẽ faciebat. Obsecro vos negocium hoc tam serium piis precibus vestris apud Deum, vt exigit Christiana charitas, promouete. Solus ad tantũ insultum, támq; arduum, & memorabile facinus ingreditur, vtroq; socio, cũ sic necessitas iuberet, in regno Ignambano remanente.

P. Gonsal' mittitur ad imperatorẽ Manamotapã, vt eum pertrahat ad fidem.

P. Arias Brandus Ormutio ad nos delatus est, cui toto hoc anno quem illic transegit, labores plurimi subeundi fuerunt, quod id temporis eò veniisset, cùm Lusitani magno exercitu, vt vnã ex Regis Ormutini insulis inuaderent, in armis tumultuabantur, quæ à fide & obedientia se subtrahens, accitis ad se Turcis, Lusitano resistebat. Ad hanc igitur expugnandam tota vis belli à nostris dirigebatur, cuius tanta fertilitas esse dicitur, vt alia nulla sub omni ditiõe regni vel vbertior, vel amœnior reperiatur, sit tamen duobus mensibus nescio qua vi occulta, quod prodigio simile est, vt qui in insulam pedem inferat, ex ægritudine contracta mortem vix euadat.

Cùm

Cùm igitur milites bene armis instructi eò tenderent, aiunt paucis desideratis Ormutiũ reliquos partim saucios, partim ægrotos rediisse. Hoc igitur Patris officium, & præcipuum opus erat, vt in confessionibus, & medicamentis ægrórum, atq; sacramentis administrandis totus esset, etiam in domo sua, tanquam in publico xenodochio 60. militibus exceptis, quorum valetudinem etsi curaret diligenter, tamen omnes ferè morbo absumpti sunt: & cùm hi, tum alii plurimi è viuis excessissent, ipse stola, & superpellicio amictus Christiano more preces fundens, ad sepulturam comitabatur. Adhæc effecit hoc anno quem illic absoluit, vt quinquaginta animas Christo apponeret: quæ conuersio etsi perpaucorum hominum esset, maior tamen & pluris faciẽda fuit, quàm quæ in India fit propterea quod & Mauri magna ex parte omnes sunt, & multum pertinaces in paternis erroribus. Erat inter hos mulier quędam apprimè nobilis, quippe quæ de familia Regis Ormutini, & eiusdem matri ab intimis consiliis erat: hæc fuga inita ad Christianismum accurrit, eam maritus ilicò, & pater secuti, omnes honorificentissimè baptizati sunt. Ad hunc numerum virgines quatuor Græcę natione, magnæ authoritatis adiectæ sunt, quas Mauri, ne hanc rem agerent, occultârant: duas ex iis à suis in matrimonio collocandas reliquit, duas Goam transmisit, vbi in ædibus nobilium honestam operam in fide iuxta ac bonis moribus impendant.

Matronæ nobilis cõuerso cũ suis.

Iudæos

Iudæos qui frequentiſsimi huc Conſtantinopoli, Venetiis, Alexandria, tum ex Græcia, & Armenia, aliiſque partibus appellunt, clandeſtina conuenticula in ſynagoga neſcio qua, Ormutij cogebant: Quibus in vnum collectis, accidit ex improuiſo quendam ex Chriſtianis interuenire, aſpicit ille propiciatorium (quod ſacræ literæ dicunt) cultiſsimo ornatu, ad hæc Pentateuchum Moyſis videt ita diſtinctum, vt quemadmodum libri quinque ſunt, ita ſingulis ſingulæ capſulæ, ex auro obrizo cederent, appenſis chartulis quæ quemque librum indicabant: ante hos libros lucernæ ardentes ex oleo pendebant, artificio quodam mirabili exſculptæ: ingreſſus ergo is omnem hunc ornatum cum ipſo ſanctuario deturbauit in terram, & paulùm progreſſus in conclaue quoddam ſecretius quadraginta octo volumina Bibliorum noua inuenit, auro, & ornatu ſplendida, quæ non ita pridem Venetiis allata erant, auferuntur & hæc omnia: ſed quia re tenui Iudæus librorum Dominus erat, libris receptis, paupertatem ſuam ſolari permiſſus eſt, ea tamen conditione, vt Venetias vnde aduexerat, referret, quod etiam fecit. Hac tam inexpectata perluſtratione, irruptioneque in ſynagogam, ita attoniti redditi ſunt Iudæi, vt poſt eum diem ne caput quidem leuare, aut cæremoniis ſuis operam dare auſi fuerint.

Iudæorum ſynagoga turbatur.

De Patribus aliis qui in Commorrino, Coulano, Coccino, Tanaa, Beſſaino, Damano, Malucco, Amboino, Bazaino, huius Indiæ partibus

bus agunt, nihil scribo, quòd existimem cu-
ræ futurum illis, vt vos rerum suarum faci-
ant certiores. Quę autem præclariora acci-
runt in Insulis Dinara, & Cioramo, ex aliis li-
teris vt arbitror vberius copiosiúsque vide-
bitis. In continente quæ paret Lusitano, pau- Salsettã
lulum à Goa distante quam Salsettam nomi-
nãt Christiani, vt opinor, numero mille sunt,
qui quòd cum gentilibus promiscuam con-
suetudinem habent. vita ab illis non multum
differunt. Ea res cùm misericordiam com-
moueret nostris, qui fructum amplissimum
inde colligi posse videbant, maximè quòd
Rex Lusitaniæ sexaginta ibidem oppidula, 60. oppida
aut eò amplius possideret: incolentium verò Lusitano subdita.
numerus quinquaginta millia facilè æquaret
nostris cum gẽtilibus computatis. Cum Pro-
rege actum est, vt Patrem, & Fratrem vnum
eò mitteret è nostris, qui tam instruere Chri-
stianos, & ad meliorem frugẽ excitare, quàm
gentiles pertrahere conarentur ad fidem, fa-
miliariter se in illorum mores, & consuetudi-
nes insinuando. Placuit non minus quàm no-
stris hoc negotium Proregi, atque prouinci-
am hanc Patri Petro Malcareno dedit, huic P. Mascar
Fratrem Emanuelem Gomezium adiungit. re⁹ ad Mau
Dici non potest quantam Christiani volu- ros profi-
ptatem ex horum aduentu, pariter, & vtilita- ciscitur vt
tem acceperunt, tum ex gentibus quasi ad cẽ- eos cõuer-
tum iam coëgerunt, quos vna excursione col- tat.
lectos in baptismum proximum reseruant.
Sunt in pretio, & amore nostri non tam
Christianis, quod facilè est, quàm Ethnicis,

Humilitas amabiles facit.

quod difficilius, sed amabiles eos humilitas ad omnes reddit. Speramus diuino fauente numine futurum, si modò Prorex Constantinus diu Indiæ præesse posit, vt tota hæc errantium hominum colluuies ad Christum accedat, & abluatur, neq; solùm hi, qui in Salsetta sunt, verùm alij quoque Bardenses, qui sub imperio item Proregis agunt.

In Cõmorino litore sunt 80 milia christianorum

Ex literis Patris Henrici quas annuas ferè mittit, intelligere potuistis, quemadmodum in littore Commorino, vbi nostri diligentem operam in promouenda fide nauant, octoginta millia iam illius rudimenta, & cæremonias susceperint: habitant hi ferè omnes iuxta mare, non tam vt vitam piscatione subleuent, quàm quòd grauem tyrannidem patiuntur à Badagasis, qui ipsorum Domini sunt, & terram latè sub imperio tenent: hi crudelitatem hactenus inauditam in nostros exercuerunt, vt vix exprimi possit, quanta Christiani ab iis iusta, & iniusta pertulerint. In propinquo Cõmorini portus Insula alia iacet Iafanapata, cuius Rex non minus, ac Badagasi, Lusitanos Christianósque omnes in odio maximo habet. Prorex (ex amplificatione persuasus diuinæ gloriæ, quamplurimam ex eo reportari posse putat) constituit omni collecto exercitu, contra hunc tyrannum bellum mouere. Quod vt fiat facilius, & nostros paulatim in eam partem insinuet, totus in eo est, vt Christianos à Commorino in Iafanapatan transmittat: quæ res à P. Francisco Xauier fœlicis memoriæ multũ desiderata etiã fuit propter paca-

Iafanapatæ situs.

pacatum animum, tranquilliratémque vitæ quam Christianos, si illic essent, habere posse putabat. Multis precibus contendit, vt Prouincialis noster sibi in itinere comes adsit: tũ propter solatium, quod Christianis accederet ex præsentia eius, & transmigratione ex Commorino in Iafanapatan, tum quòd ita ex more habet, vt Prouinciales omnium ordinum qui in India sunt, ad huiusmodi negotia libẽter adducat.

Prouinciales oĩum ordinũ pleríq; comitãtur Proregem ad bellũ erga ethnicos.

Erat in Collegio nostro tum puer quidã Alfonsus nomine, quem octo ab hinc annos semper aluimus. Cæterûm Rex est Tricanamali (quod regnum per vim eripuit illi hic de quo loquimur Iafanapatę Rex) adultæ iã ætatis, in qua regnum administrare possit. Hunc propter excellentem in doctrina Christiana, ac cæteris cæremoniis nostris diligentiam, legendíque peritiam, visum est Proregi optimum se facturum, secum vt abducat, & in possessionem amissi regni collocet. Faxit Dominus Deus, vt quàm pium desiderium Proregis est, tam exitus fortunatus sit, nihil aliud in hac re tota molientis, quàm vt gloria Dei & fidei nostræ illustrior reddatur, & amplificatior. Spem summam habemus, bonitate diuina freti, Regem ipsum, & regnum Iafanapatan nostrum in fide futurum, cum nouo Rege, modò hunc Alfonsum in amissum regnum restitui contingat. Occupationes nobis vndique tam multæ sunt, & tam frequentes indies magni momenti pariter, & vtilitatis causę apud istos emergunt, in quibus hos

nor Dei, salúsque proximi consistit: vt dolendum profectò sit, quoniam tam pauci ad hæc agenda sumus, & maxima commiseratione dignum, tot animas propter inopiam piorum, doctorúmque hominum videre pereuntes. Dominus noster Iesus Christus Seruator animarum nostrarum det vobis, vt necessitatem hanc cognoscatis, vt pro viribus subleuare eam possitis, considerãtes id quod res est, quemadmodum infinitum precium sanguinis sui precioſiſsimi, quem pro nobis aliísque omnibus, qui hîc in præcipitem ruinam aguntur, in cruce copioſiſsimè effudit, propter inopiam instructorum in multis non hæret. Ex Collegio Sancti Pauli, Goæ, primo die Decembris.

1560.

Ex commissione Patris Francisci Rectoris, inutilis in Christo omnium seruus.

Ludouicus Froes.

CAPITA QVAE-dam selecta ex literis Arij Brandonij, datis ad Collegiales Societatis Iesu Conimbricenses, decimo Calendas Ianuarij, An. 1554.

Agit de fructu spirituali variis in locis, locorúmque situ & distantiis.

Gratia & pax Domini nostri Iesu Christi sit semper vobiscum. Amen.

QVM Pater Melchior Nugnez hinc Iaponem versus proficisceretur, designauit vniuersæ Societatis in India moderatorem Patrem Balthazarum Diaz, qui huic populo longè acceptissimus tantos in Ecclesiæ horreum fructus inferebat, quòd alium præ hoc neminem suum in locum putaret subrogandum: plures quaque hebdomada ad populum conciones habet, diuersis in locis, magno hominum concursu, & applausu, nec minori cum fructu: incredibile enim est, quã

topere homines ad pietatem, pœnitentiam, odiùmque peccatorum inflammet, vt ex iis quæ hic subnectam facilè percipietis. Cùm eo die quæ Diuo Bartholomæo sacer est, de Martyrio eius verba faciens veterem hominem exuendum esse doceret: ecce templum ingrediuntur pupilli, qui exutis & in sinistro brachio conuolutis vestiolis suis albis dextro se flagris cedentes, per mediam hominum turbam procedunt, quos & alij viri seculares verberibus item se afficientes longo ordine comitabantur, quæres vsque adeo existentium in templo corda penetrauit, vt à profusis lachrymis, multísque singultibus sibi tẽperare nequiuerint. Prorex, & alij multi primates nobilésque viri non parum hoc spectaculo ad pietatem accensi sunt, præsertim cùm tantum peccatorum dolorem, & contritionem in hisce nouellis Christi plantis instuerentur. Nec minori delectatione die veneris proximè sequenti similem pœnitentium feruorem statim à concione cùm suis Prorex spectat, inter quos multi matrimonio coniuncti, multi senio confecti, quidam etiam præmaturæ iam ætatis vir corpore pubetenus denudato, ligneam crucem spectatę magnitudinis, & crassum funem de collo dependentem gestans præibat.

Cùm idem in festo Sancti Lazari extra vrbem concionem haberet, mulier quædam prædiues, sed impuræ vitæ, adeo peccatorum dolore compuncta est, vt coram omnibus vociferari & plorare non verere-

Peccatrices ad cor redeunt.

tur, cu-

tur, cupiẽs certum vitæ genus edoceri, in quo agendo suæ saluti bene foret consultum: accessit ea de causa postmodum Ecclesiam nostram, vbi & probè instructa, vitam in melius commutauit. Huius præclaro exemplo & aliæ multæ peccatrices incitatæ vitam omni flagitiorum turpitudine inquinatam detestatæ sunt, quæ omnes post exiguum deinde tempus communi inter se consensu relicta ciuitate in alium commigrârunt locum, vt peccandi occasiones vitarent, vbi nunc coelestem pœnitus vitam agentes commissa facinora frequenti confessionis vsu abstergunt. Qua ex re non paruum hæc ciuitas in Domino emolumentum consecuta est.

Alio quodam tempore eodem ad populum declamante nobilis quidam vir per medias hominum turbas penetrans, & quàm proximè ad suggestum accedens, alta voce Christianum se velle fieri proclamauit, qui à Patre vsque ad concionis finem sedere iussus, in domum deinde Catechumenorum introductus est, vt Christianæ fidei rudimentis institueretur, nec enim baptizari solent, donec Christianam doctrinam memoriter teneant. Hic baptismum consecutus in quandam Insulam, quæ eius erat patria, discessit, vnde paulò pòst multos cum vxore, quæ in perfidia alioqui pertinacissima fuerat, Christo conquisitos ad Collegium nostrum baptizandos abduxit.

Pater Paulus Dei cooperante gratia tantam infidelium multitudinem ad Christum

pera-

pertraxit, vt eorum numerum vix possim recensere: speramus in Domino breui, omnes gentiles circumuicinos conuertendos esse, nam de remotioribus, ad quos Christo lucrifaciendos ex Europa aliquos expectamus, non loquor.

Ormutij multi ad fidem conueniunt.

Quamuis vberrimos fructus Patres nostri diuersis in locis agentes, ex hac Indica vindemia colligant, parui tamen & minimi censeri illi possunt, si cum iis quos insula & ciuitas Ormutina producunt, conferantur, vbi nostris præest Pater Antonius Heredia. Parua est hæc insula, & omnino sterilis, nec quicquam ad vitæ humanæ sustentationem ob terræ salsuginem gignit, vnde nostris nõ deest patientiæ materia, tametsi quæ necessaria sunt omnia itinere marino innehantur. Sita est in freto Bazoræ distátque ad duas leucas à Persia à parte septentrionali: à meridie verò Arabiam aspicit, à quo 10. leucis dissita est, vtrunque latus Mauros cultores habet, quorum plurimi Regi Ormutino Lusitanię Regi subiecto parent. Est autem Ormutium ciuitas ampla, in 27. gradu sita, vbi mille circiter Lusitani tam in vrbe quàm castro degunt, si mulieres, & paruulos excipas. Habet quoque alias nationes, vtpote Mauros, Turcas, Indos, Abissinos.

Situs Ormutij.

Bazaini Status.

In Bazain nostris præfectus est Pater Consaluus Rodericus non sine magno tam ethnicorum, quàm Christianorum emolumento. Magna hæc insula est, vbi Gentiles plurimi Mauris immixti, quòd vicina sit regio

Cam-

Cambayæ, viuũt. Iacet in principio sinus Indici, vbi polus in 19. & dimidiato gradu eleuatur.

4. inde leucis abest insula Thanaa, quo in *Situs Thanæ* loco agit P. Franciscus Henriquez, illinc *nata.* Ethnica superstitio tantum non explosa est, vt ex eius literis intelligetis.

57. leucis à Bazain Goa, qua versus meridiẽ per eundem sinum descenditur, in ea promontorij Indiæ parte sita est, vbi polus in decimoquinto gradu octo & dimid. minutis eleuatur. *Situs Goæ.*

Si per eundem maris tractum descendere pergas ad 100. leucas in 10. gradu 8. & dimid. minutis est ciuitas Coccinum. Versantur illic tam gentiles, & Mauri, quàm Christiani plurimi, quæ etiam variis insulis diuersis Regibus subiecti circumcingitur. Vocatur hoc genus hominum Mallauare, ex quibus plures Christiani sunt, quàm ex vlla aliarum nationum. Præest illic nostris Pater Franciscus Peres, cuius ministerio Dominus in conuersione Gentilium plurimum vtitur. *Coccinum*

Qui Mallauarẽses dicuntur.

Quatuor inde leucis in nono gradu, & octo cum dimid. minutis est Caulanum, vbi plurimi Christo nomina dederunt, quibus & Mauri miscentur. Rectorem illic agit Nicolaus Lancilotus Italus, multorum filiorum spiritualis Pater. Et sanè miraculum videri meritò queat eum tantis infirmitatibus fractum tam impensè in aliorum salutem incũbere posse. *Caulanũ.*

Vlterius deinde ad vigintisex leucas est portus

Commorinus portꝰ. Christianorum 22500.

portus Commorinus in octauo gradu, vbi Pater Hẽricus Hẽriquez fructus colligit vberrimos. Sunt illic plus minus 12500. Christiani, laborátque multum dictus Pater in extirpandis gentilium abusibus. qua de causa magnas sustinet persecutiones & iniurias à Mauris. Hinc rectà pergitur versus Caramandel, & S. Thomam, vbi superiorem agit P. Cyprianus, cuius ministerio Deus bona plurima operatur, tam in Lusitanis quàm indigenis.

Caramandel. Thomopolis.

Iaponia.

In Iapone quæ in 33. gradu sita est, duo loca nostri inhabitant, quorum alter est in primaria ciuitate regni Amanguci, vbi nostros regit P. Cosmas Torrensis: alter in Bungo, quæ & ipsa regni cuiusdam Metropolis est: illic nostris præest P. Balthasarus Gago, sed illuc iam appulisse speramus Patrem Melchiorem Nugnezium cum vndecim fratribus nostris, si Deus eorum iter prosperauerit.

Bungũ metropolis. Iapania.

Appulit huc Pater Emanuel de Morales ex Ceilano, vbi tam ardentissimis concionibus habendis quàm audiendis confessionibus talentum sibi concreditũ fideliter expẽdit. Is hic sanguinis fluxu laborare cœpit, quo etiã morbo consumptus in media fratrum nostrorum circunstantium corona ad extremũ vsque nomine Iesu inuocato, spiritum creatori reddidit, non sine magna omnium consolatione. Quem post duos menses elapsos Pater Gasparus, & ipse laboribus exhaustus, sequutus est. Infirmitas eum inuasit, dum illud euangelium: Simile est regnum cœlo-

Gasparus.

rum

rum homini regi &c. pro concione explicaret, vnde domum reuersus, quàmprimum ad se curauit vocandum P. Melchiorem, affirmans se iamiam ad alteram tendere vitam, sicq; breui mortis agone superato singulare nobis patientiæ exemplum reliquit. Mors eius ab omnibus passim deplorata est tantúsque ad funus celebrandum hominũ numerus confluxit, vt vix tandẽ magno labore corpus eius ad quoddam sacellum delatum terræ sit conditum.

H052445

EX EPISTOLA PATRIS Henrici Henriquez ad R. Patrem Præpositũ Generalem & cæt.

Agit de Grammatica ad vulgare idioma addiscendum componenda: Turcorũ in Christianos furore: Meschita captiuitate, & Iosguo in disputatione convicto.

Pax Christi.



VM superiorum meorũ iussu Coccinum peterem, ciuitatis Episcopum allocutus, obnixè apud eum egi, vt negocium committeret, & doctis, & in sua lingua benè exercitatis viris: quorũ partes essent Coccinensi linguã cùm Piscaria, ita inter se componere, alioqui non longè dissidentes, vt si quis error, & discordia in loquendo esset, adunaretur. Episcopus homo studiosus Reip. non gratuatĩ acquieuit, & ad istud euocari iussit, quos maximè idoneos iudicabat. Oẽs ad vnũ hoc labore tãto facili⁹, & lubẽtius vtebamur, quòd Christianis vtiliorem fore persuasum erat. Paulò antè q̃ Punicalẽ ab hoc opere redirem, Bagada vicinorũ locorũ prefectus Vsinachus dictus, piscationem sibi dari liberam voluit à Christianis ad Margaritas, quarum hic nom

infrequens copia est: si renuerent, ferro, & flãmis se viam factarum, & vxores, liberósq; abrepturum in seruitutẽ minabatur. Nostri periculum veriti, cùm non incertam haberẽt eius potentiam, licet iniqua petenti, acquiescere tamẽ quoquo modo decreuerũt: prius tamen quàm sententiam suam, & respõsum apud eum redderent, consultationem inibãt de vertendo solo, potius quàm per tyrãnidẽ ab illo se corã opprimi paterentur. Erat enim hic Bagada & inimicissimus Christiano nomini, & quòd cum Turcis familiaritatem haberet, ab armis & pecuniis paratissimus. Accidit interim pro tempore non importunè, vt noster, atq; idem regionis Dux ad Proregis mãdatum Christianos, & Lusitanos apud B. Thomæ commorantes, in Insulam Iafanapatã, Regi Bisnageno subditam sub initiũ Augusti anno 60. deducere pararet. In hac expeditione dum versatur, ecce tibi Bagada ex improuiso Punicalem appellit bene mane, magna militũ manu & æquitatu, ac plurimis Elephantis armatus, multósq; in seruitutem videbatur redacturus, nisi Lusitanus quidam genere nobilis furorem eius auertisset: qui cum militibus aliquot obuius Tyranno occurrit, & commisso prelio præcipuum alæ vnius Ducem occidit: Huius ob mortem classicum canere, & se recipere coacti, spaciũ nostris dederunt colligendi se, & ad mare cõueniendi, vbi nauigiis præparatis in alteram oram subitò traiecerunt. Triremis vna quæ Præfectũ habebat, et Patrem Ioannem Meschitam

schitam (nam ego iam dudum ab initio in eã ascenderam) præ sarcinis & impedimentis adhærens vado, oportunum tempus, & vberius mare expectãbat. Hic iterum nos hostes adoriuntur, nulla nõ vi adhibita. Quamobrẽ cũ neque prouehendi ad nostros in vlteriorem ripam, nec redeundi facultas esset, necessitate coacti sumus manũ cum illis conferere. Pugnatum est vtrimque acriter: diu ancipiti victoria, sed tandem ad illos incumbente. Fit cœdes nostrorum, trucidantur, & vulnerantur non pauci. Pater Ioannes Meschita ab hostibus captus est, ego natãdo sicut potui elapsus sum: quod attinet ad labores ipsius, per alios atq; adeo ipsum certior fies. Quamobrẽ ad ea explicanda me dabo, quæ his in locis, nostrorum opera & studio perfecta sunt.

Meschita captus.

Re ipsa comperi concertationes publicas, quas cum Ethnicis hic agere solenius non minimi esse momenti: in iis ita me exerceo, vt si quando occasio detur publicè disputandi, ea perlibenter vtar. Fortè fortuna veneras ad hæc vicina Punicali oppida, Ioguus quidam, vir summæ apud omnes authoritatis habitus, & prudentiæ. Ad hæc eius ætatis, vt trecentesimum annum eũ attigisse dicerent: de quo vt plurima alia, ita prope fidẽ omnẽ excedentia ferebantur: vbi rem cognoui, & tanti eum apud plebẽ nominis esse, & ad eum velut ad miraculũ quoddã omnes vndiq; cõfleure, literas ad eũ dedi, quòd ipse præ aduersa valetudine pedem mouere non possem: quib⁹ hominẽ ad me domũ euocaui.

Ioguus miraculum.

venit ille non cunctanter, bonam sibi forsitã pecuniæ summam apud Christianos meo studio conficiendam expectans. Aderant id tẽporis Punicalis oræ Principes quinque viri, cum his Ethnicorum nonnullos acciri iusseram, & disputationem cum Ioguo instituimus, in qua Domino Deo visum est, ad fidei nostræ veritatem aperiendam, ea suppeditare argumenta, quæ hic non modò non refelleret, verumetiam suo silentio comprobare videretur. Aduerterunt hoc non pauci ex Ethnicis, & fidem nostram benignè prosequuti sunt: Addebãt illud etiam legem suam ad veniam peccatorum habendam æquè facilem non esse cum nostra: quod tametsi simulato animo nonnulli potius dicerent, cũ de peccatorum remissione, quàm quod apud se ita statuissent: disputatio incidisset. Tamẽ veritatẽ ex tam aperta luce rationum potuerunt facilè aguoscere. Finis demum in eo fuit totius institutę disputationis, vt Ioguum falsi conuinceremus, quod etiam factum est. Quamobrem qui Punicalem magna pompa, & fastu, clangentibus præ se tubis ingressus erat, nõ eadem celebritate reliquit: pudore, & ignominia suffusus clam se ex ea subduxit. Hæc res & magnam voluptatem attulit nostris, & Ethnicũ vnũ ex disputatione cõmouit ad fidem: & si vt eam reciperet nondum persuaderi potuit. Vir in omnibus industrius, & ingenioſus, qui cùm ad nos domum sæpe ventitaret, & ego multum diúque de diuinis rebus, & nostra lege cum illo verba fecissem, ip-

sem,ipse quidem vera esse confitebatur quæ diccbam omnia,mundi tamen illecebris impeditus,non potuit ad id perduci,vt agnitam veritatem amplecteretur.

Pro summa diligentia & desiderio mihi fuisset, nonnulla de Idiomate Malauarensi conscribere, & Dictionariolum cõsarcinare: quoniam tuam paternitatem velle intellexeram,nisi nos Bagadæ repẽtinus oppressisset aduentus, qui (vt antè dixi)omnibus rebus me exuit,tum præcipuè membranis orbauit, quas charissimas habebã, quod in iis peculiariter quædam annõtata tenebam, quæ non tam ad religionem nostram, quàm hanc rem de Malauarensi lingua pertinebant.

In his continentis terræ locis oppidum quoddam erat,sexto à Punicali miliari dissitũ,in quo hominum quoddam genus degebat,quos Chiareos vulgò nominant: ex his non pauci numero Christianam Religionem professi,ad nos venerũt baptismi gratia,quos ardentes animo cũ videremus, et erga fidem benè animatos, iussimus, vt domum quisq; suam reuersi vxorem,liberos,ac familiã omnem vnà secum ducerent baptizandos:quod etiam non instrennuè fecerunt, relictis nonnullis quos tamen perinde vt vicinos alios ad fidem aliquando venturos piè speramus. Qui ad Margaritas colligendas è nostris se conferunt,omni opera incumbunt, vt pauperum afflictas res,& fortunas,sua liberalitate subleuent, & in ea re diligentes sunt supra modum. Nuper in proxima piscatione

duo millia Phanoſiorum in eleemoſynam erogârunt. Hi Phaniſij in publica moneta ſunt ſeptendecim ex iis, aureum nummum noſtratem faciunt, ea omnis pecunia Xenodochio noſtro ceſsit, quod in Punicali habemus. Alias etiam tria millia Phanoſiorum contulerunt, pro puerorum huiuſce regionis collegio inſtituendo: plura, & vberiora promittentes, vbi per facultates licebit. Finem facio ſcribendi. Dominum Deum rogemus omnes, vt voluntatem ſuam ſanctiſſimam, & agnoſcere pariter, & perficere nobis concedat. Datum in Inſula Mauara 6. Idus Ianuarij anno

1562.

Seruus inutilis omnium
Henricus Henriquez.

EX EPISTOLA P. Ioannis Meschitæ ex vinculis ad P. Henricum in Commerino scripta.

Carceres & labores Meschitæ referuntur.

Pax Christi.

SIT Dominus benedictus. Labores & dolores, hic nobis ex obuio occurrunt, quanquàm pro eo, ac peccata mea merentur, planè infra meritum meum est, aliquid pro Christi nomine acerbius pati, nedum mortem oppetere, & glorioſissimam martyrij coronam consequi. Versamur interim inter angores, curas, & quæstiones, & tormenta, denique capitis obtruncationem in horas singulas expecto. Bagada meus Tyrannus, quod pecuniam constitutam recipiendi spe decidit, & Christiani ab iis quæ incolebant loca se clam subduxerunt, in me furorem, & iram suam indies auget, quamcunque in partem res cadat, Deo nostro sit honor & gloria. Ego optima quæuis in spe habeo, tum & si me peccata plurima tacita verberatione castigent, vt longè minus quàm pro culpa mesentiam premi: tamen facit immensa Dei

bonitas, quæ in se sperantes amplectitur vniuersos, vt planè confidam eam mihi fortitudinem, & vires adfuturas, quæ hisce laboribus ferendis satis erunt. Compedes grauissimas gesto, corpus catenis iniectis vndiq; constrictum est, Sit Dominus benedictus. Puer Michael in hisce perturbatus rebus vnus adest, & me cõsolatur. Obsecro vos, quanto studio possum, vbi per oportunitatem Ceilanũ literas dabitis ad nostros, aut Coccinum, aut Goã mei memoriam nolito deponere: sed apud omnes intercede, vt assidua ad Deum oratio pro me fiat. Multum enim valet (vt ipse scis) deprecatio assidua: ad quam rem vt alacrius præstandam excitentur, copiam iis harum literarum (si ita voles) facere licebit. 29. Augusti. 1569.

Seruus inutilis Ioannes Meschita.

9 EX EPISTOLA *altera eiusdem.*

Agit de sua liberatione, quam Deo potius quàm humano auxilio adscribit.

Pax Christi.

QVAS à te literas accepi charissime in Christo Pater, scito mihi gratas fuisse. Inciderũt enim in id tempus, cùm & mihi liberum esset eas le-

eas legere ſuis arbitris, & è vinculis elapſus, pro noua re à caſu gauderem vehementer. Sit laus Domino noſtro Ieſu Chriſto. Iã è carcere euaſi, crudeliſsimi Tyrãni minas, & machinationes, ac furorem oẽm poſt me reliqui. Dici nõ poteſt, quãta me gratulatione Chriſtiani exceperint, quo ſtudio proſecuti ſint, vbi primum immunem à vinculis viderunt, pretio non perſoluto tamẽ, quod pro me, ac reliquis in promiſsionem venerat. Non hic ſcribam (neque enim licet) per occupationes quoniã emerſi; ſed breui futurum id ſpero, vt abundantiore otio rem totã vobis vberius, & copioſius exponam. Tantum illud hic dicam humanis viribus, aut conſiliis, neq; me vſum fuiſſe, neq; adeo potuiſſe fieri, vt ex tã præcipiti, & perturbato ſtatu me extricarẽ. Digitus Dei fuit hic, huic totum aſſcribo, ac Glorioſæ virgini Mariæ, quæ preces noſtras apud eum alicuius prætij effecit. Igitur catenis onuſtus noctes, diéſq; adhibitis cuſtodibus, qui, quid facerẽ ſedulo obſeruabant: per medios hoſtes ſeptẽ dierũ itinere ad noſtros incolumis perueni. Sit Dominus benedictus. Literas has, & ſi breues, plenas tamẽ bonarũ rerũ. Reuerẽtia tua mittat obſecro ad Patrem noſtrũ Patriarchã, vt habeat, quamobrem & mihi gratuletur, & Deo gratias agat immortales. Ex hoc mari Iafanapatano 17. Cal. Octob. 1560.

Seruus inutilis Ioannes Meſchita.

EX

EPISTOLA IOANNIS Meschitæ ad fratres Collegij Conimbricensis Societatis Iesu.

1561.

Agit de Maurorum in Christianos furore & crudelitate, & quo modo occiso duce Mauro, pro Christianis inclinata primo sit victoria, altero verò die infoelici Marte dimicantes, dux noster & alii Christiani venerint in aduersariorum potestatem: Deinprolixè describit suos labores, vulnera, carceres, fugam, pericula, industriam liberatoris sui Michaelis, pueri planè Angelici: postremò victoriam Lusitanorum, & Regis Iafanapatæ fugam paucis perstringit.

Pax Christi. &c.

CVM decreuisset Indiæ Prorex, charissimi in Christo Iesu Patres, ac fratres ex littore Commorino Christianos ob Tyrannidem, & multifariam tiam, quam in illos Ethnici exercebant, in Insulam non procul à Ceilano sitam educere: regnum præterea Iafanapatæ, in Lusitanorum potestatem, redigere mandatum accepi à R. Patre nostro Prouinciali (quod in iis locis iã ad tertium annũ cõmoratus fuissem) vt illuc tenderẽ, & ad Pro-regis aduentũ prẽsto essem, vt in aliã Insulam

Chris-

Christianos deducerem, qui post Safanapatæ Regnũ captum, si modò caperent, nostri in eo collocarentur. Interea dum tempus expectamus mutationi faciendæ, accommodum, ecce multo equitatu, ac peditatu, pluribus etiã adductis Elephantis bello assuetis, Punicalem obsidere Bagada incœpit, & in ducẽ primũ ac Lusitanos milites inuehitur, qui tũ in Punicali nobiscum consuetudinẽ habebant, & ab armis satis imparati erãt, neminem (Deo nobis propitio) Christianorũ (quod tamen cupiebãt maximè) intercipere tum potuerũt. Etenim Lusitani quamq; numero longè impares: quippe qui supra 50. non erant, primã impressionem sustinentes, fortissimè cũ hostibus depugnârunt, & eorum ducẽ Maurum, virũ inter illos primarium occiderunt: ex quo factũ est, vt inclinata victoria, Mauriscq; repulsis, ad fugã se nostri adornarẽt cum vxoribus, & filiis Christianis, cùm iam locus & tempus eripiendi se prolixius daretur. Ex his dum naues præproperè conscendunt, plus minus triginta in mari suffocantur. Subsequenti die celerem triremem Dux vnà cum Lusitanis exponi iubet, in qua iam tunc Pater Henricus conscenderat, ita rerum quas ferebat mole depressam, vt portum egredi triremis nõ nisi copiosissimi maris æstu nõ posset: quod cùm hostes intellexissent, catapultis, & tormentis bellicis, atque arcubus, optimè instructi terra pariter ac mari, triremem acriter obsident, sagittas quàm plurimas in eam emittunt, vtrinque maximis viribus pugnas-

Mauri Christianos inuadunt.

Dux Maurus cadit.

pugnatur,cadunt hinc inde non pauci,plures tamen à nobis: ego cum magno vitæ discrimine versans,dum huc illuc discurro,sagittas septem excepi, tandem multitudine hostium obruti,Duce nostro, cum plerisque Lusitanis vulneratis, in miseram deuenimus seruitutem.P.Henricus Henriquez natando euasit : ego tabulæ cuidam in mare proiectæ incumbens,& insidens euadere tentabam : verum quòd natationis ignarus eram,in manus Bagadę cuiusdam incidi, qui simul ac venit, quasi lancea me transuerberaturus, ita instabat,& nummos postulabat,cui cùm prętersubuculã nihil residuum esse vidit, nece certè abstinuit.Sed ad Triremem ilico abripi iubet,in qua hostes latrocinio, & predę,& coedibus Lusitanorum intenti erant,méque relicto ad rapinam se conuertit:huc cùm vẽtum esset,non multò preclarius mecum, quàm cũ illis agebatur, profectò tam indignè ab aliis mulctatus sum, vt minimo minus à morte abessem,Primum vulnus in sacerdotali coro na tam graue accepi, vt ab ictu in mare præceps deuolutus fuerim,reliqua quòd me sensus iam destituisset,vix sensi : paulò pòst hasta pectus vulnerant,hanc plagam, quoniam luculenta erat,& vitalibus in locis,mortẽ mihi pro certissimo allaturam credebam. Enimuerò hæc quæ grauissima mihi euenerunt,nõ scriberem,ne quisquam parũ candidus interpres aliorsum accipiat,quàm à me referuntur: nisi me votum compelleret obedientiæ, & apud diuinæ laudis, vberiorẽ ex ea re futuram

Meschita 7.Sagittis vulneratur.

Maurorũ crudelitas in Meschitam.

mate-

materiam viderem. Maurorum nonnulli, qui cum Bagade permixti militibus nos oppugnatum venerant, & si nihil aliud constitutum habebant, quàm mihi vitam prorsus eripere, placuit tamen Deo misericordi, vt per infideles, ac crudeles Bagados commiseratione quadam in me commotos, hostes alios qui, ex Maurorum manibus me vindicarent. Vinctus igitur, toto corpore liuidus, ex plagis & cruore perfusus, ad ipsorum Ducem abripior: ibi cùm me erectum stare iuberent, ob nimiam vim sanguinis adhuc recentis & largè profluentis, in pedibis consistere nequiui. Ad hæc ducem nostrum, & alios Lusitanos decem videbam, plurimis confectos vulneribus, alium ab alio segregatum, ne mutuis colloquiis, vel solatium, vel communicationem vllam haberent, omnes ad Bagadorum imperatorem mox pertrahendos, in cuius conspectum priusquam ventum esset, in terræ foueas, & cauernas à mari passuum aliquot milia distantes compellebantur, vt pecuniæ extorquendæ facilem modum tenerent: Me multo labore lignorum strue humeris imposita, ita compresserāt, vt & sauciū pectus intumuerit ex vulnere, & vitalem spiritum ægrè ducere valerem. Interim rogabam supplex, vt vel paululum quiescere liceret, quum propemodum expirare me dicerem, sed ne tantillū licuit impetrare intermissionis. Tandem in Tyranni ciuitatem aduocati sumus: aduocat nos ille, & pretium redemptionis postulabat. Dux noster pluribus vulneribus saucius, cū

Crudelis spectaculum.

Impia Barbaries.

præ

præ ægritudine vix respondere posset, ad me conuersus aiebat, id ratum ac factum habiturum se, quod ipse constituissem: post varias minas, & contumelias, denique in prætio cõuẽtum est, vt vndecies nonaginta millia Faunosiorum, monetę hoc genus est apud illos, nostro more septẽ millia aureorum & quingentos daremus in vniuersum, qua cõstituta pecunia Lusitanos statim soluit, & me vnum pro obside reseruat omnium loco. Christiani huius tractus alteram se partem pretij solutu ros esse spoponderunt, fidémq; deinde liberãrunt. Interim subsidium nobis è Coccino à patre Melchiori venit, cibo, & medicaminibus ad nos transmissis, quæ res non mediocri solatio nobis fuit. Confestim D. Prorex significari fecit (qui omnium laborum nostrorum adhuc erat nescius) vt quamprimum Christianos educeremus, quoad ipsius aduentũ, ac regno Iafanapatæ, vt sperabat, expugnato, locus habitationi commodior illis traderetur. Interea temporis ad Insulam è regione Iafanapatæ sitam sese conferrent, & eum operirentur. In hunc locum dux imperio Proregis cum Lusitanis obtemperans, Christianos eduxit. Ego licet è vinculis grauiter laborarẽ, ad ducem tamen scripsi, vt nulla mei ratione habita, quòd Prorex in publicam vtilitatem cõstituerat, id ad magnam Dei, & Domini nostri gloriam absolutum daret. Cæterum Bagada vt vidit in solitudinem frequẽtata prius loca conuerti, nec pactæ nobiscum redemptionis sibi pretiũ solui, vt erat natura crudelissimus,

Ducatorũ 7500. pro liberatione eorum offeruntur.

delissimus & sanguinis Christianorũ scientissim⁹ instare cœpit, & vrgere atrociter quotidie mortem, & supplicia immania interminatus, nisi curarem confici pecuniam. Et cùm inflicta mihi vulnera iam cicatrici proxima non ignoraret, nepoti suo dixit, quem mihi custodem apposuerat, vt in me asseruando vigilantissimus esset, ex quo die semper armatis militibus circundabar, quòd ne in fugã me coniicerem, magnoperè pertimerent. Sed vbi compertum habuit Christianos ad vnũ ferè discessisse, ad hæc procrastinatione pecuniæ impatiens compedibus ferreis me iniecit, & catenam collo addidit, tam põderosam, vt erectum sedere planè vetaret. E custodibus vnus misertus mei, catenam è collo dependentem nocte sustulit. Sed vt beneficium lateret, neque ad Tyrannum res promanaret, interdiu iterum appendit. Cæterùm altero die cũ ferri põdere incuruus sedere cogerer, magna vis sanguinis è naribus profluere cœpit. Animaduertit hoc Christian⁹ quidã puer (cui nomen Michael) & tantã miseratus calamitatẽ, nullo non officij genere contendit, vt eam mihi leuiorẽ redderet. Facie lachrymis perfusa, Bagadam ipsum Brachmanum frequenti corona septum alloquitur, & infœlicem statum in quo eram exponit. Quod nisi remedium, inquit, adhibes, iam iam præ immodico è naribus fluente sanguine misellus ille Christianus extinguetur, atque vnà de eo quod expectas redemptionis prætio actum est. Commotus his verbis

Puer in Liberãdo Meschita ad miraculũ industrius

Tyrannus

Tyrannus, cùm me coopertum planè ferro audiuisset, ab iis immunem esse iubet, duabus modò catenis relictis. Ita profectò est, vt habent sacræ literæ, neque vis, neque consilium aduersus Dominum Deum intentari potest. Incredibili modo, tamen veriſsimo, truculentiſsimi illius leonis vngues euasi, quem in maiorem eius gloriam, qui occasionem tantam exhibuit, exponere non grauabor. Puer hic quem mecum habebam, tam industrium se mihi, ac magnanimũ in omnibus agebat, vt nihil quod bono meo esset, omnino perhorresceret, cum hoc communicaui (si qua ratione possem) fugam decreuisse: puer vbi rem hanc intellexit, nihil non attentauit, & molitus est, quo me voti compotem redderet: vbi igitur intellexit compedes fieri debere, fabrum sollicitat, proposito præmio, ab eo impetrat vt clauum quo firmãdæ erãt, ita tenuiter incidat, vt cùm esset necesse, paruo negotio dissolui ac infringi posset. Studio sibi habuit ipse puer, vt ferram, & forcipem, cum tenui, & oblongo ferro haberemus ad manum, quæ satis esse & idonea omnia putabat, ad clauum intra compedes herentem, & frangendum, & extrahendum. Constituto ad eum modum cum puero, de omnibus rebus consilio, ad fugã totum me Deo cõmitto. Igitur dum hæc meditor, opportunè admodum, non sine diuina prouidentia accidisse arbitramur, ipso Matthei, custodes ad ędiũ quãdam porticum à me recessisse. Ego interea tẽporis instrumentis meis sedulam nauo operam

Intellexit compedes fieri debere.

ram cathenę alterum caput tantum consulte multa facilitate solui, quo nimirum ea circũ circa corpus meum circumuoluta, ad locum semotum, vbi sine periculo me ab ea extris carem, venire possim. Interea venit puer, cui consilium de fuga sequenti nocte arripienda expono. Instrumenta ad destinatum locum vbi cathenæ soluendæ, defert. Noctem insomnem duco, negotium non parum promouit, quòd ob festum quoddam ludicrum defatigati custodes altum dormierunt, quare visum mihi hoc peridoneũ fugæ tempus, occasionẽ arripi extrema periclitaturus, cathenas corpori circumduco, cordis astringo charum onus, ne eorum proderer collisione: sed ecce dum me itineri accingo, custodiarũ dux expergefactus, lingua Malauarensi Penambu, id est, quid vis, interrogat: cui respondi: curi ciaue nũ, id est, velim bibere: & è vestigio cãtharum aquæ porrexit: bibo, stratum repeto, ac post semihoram cùm iam dormire custodias mihi persuadebam, vitam salutẽq; meam seriò B. Virgini commendans, iterum aggredior cœptũ opus: rogo vt propitia sit, Sacra Virgini, & Sabbatis ieiuniũ voueo. Quid multum, per medias custodias transeo: verùm dum ad vltimas venio, expergefieri cœpêre, gradũ suspẽdo, carceris murũ transcẽdo, denicq; omnẽ carcerẽ euado: sed alia rursùm se ingessit difficultas, Michael enim Dux meus non cõparet: in somnũ enim nec sciebam vbi inciderat: tandem quæsitum inuenit, muros vrbis transcendimus, fluméque

qua parte vadosum erat pedibus transmissi, peruenimus in agrũ oriza cõsitũ, vbi instrumẽta quibus catenę pfringẽdę erãt deposita iã puer dudũ habebat, diu quęsita, tãdẽ inuenit. Ruptis vinculis, ac me mihi restituto, res omnis cõmodius se gerebat. Diluescente die ad mõtẽ, septẽ, octoue passuũ millib⁹ ab vrbe dissitũ excurrimus, qui quòd arduus & salebrosus esset. ego vero nudis incedere pedibus, incredibile est, quãtos subierim labores: obuersabatur inter has pœnas, recordatio itineris illius, q̃ Christus Dñs sublata in humeros cruce ad nostra expiãda peccata, ad caluarię mõtẽ perfecit. Sed proh dolor, nequaq̃ pro ea ac par erat, fructũ elicere valebã. Inde digressi per errorẽ pueri non satis exploratas habentis vias, & itinera, in oppidũ peruenimus Ethnicorũ, in radice montis positum. Ego inter spinas me abdebam, tantisper dũ ille in domũ sutoris cuiusdã excurrẽs, à quo ex funibus cõfectos calceos emit, vt de via percũctaret. Dũ eò venit, intelligit Bagadã in omnem partẽ exploratores misisse, qui me & inuestigarent diligentissimè, & ad se inuentum adducerent. Quæ cùm puer mihi consternatus planè narrasset, vt potui, tristem animum eius consolatus sum, & erexi, nihil quippe diuina misericordia benignius esse, neq; qui nos huc vsq; liberasset, in posterum seruare destiturum. Angelos enim nobis pro diuina sua bonitate assignasse custodes salutis nostræ, qui nos facile è Bagadæ manibus vt eriperẽ, ita facere ne recidamus, & volunt, & norunt. Ad eum mo-

Angeli custodes.

dum ami-

dū animo addito puero, quantū potui, de itinere certiores facti, neq; per syluas viam pediti ignoto esse, 12. millia passuum tamē in illis progredimur, itinere relicto, Ethnicos sparsim habitantes adimus, vt ab vno eorum in domum recepti pecunia data latebras redimamus. Non displicuit istud consiliū pueri, paululum nautici panis, cum aqua sumentes, non sine labore maximo per prata noctu iter agebamus, grauiter enim pes mihi affectus erat, & puero vsus loco baculi sæpissimè sum, tota nocte in itinere consumpto, ne sic quidem locum in quo latere tuto possim inuenire licebat. Cūq; aurorā diem iam trahere cernerē aio ad puerū, si locus remotior esset, quoniam post horā lucesceret, nullū reliquū euadendi remediū futurū. Dū hæc dico viatorū voces audio, à quibus ne deprehēsus prodeter, à via deflecto, & ipsum mitto, qui de pago quē petebamus sciscitaretur: Abit ac negotiū cognoscit, regressus nunciat, in propinquo esse. Quā obrē eo dirigimus iter, & in ipso velut articulo auroræ locū attingimus. Sed quia externū esse me facilè perspici poterat, tēpus & oportunitatē inquiro ad deliteſcendū, quā & si diu multūq; laborarem vt contingeret, nulla tamen adhuc à nobis haberi potuit. Iam clarum mane illuxerat, cùm ad catapultæ iactum, istū pagum prospicimus quo progrediendum ab initio Michael noster præfixerat. Hic igitur certa iam spes affulgebat aliquantisper latēdi, & vires atque animum colligendi. Sed enim cùm iam pago impenderemus, torrentem

cõſpicatus,quod ſiti ſupra modũ excruciarer, ad eum accedo,ac præterfluentẽ largiter hauſio. Accidit hic vt ob nocturnos, diurnóſq; labores,et corporis meatus omnes exhalarẽt, & ab ipſo potu ita proſternerentur vires, vt quanquam puero innixus,ægrè me tamen in pedes erigere poſſem. In pagum tamen ipſum ablego tentaturum remedia,interim abditus redeuntem operior in agro, qui conſiſtus oriza luxuriante nõnihil à proſpectu me tuebatur.Hic mecum ſubducta ratione periculi magnitudinem in eo,cuius iam bonã partem emenſus videbar, ſed tanto cum pauore iuxta & labore,vt viuere deinceps vix luberet.Quamobrem percommodè illud Heliæ venit in mentem. Non ſum melior patribus meis,& petiui animæ meę vt morerer, ita affectus,vt ſi Dominus ita cuperet,libẽtiſsimè mortem cum vita commutaſſem. Fieri certè non poteſt,quin in hiſce calamitatibus cõſtituto,plurimum mihi veſtræ preces ſolatij attulerunt,& emolumẽti.Dum occultor,(vt paulò antè expoſui)& redeuntem expecto, Deus Dominus noſter pro conſueta miſericordia neutri noſtrũ voluit deeſſe:puer Ethnicos inuenit,adit illos ac plandè ſalutans,dicit ſe vulneratũ, in cura, & comitatu habere quẽdã,alterius tñ homicidã hũc abdere domi parati ſint,donũ ab eò nõ mediocre illos accepturos,neq; pœnitendũ(illi quæ eſt omniũ fames habendi)ſe perquã libẽtiſsimè facturos reſpõdẽt:ingenti gaudio exhilarat⁹ ad me redit,& monet vt feſtinẽ,iã ſe ꝓſpexiſſe de loco,ſur-

co, surgo anceps, animíq; dubius, & nemine videnteagrũ egredior, atq; propero quo ducit. Sedebat in via tũ fortè qua transeundum erat mulier Gentilis: hãc ille ex cõposito amolitur, & salutat, & ne in me animaduertere posset, quarundã rerũ narratione occupatam tenet: vsq; eo dum præterirẽ: inde ad me venit, & in Ethnici cuiusdã domũ adducit tam angustã, vt vix comitẽ capere posse videretur. Hic ad diem integrũ latitaui. Quò autem tota res tutior esset, & extra periculũ magis, per pagũ puer obambulare cœpit, & ad primarium quẽdam loci illius virum adit, à quo nonnullis fauoßs datis, paucillum olei mercatus est: neque tamen negotium tam occultè confici potuit, quin ad aures mulierum peruenerit me Lusitanum esse: & ad præfectum ingressi, Adigaar vulgò dictum, vt omnia illi renunciarent. Venit ille ad me, & quasi perterritus aiebat, non abfuturum se à morte, si Tyrannum id rescire contingat. Ego tam ancipiti discrimine deprehensus, velut inter malleum, & incudẽ, Michaeli imperaui, vt fauoßs homini pollicitis aliquot, impetraret ab eo silẽtium: facit vt iusseram: & 400. spõdet, hoc est, nũmos aureos 30. nõ enim minoris facere velle videbatur, vt periculũ occultationis in se admitteret. Cùm tantæ summæ soluendo non essem, puerum euoco, quę necessitas mea ac tenuitas esset expono, simul rogo vt viam aliquam inueniendæ pecuniæ exquirat. Quandoquidem inquam, mi Michael tantos subiisti labores in meam gratiam, vt & vis

Summa pericula in latitiã vertere nouit Deus.

tam mihi redderes amissam, & à vinculis eriperes, hoc vnum tantis beneficiis adiunge, & nummos inuentos cura, vt hos homines illicò absoluas. Ille ad decimum quintum lapidem digressus, oppidum quoddam accedit, in quo nonnulli Christianorum commorabantur, apud hos omni studio effecit, non solum vt nummos libentissimè traderent sua summa volũtate, sed accurrerẽt salutaturi, & quoniam pede grauissimè læso ambulare non poteram, opem in eundo ferrent, cibis etiam apportatis, quorum extrema penuria superioribus diebus nos fere enecârat. Toto itinere reliquo fœliciſsimè vsi sumus, in neminem occurrimus, qui nos vel externos deprehenderet, vel carcere fugitiuos. Nocturno tempore ad primum oppidum venimus Christianorum, nouem passuum millibus à littore distans. Ad hunc igitur modum post graues, & multos labores, ac sollicitudinem plurimam, septem diebus, totidemque noctibus itinere impensis extra Bagadæ Regionem tandem pedem fiximus, & quod fortunæ propitiæ fuit, naui Lusitana reperta ad gubernatorem delati incolumes sumus, & maxima ab eo lætitia, & reliquis omnibus accepti. Coepi postmodum quæ in fuga mihi contigissent, exponere cunctis, qui intererant, Deum collaudantibus, & gratias illi summas agentibus, mox vestes mihi offerunt, magna cum beneuolentia, quibus corporis nuditatem arcerem. Soluentes ex eo loco, quinquaginta miliariũ iã cursu peracto, ad le-

pri

pri Insulã appulimus, in qua per id tẽpus cũ Lusitano milite dux noster morabatur. Vbi primum è littore prodeuntẽ me vident, tanto sunt omnes ex fœlici reditu gaudio elati, vt lachrymas excuteret nõ paucas. Ruũt omnes summo amore in collum, me beneuolè amplectuntur tanto studio, vt humeris subuectum in domum vsque ducis præ lætitia deportârunt, neque integrum habui vel semel quidem pede terram contingere. Dux verò vbi primum vidit, obstupuit præ admiratione, sensus eum omnis præ nouitate destituit, vox faucibus hæsit. Enimuerò voluptas quam vniuersi Christiani ex nostro aduentu perceperunt, tanta fuit, quantam verbis dicere non possem. Omnes me visebãt, omnes salutabant, omnes aduentum congratulabantur, sed in primis magnas agebãt gratias liberatori meo, puero, inquam, Michaeli, huic aliqui in præsenti pecunia aureos obtrudebant, alij daturos in proximo polliciti sunt: quidã etiã sub primã Margaritarũ expiscationẽ ducẽtos se soluturos, alij aliis illũ muneribꝰ prosequebãtur. Ethnici nobis familiaritate cõiuncti, suo hac in parte etiã officio satisfaciebãt. Hanc voluptatẽ alia cumulabat, quam ex Proregis aduẽtu accepimus, qui quarto à redditu nostro die cũ classe ab India profectus adfuit, & militẽ ad principẽ Iafanapatã Regni ciuitatẽ exponit, multa vi, ac tormẽtis expugnat, atq; in suã potestatẽ reducere cogit. In hac tota pugna 6. ex Lusitanis tm̃ desiderati sunt Rex Insuldeñ, fugit, timebat enim ne id eue-

Lepri insula.

Gratitudo Christianorũ in Michaelem.

Rex insuldensis fugit.

niret,quod à veneficis ante vaticinatum sibi audiuerat,annũ dũtaxat ipsi resíduũ esse vitæ. Fugientem Lusitani ad 50.passuum millia persecuti sunt,si forte ex fuga retrahere hominem possent. Post victoriam hanc maxima pars Indigenarum ad Proregẽ vltrò defecit,quòd proprio Regi neque seruirent libenter, intolerabilem in illos Tyrannidem exercenti, neque Lusitanorum facilitatem exosam haberent.In negotium expugnationis vniuersum,tres menses abierũt. Mox exercitus laborare aduersa valetudine, ac desistui cõmeatu cœpit. Rex ad Montanos effugerat,vt spes capiendi propemodum nulla esset:tamen filium suum ad Proregẽ ablegauit, vt & misericordiam ab eo imploraret,& in Proregis se potestate,ac sua futura diceret,tãtum leges æquas optare ab eo præscribi tuendæ pacis: fecit Prorex vt petebat, fœdus percussum cum eo,ac iuxta pacis cõditiones, bona pecuniæ vis persoluta est,quibus studiis dum sumus intenti, ecce tibi de integro incolæ in nos concitantur,Regis ipsius(vt credebant omnes)instinctu.Sed quia ad hanc rẽ imparati admodum nostri erant,& in varias Insulæ partes dispersi,agebant,euitari tumultus non potuit,quin viginti Lusitanos milites extingueret,aliosque Christianorum nõnullos,inter quos Fratres aliqui ex religione S Francisci,& Prouincialis eorum fuit.Hi homines quantum coniectura capere licebat,ad fidem nostram suscipiendam paratissimi esse videbantur, ni per dæmonem impedimentũ obiectum

obiectum fuisset. Priusquam hæc proditio in-
cideret, Coccinensis Episcopus, qui cum Pro-
rege aduenerat, optimè præparatos ad fidem
animos eorum intuitus, quamplurimos ba-
ptizauit. Prorex coorta pertubatione mo-
tus, & grauissimis vrgentibus negotiis, coe-
pto operi finẽ imponere non potuit. Sed in-
structa classe Coccinũ petit, ac Camorinis eo
in loco Christianis ad habitandũ relictis: ce-
terũ in insula Mauaza sedes constituere iu- *Insula Ma-*
bet, præsidium ad hęc imponit, centum quin- *uaza.*
quaginta Lusitanis militibus Insulã assignat,
decem naues bellicas relinquit, quibus ad prę-
sidium, & defensionẽ sui vterẽtur. Prorex in
procinctu dũ me alloquitur, in humeros no-
stros magno amore ruit, atque fugę, peregri-
nationisq; ac periculorũ ordinẽ exponere iu-
bet, méq; nõ sine admiratione, et gratulatione
summa animũ beneuolũ ostẽdit, & quod iam
perficere nequiret, breui fœliciter se effectũ
daturum esse promisit: neq; dubito quin faci-
et, est enim diuini honoris studiosissimus, ma-
ximo afficitur desiderio fidei propagandæ.
Quæ eo in bello gesta sunt, sigillatim mini-
mè perscribã, tametsi non indigna quędã co-
gnitione sint. Nã neq; ad institutũ nostrũ o-
mnino pertinet, neq; tẽporis angustia per-
mittit. Peto à vobis charissimi Patres, ac Fra-
tres, quãto studio possum, vt in vestris ora-
tionibus mei pauperis memoriã continuã ha
beatis. Cęterùm quę de liberatiõe nostra scri-
bo, ita accipite vt nisi P. Prouincialis hæc mi-
hi vt scriberẽ imperasset, & ipse scirẽ nõ mo-

dicam

dicã ex his rebus vos percepturos esse volup-
tatẽ. vbi quæ ad suam ipsius gloriam Domi-
nus his in regionibus efficiat, intellexeritis,
ea nõ fuerim scripturus Sũma illa bonitas Dei
ac domini nostri gratiã tantã nobis largiatur,
qua perfectè sanctissimam suam voluntatem
cognoscere, et perfectissimè illi satisfacere va-
leamus. Coccini 7. Calend Feb. 1561.

Indignus frater Ioannes
Meschita.

ADMODVM R. IN CHRI-sto D. Florentio Bouchortio Societatis Iesu.

Texit historiã de R.D. Richardi optimi Præ-
sulis Ecclesiæ Armacanæ captiuitate, con-
stantia, fide, miraculosa liberatione, & exi-
mijs virtutibus.

Pax Christi &c.

NOn abs re, nec iniucũdũ fore arbitror D. Florẽti si paucis R. T. cõmmeorauero, quæ mihi nuper R.D. Archiepiscopus Hyberniæ & Ecclesiæ Armacanæ præles de prodigiosa ac planè stupenda sua à vinculis liberatione dixit, quemadmodũ è Lundunensi carcere, qui à Turre nomen habet, euaserit. Ego cũ non absimilem iudicarem à S. Petri quam

in Actis

in Actis Apostolicis, habemus eductione. rogaui ipsum, ne forrẽ, ſi ad alios referre pararẽ in re gesta quicquam prætermitterem, vt de scripto eam mihi communicaret. quod ab eo tandem, vt est vir humanus, & diuinæ laudis ampliandæ studiosissimus, obtinui. Sic autem de toto negocio statui potest, vt existimen non parum solatij & bonæ mentis Catholicæ fidei sectatoribus, qui nunc passim affligunstur allaturum esse, præsertim strenuis ac totis viribus, in eam tuendã incumbentibus. Quãobrem facilius etiã & prõptius feci, vt res in cognitionem tuã veniret, vt tibi & commilitonibus in Christo materia daretur, qua spem & fidẽ suã erga Deũ exercerẽt, laborarẽtq; in vinea Domini vehementius in hoc tam dubio & turbulento rerũ statu: propemodũ rebus humano modo se habentibus vbiq; pro desperatis. Quis enim Armacanũ nostrũ euasurũ sperabat? scio preces fusas esse nõ solũ in societatis collegiis, verũetiã ab aliis multis nõ infrequentes, potius vt forti animo spiritum redderet, quã euaderet: vt Roffensem & Thomã morũ, è cuius familia nõ paucos supstites quidã societati Iesu nomẽ dederũt suo exẽplo inuitatus, fortiter moriẽdo ad eadẽ toleranda reliquos animaret & accenderet. Sed longè alia via laceris partibus Christianorũ adesse voluit Deus: vt & ipse de consecutione narrationis intelliges. Roma missus itaque vt rem aggrediar venit non sine liberalissima Pij 4. Pontificis. Maximi. munificentia, vt & oues suas in Hybernia è truculentissimo-

Roffensis & Morus martyres.

tissimorum illic Luporum ac leenæ faucibus erueret, atq; eis officiosè ac perhumanè præesset. Ingressus Insulam sacrificium missæ in quodam suæ prouinciæ monasterio peregit. Non procul à littore vnde ascenderat, milites Præfecti cuiusdam, qui illis in oris arcem & curam explorandi habebat, Episcopum eo in loco aggressi, in arcem abducunt: vbi ab ipso præfecto de primaru Ecclesiæ interrogatus familiariter & ingenuè catholicam doctrinã non erubuit, & liberè quod res erat, Christianum se professus est: erat inter reliquos præfecti frater qui in colloquium cum eo venerant, homo vehemẽs, & manu promptus, qui quòd hæresi infestissimus esset, adeo ira accẽsus est, vt furiis agitari videretur, neque quicquam intentatum aut indictum reliquit vsq; eo, dum ad Reginam Angliæ rem deferret, sperabat enim ex huiusmodi prẽda nõ modò fauorem summum in aula, sed ampla præmia se consecuturum: id quod non obscurè præ se ferebat, lucri se cupiditate permoueri magis, quàm quòd illi de religione magna cura superesset. Nam hęc sunt quæ maximè mouent homines à Christo & charitate destitutos, qui ad veterem Idololatriam paulatim, & quasi per gradus quosdam reuertuntur indies, sicut enim catholici semper proficiũt plura quàm antea perscrutantes & percipientes ira: isti dũ errorem ex errore, & falsitates ex falsitatibus accumulare pergunt: in præcipitium grauius deuoluuntur: quàm hoc sit verum facile intelligunt. Non solum qui primos Lutheri &

Capitur præsul.

Confessio fidei.

Hæresis gradus ad Idololatriam.

Melanc

Melanthonis libros cũ posterioribus cõferũt, sed qui in hoc genus hominum incidunt, & explorant viuendi modum & conscientiam, nunquam enim dubitandi finem vllum eos facere deprehenduntur, vsque adeo vt ipsimet id desiderari nequeant, vnde propriis se opinionibus non fidei fundamentis niti, concedãt oportet. Cæterùm fides orthodoxa, vna, certa & mutationibus obnoxia nõ est, quippe quæ à Deo, qui vicissitudinem non recipit, manat: hi verò de quibus loquimur, in tot sectas & opinionum monstra secantur, quot hominũ ferè capita sunt, vt reuera aliud nihil eorum fides habẽda sit, quàm fluxa & lubrica quędam de rebus opinio, nulla authoritate maiorum nixa, fundamento nullo roborata, tum qui apud ipsos doctissimi habentur, vtinam essent: nunquam sibi constant, semper herẽt, & vt aqua labuntur: & qui probatissimi putantur, ne muscam quidem extinctam ad vitam reuocare (vt vulgo dicitur) aut claudum canẽ sanare adhuc potuerunt. Cæterùm viuos enecare & ad inferos demergere, seminare discordias, tyrannidem, latrocinia, homicidia exercere, bella contra principes seditionésque mouere & optimè norunt, & pro ludo quotidiano habẽt. Sed longius quam pro instituto veritatis amore prouectus sum: redeo ad rem. Deprehensus ad eum modũ hic noster, de quo diximus, Pręsul, ad Reginã deducitur, & multis interrogatiõibus vrgetur: erat hoc in Vest monasterienſi curia, vbi frequenter agunt Reges Angliæ. Cũ satisfeciſſet ad omniũ obiectiones

Hæretici semper de bij.

Sola catholica Ecclesia miraculis munita. Opera hæreticorũ.

lectiones & pro tempore cum modestia fidei nostræ bonã rationem apud eos deposuisset, inter duos lictores per vniuersam ferè vrbẽ Lundinũ in spectaculum deducitur, vt omnibus pro fide Christi derisui foret & contemptioni: dein indicta causa, & indemnatus abiicitur in profundissimũ & obscurissimũ carcerem, cui turris nomẽ est, fuit hoc ipso Cathedræ S. Petri die, à quo tandem ad amplioris spatij & lucis cubiculũ ascẽdere permissus, quidã enim iustitiæ & legũ memores quod paulum modò bonorũ consuetudinẽ noscẽt, alienum esse dicebant ab æquitate, eũ qui nullam suæ causæ rationẽ attulisset, ita inhumaniter in tã tenebroso, & angusto loco pœnas & vitã inopem trahere. Dũ his premitur optimus & patientissimus præsul angustiis, nõ defuit afflictarũ mẽtiũ, solator Deus, sed ipso D. Petri, qui à Cathedra nomẽ habet die pari ter & certã ei liberationis spẽ iniecit, & animũ afflictũ insigni cõsolatione pfudit. Ipse in oratione cõtinuus, tertio pòst die, qui Dominicus erat officiũ missæ qua potuit sedulitate à memoria in carcere recitare cœpit, gratiã hãc & voluptatẽ à Deo immissam, horribilis quidã animi pauor præcesserat, adeo grauis sanè & toleratu difficilis, vt velut in mortis articulo positus animã agere sibi videretur, quo pdurãte mortuorũ vigilias quas vocãt pro seipso legẽs existimabat breui futurũ, vt Christo propter fidẽ immolatus impẽderetur. Adhęc expectabat eos q in fidẽ & vitã suã institueret examẽ, quos ipso die Diui Patricij Hyberniæ Patroni

Diuina cõsolatio.

Desideriũ Martyrij.

Patroni primíq; prędeceſſoris ſui & Armacanæ Eccleſiæ Cathedralis inſtitutoris aduẽturos cognouerat, huius ille ſancti præſulis patrociniũ nõ ſemel fuerat propitiũ expertus: & ob hoc precibus quotidianis, opẽ ab eo obnixius efflagitabat. Examinat⁹ eodẽ die, & mox ab hoc ſubſequẽte quarto, audit à turris prędecto, ſummã rei noſcẽdę cõmiſſam eſſe quibuſdã, ſed tñ videri ſibi in iis quæ ad animarũ gubernacula in Hybernia pertinerẽt Pont. Romano obediendũ nõ eſſe, ſed Angliæ Reginę, cui Hyberniæ oẽs Eccleſiæ ſubſunt, enimuerò bono animo eſſe iubet, ſi modò pfidia relicta, ſic enim interprætãtur Catholicã fidem, hæc eadẽ beneficia a Regina petat, & eiuſdem inſtituta ꝓmouere conetur. Quę cũ ſæpius & diuerſis temporibus alij ſuper alios inculcarent, conſtanter reſpondit vt Catholicum decuit Antiſtitẽ, ſe ne latum quidẽ vnguem ab auitis religionis Chriſtianę legibus receſſurũ. Iam quinta ab incarceratione hebdomada efluxerat, quæ infra octauam Paſchæ incidit, cùm neſcio quo niſi diuino inſtinctu, de fuga deliberationem capit, huius rei occaſionẽ auicula dediſſe videbatur, quæ per caueæ rimas elapſa ad euolandum pennas mirificè roſtro componebat, & alas explicans, & coram illo in cubiculo ſubſultans, ad ſimile quid eum inuitabat. Igitur licet in ſpe non certa omnia haberet, tunicã tamen & ſarcinulam omnem colligit, & ſe itineri occultò accingit, nec vana ſpes fuit, vt exitus poſtmodum oſtendit: opus enim hoc erat à Deo, quamquã ſeruo ſuo id non

Elizabet pontifex nouæ Eccleſiæ Anglię.

nõ nisi obscuris iudiciis notũ faceret & spe, quadam inusitata contra spem confidere iu, beret. Dum hæc fiunt, sequenti nocte in, gens strepitus in cubiculo suo, proximéq; ad, iacentibus locis exauditus est, vt carceris cu, stos animo perturbato accurreret & interro, garet de causa tãti tumultus. Episcopus respõ dit, quod res erat, altè enim obdormierat, se ni hil audiuisset, nedum excitasse illum strepi, tum aut turbam, signa tamen quædam appa, ruerunt in eius cubiculo commoti carceris.

Terræmo tus quidã.

Quæ hos strepitus proxima nox excepit, variis quoq; ei somniis imposuit: videbatur se videre quẽdã carcere egressus custodias & periculum omnem effugisset. Tertio inde die variis simulachris & modis mortuorum spe, ctra in somnis ei occurrerunt, in quibus po, tissimum illorum faciem & effigiem agnos, cere videbatur, quibus ipsa Paschatis celebri, tate, & sequenti die indulgentias sibi liberali, ter à Pont. Max. commissas applicuerat. Sõnõ eo aliquoties interrupto, tãdem defunctorum imagines ex integro se ingerebant, suumque intercessorem è carcere, vt somniabat, educũt. Iam verò cùm aurora diem traheret, & pre, ces canonicas legere cœpisset, somniorum pla nè immemor, non potuit animo euellere oc, cultam seu inspirationem seu animi obloquu tionem qua mouebatur, vt carcerem egrede, retur, foresque pertentaret: ea res adeo turbu, lenter & continuò incidit in mentem, vt dif, ficile fuerit repellere: repulit tamen semel at, que iterum, & sæpius q; cogitaret non aliud esse

Defuncto, rũ auxiliũ

Diuinę ad monitiões

esse, quàm orationis cui vacabat, distractiones quietísq; turbas, tandem non potuit non acquiescere instinctui diuino, egreditur carcerem pede presso, videt & explorat loca vicina, omnia reserata & aperta cognoscit, quæ firmissimis antè vinculis & vectibus clausa tenebãtur, obstupuit tam nouo casu, & ad cubiculum regressus de fuga adhuc desperat, metuens ne maioris sibi periculi occasionẽ accerseret, si deprehenderetur: ad orationem se cõponit: sed cùm nulla quies daretur, & premerent inspirationes cœlitus immissæ, & ad fugiẽdum se sentiret fortiter impelli, ad ostia, iterum exploraturus accedit, in cubiculum redit, dominũ obnixè rogat vt animũ addat, & eò impellat quod ad eius honorem celebriorem reddendum commodissimum esset, hac facta oratiũcula, sarcinã sub alis occultat antea præsagio quodam ad hoc præparatam, celebrat Deum liberatorẽ, fugę authorem inuocat, atq; omni abiecto scrupulo ad sextam vsque procedit portam, tametsi via tam anfractuosa & ancipiti, vt quo ductu ad eam peruenerit ignoret: erat enim per aliam portam inductus in carcerẽ. Tandem ad custodes ventũ est, qui hominem interrogant, num scopos haberet, quæ vox inter ipsos symboli loco data erat, nec præter fidem & militarẽ loquendi modum quicquã habet aliud in significatione, quàm vt externi & hospites deprehendi queant. Ille cùm nõ intelligeret quid sibi vellet, obticuit, sed alius (in quo notari Dei potẽtia potest, cui non est difficile qualibet re vti

Lẽte ad fugam Matutas.

Mira Dei potestas in excecãdis malis.

ad suã gloriã)satis absurdè tunicã pro scopis, sub alis eũ gestare respondit. Interrogatus ad hæc quis esset, nõ ex imparato, sed quod ante secũ meditatus erat, se esse seruũ seruorũ Christi, verè respõdit, se esse seruũ cuiusdã magnifici nominis viri in carcere liberiore detẽti. Cùm satellites instarẽt acriter, & ad iudices esse ducẽdum dicerẽt, terroréq; pro officio incusso veritatẽ examinarent, atq; ille imperterrito aĩo persisteret, & ad quẽlibet se iturũ, paratũ offerret, suauiter Deo ita rẽ oẽm cõficiẽte dimissus est. Deinde Lõdini inter ignotos triduo versatus, audiebat minimè paucos de fuga Episcopi multa corã se narrãtes, quẽ barba cãdida depingebãt qualis sua erat, vocis tñ ambiguitate delusi, pro cãdida canũ interpretabãtur, quod vox ea ipsorũ lingua vtrũq; significet: hoc triduo plateas obãbulans, nõ raro obuios sibi pro scrutatores habuit, ex quibus nonnulli ipsum aggressi, & quisesset interrogãtes, cùm Gallicè respõderet, Gallum esse existimãtes abierunt: addam ego ex proborum relatu, visum & agnitum fuisse à carceris custode, verum impotentia tãta teneri se sensit, vt ne minimũ quid moliri posset. Tandẽ ad nauem in littore veniens à Nauclero Catholicæ fidei non instrẽnuo hoste velut ignotus excipitur. Aduenitũt mox scrutatores, & iusiurandum ter exigunt à nautis de Episcopo, si quid cõperti haberẽt, quẽ canũ & sub alio quàm Hyberni nomine (quod hoc nomen crederent facile negatum iri) exprimebãt? Nautę singulos rogant qui in naui erãt. Cùm ad illũ peruenissent; quãtũ ad me

Constãtia.

Imo notissimum hominem volentes ad carcerem retrahere impotẽtia laborabãt.

me pertinet, inquit, Harmacanus Episcopus nã sub hac descriptione & appellatione sine scrupulo intrepidè licebat, neuauit: credũt illi facilè iuueni quẽ ex barbæ descriptione canũ quęrebãt. Qui in naui aderãt, fidei hostes acerrimi oẽs erant, quos Deus mirabili cõmento deluſit, adeo vt quod mirum est inter medios hostes diu versans elapsus. Etsi trecẽtorũ ducatorũ præmio proposito, si quis hominẽ deprehendisset, pius & integer pręsul incolumis in Brabantiã euaserit, vbi nõ otio voluptatibus se dedit, spiritualib⁹ meditationibus, diuinisq; colloquiis Deũ collaudãdo & beneficia eius cõsiderãdo sedulò operã dedit. Ex quo facto facilè ꝓspicitur diuino pręsidio, neq; quicquã firmius esse, neq; paratius, aut cui potius innitẽdũ sit. Nã hac vna ratione Dei solius auxilio nulla humana ope aut cõsilio adiutus è vinculis emersit, quod addidit & ipse & rem sic se habere grauiter asseuerauit, ne qs sui causa relict⁹, iniustè poenas lueret, aut rẽ aliter accidisse credat, in quare D. Stephanũ imò Christũ ipsum imitatus est. Nõ indignũ cõsideratiõe est, q̃ hic subiiciã eũ Romæ circa S. Patritij festũ ad Episcopatũ electũ esse, postmodũ anno reuoluto eiusdẽ S. Patritij die Lõdini ad fidẽ Christi, cõfitẽdũ vario examine ꝓtentatũ, liber verò è carcere euasit eodẽ (anno tũ vertente) die, quo in Episcopum consecratus est. Hæc referre volui quæ non tantum ex ipsius ore decerpta sunt, sed etiã scripto propria manu ad me dato, fidem apertam habent, eáque tibi Bonchorti fratribusque in militia

Christi versatis transmittimus & communicamus, vt intelligatur Dei erga suos prouidentia, qui ex mediis hostium manibus ipsum Episcopum Catholicis restituit, quẽ cùm primum è reditu conspexi (nam tendentem in Hyberniam antè conueneram, & moribus bonis & humanis admodum prædituꝫ percepi) longè tamen aliam faciem præ se ferre vidi, ac sanctum, quid rarum & diuinum spirantẽ, eximiisq; prædituꝫ moribus, adeo vt dicerent nõ pauci, Deum in anima eius mirabilem operatum esse potentiam, & virtutes longè ampliores, quibus gentem suam ad pristinam virtutem reduceret, ex integro ei cõtuliſſe, nec ipse sibi defuit ad virtutum augmentum: nam ad tempus totum se contemplationi rerũ diuinarum tradidit, ne quid regimini animarũ pateretur eximius præsul deesse. Nec dubito quin Reginam ipsam non leuiter sollicitam habuerit, stupenda hæc hominis liberatio, & non leues stimulos, ad fidem Catholicam reuertendi addidit, præsertim cùm ab ea nõ alienа nimis dicatur, si non quorundam malis cõsiliis & persuasionibus nimium acquieſceret. Quamobrem meminerit hoc Dei nuncio se ad meliorem reuocari mentem. His vale mi charissime in Christo Floreti, & me Christo tuis ardentibus precibus sedulò cõmendare ne graueris. Louanij Calendis Octobris. 1565.

T. R. in Domino seruus
Iacobus Nauandrius.

PARAENESIS
DOCTORIS IOANNIS
Agricolæ Ammonij, quis fructus ex huius libelli lectione sit colligendus.

HAbes iam Christiane lector nonnullas Epistolas: habiturus porrò & reliquas, illáſq; maximis rebus æquè refertas, & recentius etiam ex India missas, cùm ab alijs, tum à præclaris, piis, & nunquam satis laudandis Theologis ex nominis IESV Societate apud Indos ad hunc vsque diem in Christi vinea strenuè laborantibus. Quas Epistolas omnes maiore cũ fructu legerit quisquis, non solùm historiam auditu sanè dignissimam, cognituque iucundissimam intellexerit, verùmetiam altius aliquanto, vti par est, rem omnem expenderit secum, & cõsequentes inde vtilitates effectuſq; admirandos in mẽtem sedulò reuocarit.

Primùm enim hic se nobis cõtem-

Prodij
Italia
an. 4.
stolari
dicaru
Tomu

plandam offert ſumma ſummi Dei bonitas ac miſericordia, quam certo agnoſcere, nec minus gratis animis celebrare debemus, in illos nimirum effuſam, qui præ cæteris mortalibus infelices, deſerti, abiecti, à Deo Deiq́ue cultu alieni & Antartico Polo ſubiecti totíque mundo antea incogniti, nunc tandem benignè à patre miſericordiarum reſpiciuntur, vocantur, iuſtificantur, & omnis Chriſtianæ gratiæ ſalutiſque cũ electis participes efficiuntur in Chriſto Ieſu Domino noſtro.

Deinde non minorem iuſtitiam quã clementiam Dei in his legendis licet deprehendere. Vt enim olim admirabili & iuſto tamen iudicio factum eſt, vt regnum Dei à Iudæis ad Gentes ab Oriente ad Occidentem, à Græcis ad Germanos migraret: ita nunc iterum, ſi rectè ſpectamus omnia, hoc ſaluificum Dei Regnum, quod apud ingratos indigneſque ciues Eccleſiæ diu manere non poteſt, ab Oriente ſimul & Occidente in nouum (vt appellant) orbem transfertur, & maximis illis Indorum populis Inſuliſque

lisque donatur, apud quos etiam fructus Regi Christo grati & Regno eius digni magis ac magis indies proferuntur.

Ad hæc confert eò præsens historiæ lectio, vt mundi sapientia coarguatur, cui propemodum incredibile videtur, nouam nunc colligi & propagari Ecclesiam in hac mundi quasi delirantis extrema senecta, & in summa rerum omnium perturbatione, quæ Christianum orbem concutit, ac multis fidem facit, haud procul abesse finẽ rerum omnium, & horrendum diuini iudicij diem mox nobis impendêre. Verúm his lectis colligimus & videmus, in hac mũdi persuasione nihil firmum inesse, quando noua Ecclesiæ primitiuæ facies nunc primùm apparet: quando noui & fidei in messem desertam, nec minus copiosam extruduntur operarij, quando noui etiam (vt ita dicam) Apostoli donantur his gentibus, quibus Regnum Dei nũdum fuerat euangelizatum. Quibus Apostolis nec desunt vera (vt Paulus nuncupat) Apostolatus signacula, propriaque

teſtimonia : ſiue incredibilem diuini ſpiritus ardorem,ſiue noua, & ſtupenda miracula in illis requiras:ſiue ſalutaris doctrinæ & Euangelicæ fidei fructus ingentes , latéque patentes conſideres:ſiue demum in ſpiritualibus & Eccleſiaſticis miniſteriis obeundis indefeſſam eorundem operam , zelum Dei flagrantem,raram ſinceritatem,aſſiduã patiẽtiam,Inculpatos mores,ſpectatam pietatem , ac ipſam quoque ſancti martyrij gloriam,quam à Chriſti hoſtibus ſæpe retulerunt , animaduertas . Neque poteſt ſatis explicari, quot Iudæi, Turcæ, Mauri, Bonzi, Apollonij, Ruſcij & id genus aliæ Sathanæ ſynagogæ vix hactenus cognitæ , quot demum impiorum myriades oblatam Chriſti lucem ardentibus animis complectantur,& Eccleſiæ Catholicæ aggregentur.

Quapropter noſtrum eſt , niſi Deo & Eccleſiæ prorſus ingrati eſſe velimus,magni facere gratiam hanc Dei raram,excellentem,tot negatam ſeculis,ac ætate hac noſtra demum patefactam & exhibitam. Hæc verè mutatio dexte-

dexteræ excelsi: hæc pulcherrima & sanctissima opera, quæ suum testantur authorem, qui viuificat mortuos, & vocat ea quæ non sunt tanquam ea quæ sunt, Apostolo teste, qui potens est etiam hodie ex lapidibus suscitare filios Abrahæ: &, vt Propheta prædixit, facit lupos cum agnis habitare. Hæc Dei magnalia piæ mentes omnes contemplentur, contemplando admirentur, admirando prædicent, summasque patri æterno gratias agát, qui sedentibus in tenebris & vmbra mortis tantum splendoris intulit, et vitam contulit per Christum Iesum Dominum nostrum.

Postremò sunt in his epistolis multa sparsa, quæ lectoris confirmant iudicium de grauibus rebus, et salutaria suggerunt consilia, tum ad piè viuendum, tum ad alios ritè instituendos. Docent insuper, malas arbores esse nõ posse, quę fructus iam explicatos vbertim proferunt. Vt mirandum sit vehementer, adhuc morosos et iniquos iudices reperiri, qui credant et spargant indigna pleraque de Societatis Iesu profes-

professoribus, quos cùm alibi tum apud Indos de re Christiana præclarè mereri res ipsa declarat. Verùm Apostolis etiam sanctissimis hoc vsu venit, vt bene agentes audirent malè, vtque sicut Propheta loquitur, euntes irent & flerent mittentes sua semina, priúsquam cum exultatione metant, portantes manipulos suos. Vtinam verò qui talibus obtrectant Theologis, aut meliora conentur ipsi, aut illis desinant inuidere, qui labores, sudores & agones exantlant maximos in Ecclesia Dei, dum perpetuò ferè vacant diuini verbi prædicationi, sacramentorum administrationi, artium professioni, & perfectioris vitæ studio. Nihil illis tam cordi est, quàm Sathanæ regnum, impietatem, hæresim, corruptelas submouere: Christi verò regnum, fidem, pietatem, iustitiam veluti postliminio reuocare. Igitur ex fructibus has arbores cognoscamus, ac probemus.

Verùm hæc satis esse putamus ad cordatum Lectorem commonefaciendum, vt in harum Epistolarum lectione cum fructu Christiano versetur.

Faxit

xit Clementiſsimus Deus, & Pa-
Ieſu Chriſti Domini noſtri, vt
ntes omnes, quamuis immanes &
rbaræ, in vnitatem fidei Chriſtia-
æ, & ſub obedientiam Catholi-
cæ Eccleſiæ colligantur: collectæ
veró ſimul in doctrinæ pu-
ritate, & in Chriſti a-
more conſtantes
perſeue-
rent.

AMEN.

INDEX.

Insularum, Ciuitatum, aliorúmq; locorũ, q
in hoc opere continentur,

¶ A

Achenoes regnum. 124.
Agedina insula. 274
Amboina insula. 188
Amanũ ciuitas ab Ammõ filio Loth. 77. 78.
Amangucum clara Iapaniæ ciuitas 374.124. Distat à Goa mille quadringentis leucis, à Roma quia circũ legitur tota Africa, & c. sex millibus leucarum distare dicitur fol. 150. 151. Iapania 800. leucarũ distare, & quod duorũ annorũ spacio iter cõficitur. 144

¶ B

Baccianæ insulę situs. 248
Bazain magna est insula non procul à regno Cambaię, iuxta aditũ Indiæ sita: distat à Goa 57. leucis, eleuatur polº gra. 19. cũ dim. 372. 116. 120.
Batti populi. 333. 327.
Bisnaga regnum. 123.
Bongo metropolis. 374.

¶ C

Cafrariæ littus.
Cambaia.
Catanum.
Caulani arx 122
Ceilano adiacet Malau.
Coccinũ ciuitas regni lauaris, 100. leucis à distans 18. gradu eleu aspicit polum. 121.
China vastũ regnũ ad taros ptĩgit. 125. 119.
Caramandel ciuitas est ni Bisnagæ, vbi S. Th mæ corpus esse puta 123.3
Chioræ insulæ sitº 204.
Cõmorin prouincia ad nũ maris non procu Caulano. 122-366.3
Cyon regnum

¶ D

Dameca fretũ est ad re rubrum
Dinar. 323.3
Dion. 116.
Goa ciuitas & peninsu describitur. 126. 295. 3 & 202.

INDEX.

oli regnum Christianis ubijcitur. 88.
napata insula in littore ommorino. 366
sum regnum. 126.
ambanæ situs. 360.
an siue Iapon & Iapo- ia in longitudinẽ mille ctingentis miliaribus, n latitudinẽ verò non- ẽtis patere dicitur : si- e vt habet an.1561.mis descriptio.600. leucis n lõg.300.in latitud.132 onia 36.gradu eleuatur spicit polum.374
ri Insula. 398.

C M

azua portus maris ru- bri. 130
hambanæ situs. 255.
lauar regnum. 121
Situs 254
lacca ciuitas regni Ma- giorum. 124.
ldinæ insulæ plur. 200.
luccæ insulæ 124.
namotapa regnũ. 256
uaz Insula. 400.
cha sepulchro Mahome infamis. 354.
rotanæ insulæ 82.
rinæ insulæ 189.

Nigri-

C N

Nigritæ. 250.

C O

Ormutium siue Ormuz insula est,& ciuitas in fre to Bazorę sita inter Per siam & Arabiã eleuatur ei polus ad gra. 27.372.

C P

Patanes regnum. 1244
Pelcarienses Malauari- ca vtuntur lingua. 111.
Pescariæ sinus. 110.
Prætoianus Æthiopibus re gem sonat. 130.

C S.

Salsetta prope Goam. 365.
Santhomopolis. 374.
Seilan insula in ambitu 300.miliaria cõtinet.122
Sinar regia Sinarũ,siue Chi nẽsiũ,vnde & regnũ no- mẽ habere videtur. 151.
Sofala arx. 217.
Somnicola vrbs. 112.

C T

Tanadaria. 336.
Thanaæ insulæ sit 373.

C Z

Zocotoræ situs. 152.
Zocotora insula S. Tho- mæ. 5.

FINIS.

INDEX.

Cùm rerum, tum Verborum copiosissimus in Epistolas Indicas.

A

ADamũ & Euã norũt Brachmanes. 320.
Adolescentes candidati crucis effigie signati incedunt. 129.
Adolescentum Indorũ inter tormenta in fide cõstantia. 195.
Adolescens Ethnicus baptizandorũ nũcius officiosissimus. 139.
Adulterorum infamia apud Iapones. 146.
Adulterij pœna. 135.
Ædicula Christo sacra maxima tempestate illæsa manet. 85.
Ægrotorũ apud Iapo. gẽtiles visitatio & ad mortẽ præparandi modus. 140
Æthiopes carnibus crudis vescuntur. 131.
Alexandri Mag. fana. 9.
Alphonsus Alburchechus Indiæ inuentor. 332.
Amangucum ab vrbe Roma distat sex millibus leucarum. 151.
Amangucum. 124.
Amanum.
Amanum ab Ammõ Loth. Genes. 19. De 25. lib, Reg. 77
Amboinæ insulę acerb
Amonitæ
Angeli Deum contẽpl tur Iaponibus.
Angeli custodes ge lium. Il
Angelorum materia iu opinionẽ Iapanẽsiũ.
Animales homines pr sterè de mediis cogi non considerãtes ar finem perducent.
Annales Iapanum
Anschimẽses bapt. 317
Antonij Criminalis m tyrium.
Apostatæ cõuersi Dei sericordiam miram periuntur.
Armacani præsulis ca uitas & miraculosa beratio. 4
Armeni patrũ Anacho tarũ parsimoniam ac ueritatem adhuc ho

retinent. 55.
Artes quibus Ethnici ad fi dem trahantur. 240
Astrologi 143.
Auarorum impietas. 24
Auaritia idolorum seruitus. 203.
Aurificum præfectus cum aliis nonnullis fonte baptismatis abluitur. 218.

B.

Bacciani situs 248.
Balasterimorum cõuersio. 336.
Baptizandorũ triũphi. 316
Baptizandi omnia sua pauperibus relinquunt. 40
Baptizantis brachia vóxq; deficiunt præ multitudine ad baptismum confluente. 99.
Baptizatorũ ingẽs multitudo 112. 300. 301 & consequentur 218. 238.
Baptiz. ad collegiũ reuersi Deo gratias agũt. 212
Baptizatorum in vna domo biẽnij spacio 30000. hominum. 291.
Baptizati in catalogũ referuntur. 212.
Baptizandorũ numerus ab anno 1556. vsque ad annum 1560. 342.
Battorũ gens cõuersa. 327
Battorum oppidũ conuertitur. 333
Bazainum 216.
Bazineñ. colleg. societ. 120
Bellum in Turcas. 126.
Bõzi apud quos Dialectica & Astrologia op⁹ est. 143
Brachmanũ errores in cõcione singulis diebus dominicis ex professo cõfutantur. 299.
Brachmanes, decem præcepta tenent. 105.
Brachmanes quorum meminit Plato, sacerdotes gentilium. 101.
Brachmanes honoribus sollitis, ciuilibúsq; administrationib⁹ priuãtur. 204.
Brachmanes olim Satrapę & religiõis domini. 208
Brachmanes animatis non vescuntur. 283.
Brachmanis nobilis cum multis aliis cõuersio. 218.
Brachm. acuti ingenij. 331.
Brachmanũ solicitudo, vt eorum filij in fide bene instituantur. 326.
Brachmanũ erga Prouincialem obseruãtia. ibidẽ

Brach. capillitiũ curãt 325.
Brachmanis verba planè diuina. 324.

¶ C

Cambaia. 120.
Campanæ Iapanum 148
Campanę cuiuſdam Patris vim pertrahendi ad fidē ineſſe credunt Mauri 58.
Caulanenſe collegium 193.
Cautanenſe Collegium ſtudioſorum. 113.
Candelarum vſus in curando funere. 148.
Cantilenæ nouorum Chriſtianorũ è doctrina Chriſtiana. 35.
Carambolin pagus celebris in Goa. 307.
Carceres, flagella, vulnera & cæ. propter fidem. 353.
Caſtitas vidualis gentilis Pontificis. 135.
Caſtitatem colunt gentiles. 145. 278.
Catechumenos inſtituendi ratio. 385.
Catechumeni lepidum factum. 314.
Catechumenorum feruor tantus, vt res ſuas, familiæq; curam poſthabeant fidei. 365. 68.
Catharina de Farã multorum ad fidem conuerſione nobilis. 302.
Charitatis exemplum admirandum. 189.
Charitas neſcit timorẽ 77.
Charitas non eſt fatigabilis 79.
Chinenſes qui & Sinenſes, natura prudentes. 125.
China ad Germaniam vſq; vel ſaltem Tartaros dicitur pertingere. 125.
Chinæ regnum ampliſsimum. 171. 119.
Chiora inſula. 204.
Chioræ ſitus. 196.
Chiromandeli creditur S. Thomas martyrio coronatus. 123.
Chriſtiani à D. Ioãnis Euãgeliſtæ temporibus. 198.
Chriſtiani à D. Thomæ temporibus in inſula Gazatora. 5.
Chriſtianorum Goæ conditio olim miſera. 205.
Chriſtianorum impiorũ iuſta Dei punitio. 75.
Chriſtianorũ nouorũ feruor admirandus. 75. 59.
Chriſtiani pauci innumerabiles

biles Mauros aggre-
untur. 84.
Christianorum militum fi
ducia. Ibid.
Christianus bonus quis,
quis malus. 93.
Christiani à S. Ioan. Euãg.
tẽporib⁹ in Bassora. 201.
Ciarari bellicosissimi ad fi-
dem veniunt. 314.
Cinamomum. 122.
Cioran triste significat. 219
Ciorámensiũ copiosa con-
uersio. 332.
Ciuitates integrę baptisma
interdũ suscipiunt 160.
Clarissimi Brachmanũ cõ-
uersio, eiusdẽ ardor alios
ad fidẽ conuertẽdi: item
eiusdẽ vehemẽs et grauis
oratio ad Brachmanũ do
ctores. 226. 228. 231.
Cocinum. 121.
Cocineñ colleg. Societ. Ibi.
Collegiũ Societ. celeberr.
in arce Caulan. 122.
Cõmorino in littore sunt
80. millia Christian. 366.
Cõmorinũ prouincia. 122.
Commorinũ promõtoriũ
tercentũ, aut eo amplius
hominum Christiano-
rum millia habet. 129.
Cõcubinarij conuersio. 261
Concubinę in vxores vera
tuntur. 1158
Confessio totius vitæ pub-
lica. 1416
Confessio admodum fre-
quens. 197. 348.
Confessio frequens ab im-
piis ridetur. 33.
Cõtemptus diuitiarũ pro-
pter Euangelium. 1650
Conuertendi gentiles ra-
tio optima. 327.
Conuersio maxima Brach
manum. 324.
Conuertendi gentiles ma-
gna facilitas. 313. 352.
Conuersionis causæ. 313.
Cõuersio multorum. Ibid.
339. 340.
Conuertuntur oppida in-
tegra. 316.
Conuertendi multos ad fi-
dem ratio. 295. 399.
Cõuersi alios ad fidem stu-
diosè conuertere nitun-
tur. 212. (774
Cor tyrãni est ĩ manu Dei.
Crucis vexillo victoria in
bello parta. 255.
Cruce immutatur, aer &
Mauri terrentur. 70.
Crucis signi vis. 288.

INDEX.

Crudelitas immẽſa in proprios infantes. 147.
Crucis ſignum dæmones arcet. 21.

C D

Defunctorũ auxiliũ. 407.
Dei erga apoſtatas pœnitentes facilitas & miſericordia. 118.
Dæmonũ illuſiones & apparitiones. 141.
Dæmones ſodales. 142.
Dæmonum apud gentiles inuocandi ratio. 289.
Dæmon oracula reddit. 313.
Dæmon apparet incantatoribus variè. 289.
Deſiderium ingens quorundam amplificandi regni Chriſti. 197.
Deſiderium laboris & diſcriminis pro nomine Chriſti. 168.
Deus inauditis modis ſuos tuetur. 72.
Deus ſolatur immenſos Euangelizantium labores. 87.
Dies lunæ ethnicis ſacer, veneris Mauris, ſabbati, Iudæis. 13.
Diligẽtibus Deũ omnia cooperantur in bonũ. 79.
Diligentia quorundã alios ad baptiſ. adducẽdi. 238.
Diligentia paſtoribus imitanda. 82.
Dinar & Chiora inſulæ ad fidem cõuertuntur. 319.
Dinarẽſium conuerſio copioſa. 333.
Dinar terra ſancta vt Hieruſalẽ Brachmanũ. 323.
Dion. 121.
Diſputationes inſtituũtur cum Brachmanis. 219.
Diſputatio cũ Mauro certis legibus inſtituitur. 56
Dium oppidum. 116.
Diuinum iin prncipe animi propoſitum. 203.
Doctores Indi cõuicti. 112.
Doct. religiõis gẽtiliũ. 142.
Dominicani. 204. 196.
Dominicani partem Goenſis inſulæ inhabitãt. 196.
Dominicum diem Brachmanes colunt. 106.
Donichus Deus. 142.

E C E

Eccleſia renaſcent. 76.
Eleemoſ. magnę. 200.
Eleemo. 7000. ducatorũ 14
Elephantes iter baptizandis aperiunt. 317.
Eremitam monet Deus vt

fidem

fidem suscipiat. 60.
Eremitæ gentiles asperrimæ vitæ. 141.
Eremitis dęmones sunt familiares. 290.
Eremitæ gentiles silentiũ seruant. Ibid.
Eremitarũ superstitio. Ibi.
Eremitas dæmõ necat. Ib.
Eremitæ cenobium in collegiũ Societ. vertitur. 61.
Eremitæ gentiles ad fidem conuersio. 59.
Eremitæ gẽtiles vitã brutorũ redimũt precio. 36.
Eremitæ gẽtiles animalia non occidunt Pythagoricorũ more. Ibid.
Euangelizantium diligẽtia 75. quid sibi proponere debent. 169.
Euangelizantibus vix cibũ sumere vacat. 78.
Euaugelij fructus maximus. 119.
Euangelizantibus prouinciæ distribuuntur. 351.
Euangelij pronunciatione mulier mentis compos efficitur. 49.
Eucharistię veneratio 175.
Europa multis abũdat qui talenta sua in terram defodiunt. 149.
Europei Ingeniosi. 143
Exhortatio ad martyrium 271.
Expeditio in Ethiopiam laboriosissima. 131.
Ethnica quædam vouet filium B. Virgini. 342
Ethnica filium suum optat baptizari. 343.

F

Fabri, sartores, lotores, & cæt. euangelizãt suæ sortis hominibus. 208
Fanum celebre Maurorum B. Virgini dicatur. 71.
Fidem parentibus pueri annunciant. 92.
Fidem amplectuntur 5000. vno die. 87.
Francisc. Xauieri abstinẽtia. 177.
F. X. 12. annis Indis conuertendis desudauit. 164.
F. X. Euangelizantium in India anteśignamus. 172.
F. X. dono sanandi ægros nec non linguarum donatus. 182.
F. X. Vaticinatur. 152.
F. X. mortuum suscitauit, paralyticum surdumque sanauit. 182

F.X, cingulũ sanat ægro-
tos. 299.
F.X. labores eximij & vir
tutes. 174.176.
F.X. raptus in Deum Ibid.
Discipuli eius. 192.
F.X. diuinitus frequenter
consolatus est. 175.
F.X. laboris & afflictionis
desiderium. 80.
F.X. vigiliæ, abstinentia,
morti pericula, cæteræq;
exercitia spiritualia ĩ po
pulo conuertendo. 177.
F.X. sæpius in oratione per
noctauit, ac dies integros
proximo impendit. 176.
180.
F.X. egestate magna pres
sus est ter naufragiũ pas
sus, à dæmone frequen-
ter impugnatus, telis pe
titus. 176.178.
F.X. paupertatis amor. 179
F.X. omnibus omnia fa-
ctus est. 181
F.X. in Chinam tendit, &
300. aureos numerat pro
naulo. 27.154.
F.X. charitas & pius ani-
marum zelus. Ibidem.
F.X. moritur. 179.
F.X. corpus calce opertum
sepelitur, tamen miracu-
lose admodum conser-
uatur. 155.156.
F.X. corpus gratum spirat
odorem, vestésq; nec ca-
ro sẽsere calcis vim. 156.
F.X. corpus honore ma-
gno afficitur. 157.
F.X. corpus sub terra calce
opertum 15. mensibus
incorruptũ gratiq; per-
mansit odoris. 157.199.
Franciscani qui partem
Goensis insulæ inhabi-
tant. 196.
Franciscani in India Socie-
tati maximè fauẽtes. 194
Franciscanus quidam mar-
tyrio coronatus. 3.
Franciscanus quidam tertij
ordinis strenuus in vi-
nea Dñi operarius. 116.
Frigus ingens alimento-
rum denique & lecto-
rum inopia in Iappon
insula. 152.
Furum apud Iapones poe-
na 148.

G

Gallinis abũdat Iapã 145.
Ganissus Deus, & quæ
eius origo fabula. 320.
Ganissus ex sudore ortus ibi.

Ganzari primates. 307.
Ganzarorum comitia contra fidem. 308.
Ganzari senis diuinum cõsilium quo conuertit suam gentẽ ad fidem. 309.
Ganzarorũ multorum cõuersio. Ibid. 310.
Caryophilum in Malucca nascitur. 124.
Gaspari cum doctore Mauro contentio de perfectiore lege. 55.
Gaspar Belga multo labore animas venatur. 114.
Gaspar zelandus sanctissimę vitæ 6. annis in India euãgelizauit: eiusdẽ ingentes labores. 185.
Gasp. vigiliæ, abstinẽtia, diuersa item misericordiæ opera. 186.
Gasp. dono cõuertendi proximos spectabilis. 187.
Gasp. laboribꝰ grauibꝰ mortẽ sibi asciuit. 374. 199.
Gaspar labores, sõni & cibi facultatem negãt. 42.
Gaspar 30. ĩ die orabat. 192.
Gasp. per duos mẽses horã vnã somno quotidie tribuebat. 286.
Gẽtilem esse pudor modò in Goa. 338.
Gentiles liberrimè ad fidẽ veniunt. 332.
Gentilium baptismus. 140.
Gẽtilitũ studiũ erga pastorẽ suũ & propriã salutẽ. 96.
Gentilium quidam vnum esse Deum agnouit. 112.
Gẽtilis rex à sacerdote præsidium in bello quo hostem vincat petit. 54.
Gẽtium mira promptitudo ad fidei audienda mysteria. 92.
Giloli regnum Christianis subiicitur. 88.
Goæ descriptio. 126.
Goæ ampla Christianorũ seges. 202.
Goæ Societati Collegium ædificatur. 126.
Goa vetus fidei lumen adspicit. 335.
Goensium erga patres spirituales affectus. 127.
Goẽse tertium Colleg. 128.
Goenses omnes ferè Christiani. 295.
Goensis peninsulæ 31. oppida. Ibid.
Gounatus idolum, vnde Goa nomẽ inuenit. 246.
Gozo imperator subest

INDEX.

Insularum, Ciuitatum, aliorúmq; locorũ, qu
in hoc opere continentur,

¶ A

Achenoes regnum. 124.
Agedina insula. 274
Amboina insula. 188
Amanũ ciuitas ab Ammõ filio Loth. 77. 78.
Amangucum clara Iapaniæ ciuitas 374.124.
Distat à Goa mille quadringentis leucis, à Roma quia circũ legitur tota Africa, & c. sex millibus leucarum distare dicitur fol. 150. 151. Iapania 800. leucarũ distare, & quod duorũ annorũ spacio iter cõficitur. 144

¶ B

Baccianæ insulę situs. 248
Bazain magna est insula non procul à regno Cambaię, iuxta aditũ Indiæ sita: distat à Goa 57. leucis, eleuatur polº gra. 19. cũ dim. 372. 116. 120.
Batti populi. 333. 327.
Bisnaga regnum. 123.
Bongo metropolis. 374.

¶ C

Cafrariæ littus.
Cambaia.
Catanum.
Caulani arx 122.
Ceilano adiacet Malau.
Coccinũ ciuitas regni M lauaris, 100. leucis à C distans 18. gradu eleua aspicit polum. 121.
China vastũ regnũ ad T taros ptĩgit. 125. 119.
Caramandel ciuitas est ni Bisnagæ, vbi S. Thmæ corpus esse putat 123. 37
Chioræ insulæ sitº 204.
Cõmorin prouincia ad nũ maris non procul Caulano. 122. 366. 37
Cyon regnum 12

¶ D

Dameca fretũ est ad mare rubrum 12
Dinar. 323. 33
Dion. 116.

¶ G

Goa ciuitas & peninsu describitur. 126. 295. 37 & 202.

oli regnum Christianis ubijcitur. 88.
¶ I
napata insula in littore ommorino. 366
lsum regnum. 126.
ambanæ situs. 360.
an siue Iapon & Iapo- nia in longitudinẽ mille octingentis miliaribus, n latitudinẽ verò non- gẽtis patere dicitur: si- ue vt habet an. 1561. mis a descriptio. 600. leucis n lõg. 300. in latitud. 132 onia 36. gradu eleuatur spicit polum. 374
¶ L
ri Insula. 398.
¶ M
azua portus maris ru- bri. 130
hambanæ situs. 255.
lauar regnum. 121
Situs 254
lacca ciuitas regni Ma- giorum. 124.
ldinæ insulæ plur. 200.
luccæ insulæ 124.
namotapa regnũ. 256
uaz Insula. 400.
cha sepulchro Mahome infamis. 354.
rotanæ insulæ 82.
rinæ insulæ 189.
Nigri-
¶ N
Nigritæ. 250.
¶ O
Ormutium siue Ormuz insula est, & ciuitas in fre- to Bazorę sita inter Per- siam & Arabiã eleuatur ei polus ad gra. 27. 372. B
¶ P
Patanes regnum. 124.
Pelcarienses Malauari- ca vtuntur lingua. 111.
Pescariæ sinus. 110.
Prætoianus Æthiopibus re- gem sonat. 130.
¶ S.
Salsetta prope Goam. 365.
Santhomopolis. 374.
Seilan insula in ambitu 300. miliaria cõtinet. 122
Sinar regia Sinarũ, siue Chi- nẽsiũ, vnde & regnũ no- mẽ habere videtur. 151.
Sofala arx. 217.
Somnicola vrbs. 112.
¶ T
Tanadaria. 336.
Thanaæ insulæ sit⁹ 373.
¶ Z
Zocotoræ situs. 152.
Zocotora insula S. Tho- mæ. 5.

FINIS.

INDEX.

Cum rerum, tum Verborum copiosissimus in Epistolas Indicas.

A

ADamũ & Euã norũc Brachmanes. 320.
Adolescentes candidati crucis effigie signati incedunt. 129.
Adolescentum Indorũ inter tormenta in fide cõstantia. 195.
Adolescens Ethnicus baptizandorũ nũcius officiosissimus. 139.
Adulterorum infamia apud Iapones. 146.
Adulterij pœna. 135.
Ædicula Christo sacra maxima tempestate illæsa manet. 85.
Ægrotorũ apud Iapo. gẽtiles visitatio & ad mortẽ præparandi modus. 140
Æthiopes carnibus crudis vescuntur. 131.
Alexandri Mag. fana. 9.
Alphonsus Alburchechus Indiæ inuentor. 332.
Amangucum ab vrbe Roma distat sex millibus leucarum. 151.
Amangucum. 124.
Amanum. 3
Amanum ab Ammõ f Loth. Genes. 19. De 25. lib, Reg. 77 (
Amboinæ insulę acerb
Amonitæ
Angeli Deum contẽpl tur Iaponibus.
Angeli custodes gen lium. Ib
Angelorum materia iu opinionẽ Iapanẽsiũ.
Animales homines pr sterè de mediis cogi non considerãtes an finem perducent.
Annales Iapanum
Anschimẽses bapt. 317
Antonij Criminalis m tyrium.
Apostatæ cõuersi Dei sericordiam miram periuntur.
Armacani præsulis ca uitas & miraculosa beratio. 4
Armeni patrũ Anacho tarũ parsimoniam ac ueritatem adhuc ho

retinent. 55.
Artes quibus Ethnici ad fi dem trahantur. 240
Astrologi 143.
Auarorum impietas. 24
Auaritia idolorum seruitus. 203.
Aurificum præfectus cum aliis nonnullis fonte baptismatis abluitur. 218.

B.

Bacciani situs 248.
Balasterimorum cõuersio. 336.
Baptizandorũ triũphi. 316
Baptizandi omnia sua pauperibus relinquunt. 40
Baptizantis brachia vóxq; deficiunt præ multitudine ad baptismum confluente. 99.
Baptizatorũ ingẽs multitudo 112. 300. 301 & consequentur 218. 238.
Baptiz. ad collegiũ reuersi Deo gratias agũt. 212
Baptizatorum in vna domo biẽnij spacio 30000. hominum. 291.
Baptizati in catalogũ referuntur. 212.
Baptizandorũ numerus ab anno 1556. vsque ad annum 1560. 342.
Battorũ gens cõuersa. 327
Battorum oppidũ conuertitur. 333
Bazainum 116.
Bazineñ. colleg. societ. 120
Bellum in Turcas. 126.
Bõzi apud quos Dialectica & Astrologia op'est. 143
Brachmanũ errores in cõcione singulis diebus dominicis ex professo cõfutantur. 290.
Brachmanes, decem præcepta tenent. 105.
Brachmanes quorum meminit Plato, sacerdotes gentilium. 101.
Brachmanes honoribus sollitis, ciuilibúsq; administrationib' priuãtur. 204.
Brachmanes olim Satrapę & religiõis domini. 208
Brachmanes animatis non vescuntur. 283.
Brachmanis nobilis cum multis aliis cõuersio. 218.
Brachm. acuti ingenij. 331.
Brachmanũ solicitudo, vt eorum filij in fide bene instituantur. 326.
Brachmanũ erga Prouincialem obseruãtia. ibidẽ

Brach.

Brach. capillitiũ curãt 325.
Brachmanis verba planè diuina. 324.

¶ C

Cambaia. 120.
Campanæ Iapanum 148
Campanę cuiuſdam Patris vim pertrahendi ad fidē ineſſe credunt Mauri 58.
Caulanenſe collegium 193.
Cautanenſe Collegium ſtudioſorum. 113.
Candelarum vſus in curando funere. 148.
Cantilenæ nouorum Chriſtianorũ è doctrina Chriſtiana. 35.
Carambolin pagus celebris in Goa. 307.
Carceres, flagella, vulnera & cæ. propter fidem. 353.
Caſtitas vidualis gentilis Pontificis. 135.
Caſtitatem colunt gentiles. 145. 278.
Catechumenos inſtituendi ratio. 385.
Catechumeni lepidum factum. 314.
Catechumenorum feruor tantus, vt res ſuas, familiæq; curam poſthabeant fidei. 363. 68.
Catharina de Farã multorum ad fidem conuerſione nobilis. 302.
Charitatis exemplum admirandum. 189.
Charitas neſcit timorẽ 77.
Charitas non eſt fatigabilis 79.
Chinenſes qui & Sinenſes, natura prudentes. 125.
China ad Germaniam vſq; vel ſaltem Tartaros dicitur pertingere. 125.
Chinæ regnum ampliſſimum. 171. 119.
Chiora inſula. 204.
Chioræ ſitus. 196.
Chiromandeli creditur S. Thomas martyrio coronatus. 123.
Chriſtiani à D. Ioãnis Euãgeliſtæ temporibus. 198.
Chriſtiani à D. Thomæ temporibus in inſula Gazatora. 5.
Chriſtianorum Goæ conditio olim miſera. 205.
Chriſtianorum impiorũ iuſta Dei punitio. 75.
Chriſtianorũ nouorũ feruor admirandus. 75. 59.
Chriſtiani pauci innumerabiles

biles Mauros aggre-
untur. 84.
Christianorum militum fi
ducia. Ibid.
Christianus bonus quis,
quis malus. 93.
Christiani à S. Ioan. Euāg.
tēporibꝰ in Bassora. 201.
Ciarari bellicosissimi ad fi-
dem veniunt. 314.
Cinamomum. 122.
Cioran triste significat. 219
Ciorámensiū copiosa con-
uersio. 332.
Ciuitates integrę baptisma
interdū suscipiunt 160.
Clarissimi Brachmanū cō-
uersio, eiusdē ardor alios
ad fidē conuertēdi: item
eiusdē vehemēs et grauis
oratio ad Brachmanū do
ctores. 226. 228. 231.
Cocinum. 121.
Cocinen colleg. Societ. Ibi.
Collegiū Societ. celeberr.
in arce Caulan. 122.
Cōmorino in littore sunt
80. millia Christian. 366.
Cōmorinū prouincia. 122.
Commorinū promōtoriū
tercentū, aut eo amplius
hominum Christiano-
rum millia habet. 290.
Cōcubinarij conuersio. 28
Concubinę in vxores ver-
tuntur. 1158
Confessio totius vitæ pub-
lica. 1416
Confessio admodum fre-
quens. 197. 348.
Confessio frequens ab im-
piis ridetur. 33.
Cōtemptus diuitiarū pro-
pter Euangelium. 1656
Conuertendi gentiles ra-
tio optima. 327.
Conuersio maxima Brach
manum. 324.
Conuertendi gentiles ma-
gna facilitas. 313. 352.
Conuersionis causæ. 313.
Cōuersio multorum. Ibid.
339. 340.
Conuertuntur oppida in-
tegra. 316.
Conuertendi multos ad fi-
dem ratio. 295. 399.
Cōuersi alios ad fidem stu-
diosè conuertere nitun-
tur. 212. (77
Cor tyrāni est ī manu Dei.
Crucis vexillo victoria in
bello parta. 255.
Cruce immutatur, aer &
Mauri terrentur. 70.
Crucis signi vis. 288.

INDEX.

Crudelitas immẽſa in proprios infantes. 147.
Crucis ſignum dæmones arcet. 21.

C D

Defunctorũ auxiliũ. 407.
Dei erga apoſtatas pœnitentes facilitas & miſericordia. 118.
Dæmonũ illuſiones & apparitiones. 141.
Dæmones ſodales. 142.
Dæmonum apud gentiles inuocandi ratio. 289.
Dæmon oracula reddit. 313.
Dæmon apparet incantatoribus varie. 289.
Deſiderium ingens quorundam amplificandi regni Chriſti. 197.
Deſiderium laboris & diſcriminis pro nomine Chriſti. 168.
Deus inauditis modis ſuos tuetur. 72.
Deus ſolatur immenſos Euangelizantium labores. 87.
Dies lunæ ethnicis ſacer, veneris Mauris, ſabbati, Iudæis. 23.
Diligẽtibus Deũ omnia cooperantur in bonũ. 79.
Diligentia quorundã alios ad baptiſ. adducẽdi. 238.
Diligentia paſtoribus imitanda. 82.
Dinar & Chiora inſulæ ad fidem cõuertuntur. 319.
Dinarẽſium conuerſio copioſa. 333.
Dinar terra ſancta vt Hieruſalẽ Brachmanũ. 323.
Dion. 121.
Diſputationes inſtituũtur cum Brachmanis. 219.
Diſputatio cũ Mauro certis legibus inſtituitur. 56
Dium oppidum. 116.
Diuinum iin prncipe animi propoſitum. 203.
Doctores Indi cõuicti. 112.
Doct. religiõis gẽtiliũ. 142.
Dominicani. 204. 196.
Dominicani partem Goenſis inſulæ inhabitãt. 196.
Dominicum diem Brachmanes colunt. 106.
Donichus Deus. 142.

E C E

Eccleſia renaſcent. 76.
Eleemoſ. magnę. 100.
Eleemo. 7000. ducatorũ 14
Elephantes iter baptizandis aperiunt. 317.
Eremitam monet Deus vt fidem

fidem suscipiat. 60.
Eremitæ gentiles asperrimæ vitæ. 141.
Eremitis dęmones sunt familiares. 290.
Eremitæ gentiles silentiũ seruant. Ibid.
Eremitarũ superstitio. Ibi.
Eremitas dæmõ necat. Ib.
Eremitæ cenobium in collegiũ Societ. vertitur. 61.
Eremitæ gentiles ad fidem conuersio. 59.
Eremitæ gẽtiles vitã brutorũ redimũt precio. 36.
Eremitæ gẽtiles animalia non occidunt Pythagoricorũ more. Ibid.
Euangelizantium diligẽtia 75. quid sibi proponere debent. 169.
Euangelizantibus vix cibũ sumere vacat. 78.
Euangelij fructus maximus. 119.
Euangelizantibus prouinciæ distribuuntur. 351.
Euangelij pronunciatione mulier mentis compos efficitur. 49.
Eucharistię veneratio 175.
Europa multis abũdat qui talenta sua in terram defodiunt. 149.
Europei Ingeniosi. 143
Exhortatio ad martyrium 271.
Expeditio in Ethiopiam laboriosissima. 131.
Ethnica quædam vouet filium B. Virgini. 342
Ethnica filium suum optat baptizari. 343.

F

Fabri, sartores, lotores, & cæt. euangelizãt suæ sortis hominibus. 208
Fanum celebre Maurorum B. Virgini dicatur. 71.
Fidem parentibus pueri annunciant. 92.
Fidem amplectuntur 5000. vno die. 87.
Francisc. Xauieri abstinẽtia. 177.
F. X. 12. annis Indis conuertendis desudauit. 164.
F. X. Euangelizantium in India anteſignamus. 172.
F. X. dono sanandi ægros nec non linguarum donatus. 182.
F. X. Vaticinatur. 151.
F. X. mortuum suscitauit, paralyticum surdumque sanauit. 182

F.X, cingulũ sanat ægros. 299.
F.X. labores eximij & virtutes. 174.176.
F.X. raptus in Deum Ibid.
Discipuli eius. 192.
F.X. diuinitus frequenter consolatus est. 175.
F.X. laboris & afflictionis desiderium. 80.
F.X. vigiliæ, abstinentia, mortispericula, cruciatus & exercitia spiritualia ĩ populo conuertendo. 177.
F.X. sępius in oratione pernoctauit, ac dies integros proximo impendit. 176. 180.
F.X. egestate magna pressus est ter naufragiũ passus, à dæmone frequenter impugnatus, telis petitus. 176.178.
F.X. paupertatis amor. 179
F.X. omnibus omnia factus est. 181
F.X. in Chinam tendit, & 300. aureos numerat pro naulo. 27.154.
F.X. charitas & pius animarum zelus. Ibidem.
F.X. moritur. 179.
F.X. corpus calce opertum sepelitur, tamen miraculose admodum conseruatur. 155.156.
F.X. corpus gratum spirat odorem, vestésq; nec caro fẽsere calcis vim. 156.
F.X. corpus honore magno afficitur. 157.
F.X. corpus sub terra calce opertum 15. mensibus incorruptũ gratúq; permansit odoris. 157.199.
Franciscani qui partem Goensis insulæ inhabitant. 196.
Franciscani in India Societati maximè fauẽtes. 194
Franciscanus quidam martyrio coronatus. 3.
Franciscanus quidam tertij ordinis strenuus in vinea Dñi operarius. 116.
Frigus ingens alimentorum denique & lectorum inopia in Iappon insula. 152.
Furum apud Iapones pœnæ 148.

G

Gallinis abũdat Iapã 145.
Ganissus Deus, & quæ eius origo fabula. 320.
Ganissus ex sudore ortus ibi.

Ganzari primates. 307.
Ganzarorum comitia contra fidem. 308.
Ganzari senis diuinum cõsilium quo conuertit suam gentẽ ad fidem. 309.
Ganzarorũ multorum cõuersio. Ibid. 310.
Caryophilum in Malucca nascitur. 124.
Gasparicum doctore Mauro contentio de perfectiore lege. 55.
Gaspar Belga multo labore animas venatur. 114.
Gaspar zelandus sanctissimę vitæ 6. annis in India euãgelizauit: eiusdẽ ingentes labores. 185.
Gasp. vigiliæ, abstinẽtia, diuersa item misericordiæ opera. 186.
Gasp. dono cõuertendi proximos spectabilis. 187.
Gasp. laboribꝰ grauibꝰ mortẽ sibi asciuit. 374. 199.
Gasparo labores, sõni & cibi facultatem negãt. 42.
Gaspar 30. ℔ die orabat. 192.
Gasp. per duos mẽses horã vnã somno quotidie tribuebat. 286.
Gẽtilem esse pudor modò in Goa. 338.
Gentiles liberrimè ad fidẽ veniunt. 332.
Gentilium baptismus. 140.
Gẽtilitũ studiũ erga pastorẽ suũ & propriã salutẽ. 96.
Gentilium quidam vnum esse Deum agnouit. 112.
Gẽtilis rex à sacerdote præsidium in bello quo hostem vincat petit. 54.
Gẽtium mira promptitudo ad fidei audienda mysteria. 92.
Giloli regnum Christianis subiicitur. 88.
Goæ descriptio. 126.
Goæ ampla Christianorũ seges. 202.
Goæ Societati Collegium ædificatur. 126.
Goa vetus fidei lumen adspicit. 335.
Goensium erga patres spirituales affectus. 127.
Goẽse tertium Colleg. 128.
Goenses omnes ferè Christiani. 295.
Goensis peninsulæ 31. oppida. Ibid.
Gounatus idolum, vnde Goa nomẽ inuenit. 246.
Gozo imperator subest

INDEX.

Pontifici. 233.
Gozonis authoritas ĩ principes diſsidentes. 146.

H

Henricus Henriquez B. Franc. Xa. diſcipul⁹. 192
Hẽricus Hẽriq. vnà cũ ſocio ſuo incarceratur. 193
Hæreſum inſtabilitas & incertitudo. 484.
Hoïs natura deprauata. 202
Hyeme viror & amœnitas. 318.

I

Iaponenſibus conuertendis quid requiritur. 152.
Iaponẽſis quidam nobilis crucis inſignia in vexillo habet. 145.
Iap. ſitus 132. vaſtitas 167.
Iapon. long. & latitu. Ibid.
Iaponiæ & Chinę nulla leſu extat mentio. 172.
Iaponiæ temperies. 144.
Iapanẽſes contemplatiui, & ingenioſi. 162.
Iap. vnũ Deũ colũt, ſãctos honorãt et inuocãt. 149.
Iap. infernum, purgatoriũ. cœlũ, angelos credũt 147
Iap. ĩ Europã mittũtur. 119
Iap. rõi obſequẽtiſsimi. 161
Iap. feruor & ſtudium in Chriſtianiſmo. 162.
Iap. cõſtãtia Chriſtiãa ibid.
Iap. oratiões, eleemoſynæ, peregrinationes, preces pro defunctis. 146. 147.
Iap. primogenitorũ i⁹ 146.
Ia. ius iniquũ ĩ famulos Ib.
Iap. ius ſcriptũ reiiciũt Ibi.
Iap. natura. mores & leges.
Iap. prophetia. 144. (ibi.
Iap. corporis afflictio horrenda. 141.
Iap. illuſtriũ filij in monaſteriis conſtituũtur. 136.
Iap. principum minimus decem millia bellatorũ conſcribere poteſt. 133.
Iap cuiuſdam induſtria & probitas. 132.
Iap. ſpherulis precariis ſuas preces numerant. 145.
Iap. precum ratio. Ibid.
Ia. orãt lĩgua peregrina Ib.
Iap. ſignant ſe ſigno crucis S. Andreæ, Ibidem
Idolũ elephãtis triceps. 117
Idola comminuuntur à nephitis. 292.
Ignambani regis cum ſua familia & aliis 450. baptizantur. 361.
Ignatius fondator Societatis Ieſu moritur pridie Cal.

INDEX.

Cal. Auguſt. 322.
Ignominia inſamatæ mulieris. 235.
Imago Virginis. 149.
Imagines Sanctorum Ibi.
Inauguratio templi cum cæremoniis 356.
Incarcerati ꝓpterfidē. 193.
Incantamēta gentiliū 284.
Indi ſacerdotes Baal imitantur 12.
Indi admitāda cōuerſio 64
Induſtria notāda ad cōuertendum proximū. 187.
Inſuldenſis Rex fugatus. 398.
Ioannes Flander. 197.
Ioannis de Beyra ingens pro Chriſto afflictio. 82.
Ioan. de Bey. ter naufragiū fecit. Ibidem.
Idē venditur Mauris. 83.
Ioannis Meſchitæ captiuitas, carceres & liberatio miranda. 378.
Ioguus in Europam mittitur. 80.
Ioguus magno Ethnicorū mœrore baptizatur. 60.
Iogui cuiuſdam qua pedes lauabat, aquam magna veneratione gentiles bibebant. Ibidem.
Iogui apud Ethnicos pro Eremitis & religioſis ſunt. 244 35.
Iouis templum vetuſtiſsimum. 77.
Iter Iaponenſe quanto tēpore conficitur. 153.
Iubilei fructus maximus. 129.
Iudæorum bona de ſocietate opinio. 43.
Iudęi rabini de M Gaſparo & ſocietis ſententia. 161.
Iudęorum remora quominus fidem Chriſti amplectantur. 42.
Iudæorum ſynagoga turbatur. 84.

L

Lacꝰ miré intumeſcēs. 86.
Lectio publica de caſibus conſciētiæ cū frequēti auditorio. 157.
Lex iniqua. 134.
Liberalitas hominum ad erectionem Collegij ſocietatis. 61.
Lignū monſtroſum. 23.
S. Lucas & S. Martinus cur ī ſūmma venerat. Goę 339

M

Macadanus quid. 213.
Mahambanæ ſitus. 255

Mahometis veneratio prohibetur. 73.
Malacca Melagiorum ciuitas. 124.189.
Malauarica grãmatica. 112.
Maluca. 124.
Maluccense Collegium Societatis. Ibidem.
Manamotapæ Imperator potentissimus. 250.
Martyrij desiderium. 65.
Mariopolitarũ cõuers. 316.
Martyrium Mendezij. 169
Mascata oppidũ Arabiç. 7
Martyres plures. 151.193.
Martyrium crudelis. 179.
Matrimonium à Baptismate perficitur. 309
Matronæ nobilis cum suis conuersio. 363.
Matronum animus ad euãgelizandum suo sexui. 168.
Maurus argumẽtis cõuictꝰ fatetur trinitatem. 38.
Mauri doctoris vxor & filia conuertuntur. 56.
Mauri ob victũ doctorẽ suum deiecti cõuertũtur. 58
Mauri tẽpus elapsum quo aliam legem expectabãt dolent. 38.
Mauri doctrinam Christianam cantillant. 35.
Mauri perpetuam Mariæ virginitatem mirè venerantur 39.
Mauri Christianorum ritus quo suos retineant, imitantur. 27.59.
Mauri cuiusdam potẽtisnequissima in Christianos studia, & eiusdem admiranda conuersio. 236.
Mauri flagellis horrẽdisnõ redduntur meliores 84.
Mauri hostes omnibus viribus destituuntur. 86.
Mauris tẽpestas ingẽs oritur. 114.
Maurorũ zelus erga Christianos. 38.
Medio subtili multi ad fidem conuertuntur. 220.
Mens pura animosa est, impura verò timida. 29.
Memorabilia quædã Dei opera. 342.
Mercatores de iustitia disputant. 17.
Mercatoribus imitanda exempla. 18.
Milites societatem professi stipendiis regiis non priuantur. 63.
Militum inimicitiç graues compos-

componuntur 115.
Mille aurei Christiani cuiusdam liberandi gratia offeruntur. 355.
Miraculosa conuersio. 47.
Miraculum. 185.
Miraculum insigne contra fidei desertores 85.
Missæ sacrificio sanitas restituitur. 49.
Miraculosa à subuersione liberatio. 343.
Miraculosa ethnici sanatio 347.
Monachi & monachę gentiles. 37.
Monachi gētiles qui olim videntur Christiani fuisse cucullati sunt, à carnibus abstinent, ieiunāt, media nocte orant, genu flexo. 136.
Monachi gentil. vnū Deū, paradisum, infernū, purgatorium, item dæmones tortores esse malorum credunt. 137.
Monachi gētil. castitatem seruant. 135.
Monachor. gēt. trinitas. 138
Morinarum insularum sterilitas 189.
Morotanæ insulæ. 82.
Mori cum sociis quidā satius esse duxêre quàm liberari. 200.
Mortem quotidie meditātur Eremitæ gētiles 66.
Mortuos gentiles sepeliūt gratis. 141.
Motus terræ frequens in eadem insula. 11.
Mulier gentilis à partu immunda. 147.
Mulier ad tria miliaria à septis monasterij gentilium arcetur. Ibid.
Mulieres gentiles M. Gaspari castitatē tentant, quòd liberos ex eo susceptos sanctos fore credāt. 45.
Musici. 211. 272.

N

Nefas est infidelibus animal occidere. 22.
Neophitorum zelus. 339.
Neophiti in morbo pœnitentia & lachrymæ. 347
Neophiti de confessione faciēda mira tolerātia. Ibi.
Neophiti erga patrem ethnicū solicitudo, & tandē eius mira cōuersio. ibid.

O

Obedientia Deo acceptissima. 119.

Obedis

Obedientia Episcopis debetur. 180.
Obedientiam gentiles agnoscunt. 35.
Officium Societatis, item aliorum & cleri. 172.
Opinio Maurorũ de euangelizantibus. 20.
Oppidum integrum fidei lumen aspicit. 316.
Oppida integra ad fidem conuertuntur. 206.
Oratio ante imaginẽ crucis Domini dæmonum præstigias arcet. 21.
Oratione pueri ægrotos sanant. 96.
Orandus Deus vt eligere dignetur quos mittat in vineam suam. 98.
Oratio doctorum gentilium. 106.
Orationes pro infidelium ad fidẽ conuersione. 202.
Orat Societatis quidam vt alter in morbum incidat quo ad meliorem vitam compellatur. 50.
Ormutiũ insula mirãdę naturæ salis fertilissima. 10.
Ormutij situs. 8.
Ormutiũ omnium gentiũ confluxu celebre. 61.
Ormutium septennio ardere solitum. 10.
Ormutium nec herbas nec aues, nec quadrupedes alit. Ibid.
Ormutium salubre in aridoribus. Ibidem.
Ormu. ingẽtes ardores. 185.
Osondocomotinus Battorum primus. 333.
Otium fugiendum, labor crucis amplectẽdus. 164.

¶ P

Panis ex ligno & piscibus conficitur. 248.
Patriarch ergaę Fratres Societatis pietas. 211.
Paulus Valetudinario erecto ægris inseruit. 194.
Paulus Valleus inedia consumptus. 192.
Pauli cuiusdam studium & labores 194.
Paulus Sanfidius. 150.
Paupertatis amor. 179.
Paupertas bonorum honorata. 180.
Paupertatem gentiles colunt. 36.
Peccata lumen Euangelij in Iaponia videntur deleuisse impostorémq; aliquem meruisse. 149.

Peccatoris cuiusdam magni conuersio. 182.
Peccatorum remissio gentilium. 323.
Peccatores graues conuertendi modus. 181.
Pœnitentia cuiusdam admiratione digna. 16.19.
Pœnitentiæ sacramento plurimum tribuunt ad fidem conuersi. 32.
Peschariæ sinus. 110.
Petrus Mazcaregnas Prorex. 196.
Pictoris celeberrimi ad fidem conuersio, & eiusdē baptisma celeberrimum 213.
Pietas in pauperes Ethnicos ad fidem eos monet 113.
Pluuiæ perpetuæ. 124.
Populi pditio propter defectū euāgelizantiū. 125.
Populi erga S. Corpus F. X pietas. 158.
Populi de Societate & verdi Dei ministris opinio 27.
Preco ad doctrinam Christianam plebem conuocat. 196.
Præfectus Maurorum Dei terrore perculsus. 75.
Præfecti Maurorum impiorúmq; Christianorū pro Mahometo iniquitas. 74.
Præfecti Ormutinæ arcis liberalitas memorabilis. 61.
Prætoianus Æthiopię Rex 130.
Prefectorum oscitātia perdit rem Christianam. 25.
Principis verè Christiani respōsio notatu digna. 203.
Prodigium. 170.
Prodigia varia quæ Deus ad cōfirmationē nouę sobolis euenire voluit. 77.
Promptitudo laborantibus in via Domini necessaria est. 126.
Proregis ad augendā fidem studium summum. 297.
Proregis Lusitanię in rem fidei liberalitas affectus 307.
Proregis diligentia in primatibus cōuertēdis. 316.
Prorex corpus b. F. X. flexis genibus honorat. 158.
Proregis in promouenda conuersione gentilium constantia. 203.

Prorex baptizandorũ chorum ſua præſentia ornat 210.
Prorex euangelizat, 204.
Prorex nullam prętermittit occaſionem quę ad fidem allicere poſsit, 205.
Pueri parentes idolorum cultui deditos acritercoripiunt & deferunt. 95.
Puer nouem annorũ, alios conuertit. 350
Pueri oratione ſanãt ægrotos. 96.
Pueri ſe flagris cędunt. 4.
Pueri bene inſtituti maiores in fide firmant. 92.
Pueri domeſticos ſuos docẽt doctrinam Chriſtianam. 195.
Pueri inuenta idola comminuunt. 95.
Pugnæ genus inauditum cum Mauris. 70.
Punicalenſes latinas orationes fidei ediſcunt. 111.
Punicalenſium diligentia ad contribules ſuos conuertendos. ibid.

R.

Rabinus Iudæis baptiſma petit. 2.
Reges tres impij Chriſtianos nos nouos ad infidelitatem retrahunt. 82.
Religio opes auget. 73
Religio mixta ſciſmaticorum Æthiopũ. 130.
Religiõis Iapanũ origo 138
Religioſi Iaponenſes caſtitatem, paupertatem, & obedientiam youẽt. 145.
Religioſi Iap. humilitatẽ ſeruant. ibid.
Religioſorum opes & mores. 147.
Regis Maurorum inconſtantia. 64.
Regis eiuſdem eximia pœnitẽtia & humilitas. 73.
Regis Arabię & Mahometi conſanguinea baptizatur. 76.
Regis Maſcatẽſis procurator fidẽ noſtrã ambit. 78
Regi Luſitaniæ 60. oppidula ſubdita. 365.
Reges principéſq; ad fidẽ noſtrã propenſi. 160
Regis Bungi in Societatẽ liberalitas & pietas. 162.
Regis Mangucenſis in religionẽ animus. 163.
Regis Luſitaniæ legatꝰ ad Reges Iapaniæ in nomẽrum Fratrum Societatis ſuſcep-

fuſceptus. 166.
Regum quorundam conuerſio. 247.
Regis Bacciani conuerſio eiuſdē diligentia in aliis ſui regni hominibus cōuertēdis: item eiuſdem religio erga venerabile ſacramētū. 248. 251. 252.
Regis Mahambanæ filij ad fidem conuerſio, eiuſdē fratris Chriſtianiſmi ambitio. 256.
Regnum Dei quęrentibus caduca adiiciuntur. 307.
Reſtitutio inſignis, & ſui abnegatio. 28
Reſtitutiones ingentes & plurimæ opera Gaſparis factæ. 187.
Rex Maurus cū 2500. Chriſto initiari cōſtituit. 68.
Rex in tota inſula Mahometē venerari vetat. 73
Rex Perſarum à ſuis Deus habetur. ibidem
Rex Tanorij baptiſmū deſiderat. 2.
Rex Bōganus magno tenetur deſiderio vt Chriſtianus fiat. 161.
Rex Bungi priuilegia concedit collegiis ſociet. 163
Riſinus ſecunda trinitatis perſona à paganis habetur. 232.
Ruij Biretri præpotentis conuerſio & ſtudium in aliis conuertendis. 237.

S.

Sacerdotum doctrina. 128
Sacer. gētiliū genera. 237
Sacerdotum genus tertiū pœnitētiis deditum, qui & imagines, & vnum Deum colunt. 138.
Salſetræ ſitus hoc anno.
Sandalum lignum. 253.
Sanitas manuum impoſitione petitur. 96.
Item oratione. 49.
Sartores 100. noctu diúque Catechumenis veſtes parant. 125.
Scholæ publicæ. 127.
Scientiarum abuſus. 97
Scyticum mare. 124.
Seilani inſulæ ambitus. 122
Seminarium Indiæ. 127.
Senis cuiuſdam prodigioſa conuerſio. 244.
Sinar regia vrbs Sinar. 151
Sinarum in externos dira lex. 154.
Societas Ieſu 900. catechu. victum miniſtrat. 307.

Societatis Iesu quodnam maximũ munus. 298.
Societatis humilitatẽ Ethnici admirantur. 45.
Societati se addicunt multi Ormutij. 65.
Solennitas baptismatũ. 209
Stupendum charitatis exemplar. 189
Sultani potentia. 9
Superstitio serpẽtes, & vaccas colentium. 12.
Superstitio insignis. 243.
Supplicationes & pœnitẽtiæ pro voluntatis diuinæ agnitione 69
Surdus & mutus fidẽ amplectuntur. 287.
Symbolum Apostolorum ab infidelib⁹ ediscitur. 92
Syndici in noua Ecclesia, quod olim Apostolos obseruasse Clemens testatur. 35.

T

Tanadaria cõuertitur. 336
Templi ornatus. 210.
Templa asylum. 148.
Templum primũ Christianum in India extructũ. 332.
Tentandus Deus nõ est 56.
Thomæ B. Apost. sepuli. 23.
Trinitatem Gentiles agnoscunt. 36.
Turcæ Ormutium obsident. 126.

V

Vaccas ex præcepto suorum deorum infideles adorant. 103.
Valetudinarium extructũ. 113
Vastitas Iaponiæ. 267.
Vbi verum Christi obsequium. 169
Vectigal ex hominibus nascentibus adiectum numerum pensitant Armenij, Apollonij, Russij. 46.
Venefici. 143
Viduitatem perpetuam seruãt Goenses viduæ. 330.
Viduæ Brachmanũ cum cadaueribus maritorũ se cremabant. ibid.
Vincetreuirus Rex. 254.
Viri dominico, mulieres sabbato instituuntur. 118.
Vitio diuina in Mauros & Christianos apostat. 83.
Vnus assumetur, alter relinquetur. 347.
Vmbraculorum loco pro templis vsus. 297.

Voo Rex & Põtifex. 133.
Voonis mira viuendi ratio. 234.
Vrbs ſtupendo labore ſcalpris in rupe exciſa. 117.
Vxorum Brachmanum erga maritos obſequium. 330.

X.

Xagua ꝓpheta gẽtilis. 138
Xagua nouas leges condit 139.
Idola demolitur. ibid.
Quinque præcepta ſeruãda dicit. 140.
Xantanæ Imperator. 124.

FINIS.

ERRATA.

Pag. 132. lin. 1. & ſequenter lege epiſtolæ Iapanenſes, vſque ad paginam. 145. Pag. 175. lin. 5. le. Iapania. Pag. 201. dele 1555. Pag. 202. lin. 7. dele inter. Pag. 219. lin. 8. dele etiam. 9. dele: nomen ei impoſitum eſt. Pag. li. 4. argumẽti lege: præditi. Pag. 352. lin. 2. argumenti, dele & 3. lege magnifici, dele itẽ annotat' marginalem. Pag. 362. lin. 5. lege Mannamotapæ. Pag. 376. argumenti lin. 3. Meſcbitæ. Pag. 391. dele mar. annotationem. Pag. 402 lin. 24. lege, non pauci, ſuperſtites quidã etiã &c. Pag. 402. li. 13. leg Omnibus nõ omnino impoſuit, videbatur enim ſe videre quẽadmodũ car. & 6.

1105-145

f. 12. Ulrd, Mann[illegible]

Ulrici. Prinschijn.

Fleye Market 70.

